



sus




R
876

Ayuntamiento de Madrid

82.



Reg.^o 1958.



PAVLLI G. F. P. N. MERVLÆ
 COSMOGRAPHIÆ
 PARTIS II, LIBER I.
 DE EUROPA universum.

C A P. I.

Methodica Orbis Terrarum Distributio.

TERRAM Adjunctorum respectu distribui, flagitat ordo, ut quo modo Partium ratione dividatur, aperiam. Terrarum Orbem Veteres, quibus non ita, ut nobis hodie, innotuerat, nunc in Duas Partes, nunc in Tres sunt partiti. Qui in Duas, Asiam & Europam, alios Africam comprehendisse lego sub Asia, alios sub Europa. Sub Asia quidem complectuntur Scriptor Antiquissimus Eratosthenes, de quo M. Terentius Varro lib. I. de Re Rustica, cap. 11; *Primum quum Orbis Terræ divisus sit in duas Partes ab Eratosthene, maxime secundum naturam, ad Meridiem versus, & ad Septentriones; Et sine dubio, quoniam salubrior pars Septentrionalis est quam Meridiana, & quæ salubrior, illa fructuosior; dicendum magis Europam fuisse opportunam ad colendum, quam Asiam, ibique Italiam; primum, quod est in Europa, secundo, quod hac temperatior pars est, quam interior; nam intus pene sempiterna hiemes: & ipse Varro lib. I de Lingua Latina: Ut omnis, inquit, natura in Cælum & Terram divisa est; sic Cælum in Regiones, Terra in Asiam & Europam. Asia enim jacet ad Meridiem & Eurum; Europa ad Septentriones & Aquilonem. Respicit eo Silius Italicus lib. I Belli Pœnici:*

*Æstivo Libye torquetur subdita Canero,
 Aut ingens Asia latus, aut pars Tertia Rerum.*

Sub Europa vero locant Africam, præter Hocratem in Panegyrico, Incertiores, cum apud Sallustium in Bello Jugurthino, In divisione Orbis Terræ plerique in Parte Tertia Africam posuere: pauci tantummodo Asiam & Europam esse, sed Africam in Europa; & Lucanus lib. IX Belli Pharsalici;

*Tertia Pars rerum Libye, si credere fama
Cuncta velis: at, si ventos Cælumque sequaris;
Pars erit Europa; neque enim plus littora Nili,
Quam Scythicus Tanais, primis à Gadibus absint.*

rum apud Augustinum lib. xvi. de Civitate DEI cap. xvii.
& Orosium lib. i. cap. i. Quasi Sallustius etiam ejul-
dem fuisset sententiæ, canit apud Aufonium Pontius
Paullinus:

*Europamque Asiamque, duo vel Maxima Terra
Membra: quibus Libyam dubie Sallustius addit
Europa adjunctam, possit quum Tertia dici.*

In tres partes distributio quondam maxime celebris,
Europam, Asiam, Africam vel Libyam. Videndi Ari-
stoteles variis locis, Plinius cum alibi, tum lib. i. i.
Procæmio, Ptolemæus, Strabo initio lib. xi, Mela lib. i.
cap. i. Orosius quem dixi lib. i, cap. ii. Festus Avienus
in Orbis Terræ descriptione, & qui non? Tripartitam
hanc Orbis Terrarum Distributionem primum per Cho-
rographiam ostendisse Divum Augustum, scribit Incer-
tus Auctor Libri de Mensura Orbis Terræ; quem Manu-
scriptum mihi transmissione liberali communicavit Vir,
cum Nobilissimus, tum Doctissimus, & Rerum Geogra-
phicarum aliarumque, quod Monimenta ab ipso edita
plene loquuntur, peritissimus, Marcus Vellerns Patri-
cius & V I I V I R Augustanus. Sunt qui Tres illas Par-
tes totidem faciunt Insulas apud Ælium lib. iii. Var.
histor. cap. xxii. Falso. Europam enim ipsorum Asiæ
magno Terrarum spatio ab Fontibus Tanais ad Grand-
vicum usque Sinum; hanc autem Africæ Isthmo inter
Maria Mediterraneum & Erythræum adhærere, vel
Pueri noverunt. America potius Insula, quam separa-
ri ab locis Europæ, parum adhuc sub Polo notis, aliquo
Freto, sunt qui Scriptis produnt.

Mihi, quod instituto meo putavi convenientissimum,
Terra vel Continens est, vel Insula. Continentem Pri-
mo Meridiano, qui per Canarias ducitur, divido in
Hemisphærium Eoum, & Occiduum. Illud Veteribus,
non tamen ut hodie Nobis, cognitum: Hoc jam ante
centum, & qui excurrunt, annos detegi cœptum; lap-
su temporis, si Europæis bonum hoc foelix & salutare
censeat D E V S, detegendum plenius. Eoum Mari Me-
diterranceo

diterraneo & Tauro Monte (qui, ut inquit Strabo lib. xi, Μηκῶν habet ὅτον ὑπὸ τῆς Ἀσίας τετάρτων τοῦ μυριάδιον καὶ πεντήκοντιον ὑπὸ τῆς ῥοδίων περσείας ἐπὶ τὰ ἄκρᾳ τῆς Ἰνδικῆς, ad dextram, καὶ Σκυθίας, ad sinistram, πρὸς τὰς ἑκατολῆς) sub xxxvi fere Parallelo, dirimitur in latus Boreum & Austrinum. Boreum Ægæo Pelago, Hellesponto, Propontide, Bosphoro Thracio, Ponto Euxino, Bosphoro Cimmerio, Mæotide Palude, Tanai Fluvio, ductaque ab ejus Fonte in Oceanum usque Septemtrionalem Linea, in Europam; quæ Borea pars Occidentalis, & Scythiam, quæ Orientalis, dispescitur. Austrinum Arabico Sinu & Isthmo inter ipsum & Mediterraneum, in Africam partio & Asiam. Occiduum Hemisphærium (quod Veteribus omnino incognitum fuerit, nec ne; alibi dicam) ab Inventore (sic enim nunc loquar) nupero vocatur America, quam Isthmus nobilissimus, & Septemtrionalem facit & Meridionalem. In hac mea distributione primò loco sese offert Europa; quam aperit Pars Operis mei Secunda.

CAP. II.

Ab Europa quur ordiundum.

IN Europa explicanda considerabo vel Totam vel ejus Partes. Totam quidem Vniversim primo, deinde Speciatim. Vniversim aperiam cum Ordinis rationem, quur Europa ante alias Orbis Partes explicari consuevit; tum ipsius Etymon & Appellationes. Quod ad Ordinem: ab Europa Principium mihi, quemadmodum & potissimis Terrestris Globi Delineatoribus. Semper enim reliquis partibus notior fuit & culta magis; celebratissima variis magnorum Scriptorum Monumentis, cum ob admirandum illud Macedonum Imperium, tum summam Romanorum potentiam. Alias confert Ordini stabiliendo Rationes Strabo lib. II. ὅτι πολλοὶ ἄνθρωποι, καὶ πρὸς ἑστῆν ἀνδρῶν εὐφροσύνη καὶ πολιτῶν, καὶ ταῖς πόλεσι; πλείστον μεταδιδόντες τῶν οὐκείων ἐγχεσθῶν; διὰ φύξῃ, &c. Et paulo post: πρὸς εἰρήνην καὶ πρὸς πόλεμον ἀνταρκαστῆ: καὶ γὰρ τὸ μέγιστον πλεῖστον ἑσθονον ἔχει, καὶ τὸ ἐργαζόμενον τὴν γῆν καὶ τὰς πόλεις σύνιχον. Addit deinde Partem hanc ferendis passim Fructibus, qui optimi Viræque necessarij, excellere; Metallis item, quæ hominibus maximo usui; esse præterea

præterea hic, ut incredibilem *βοσκημάτων* copiam, sic magnam *θηρίων* raritatem. Paucis idem Strabo eodem libro: *Εὐρώπῃ*, inquit, *ἔχει πολὺ τὸ σαρὲν, καὶ ὑπερχεινὸν τὸ βίαι.* Plinius lib. 111, s. P. Q. R. adblanditus, Europam dicit, Altricem Victoris omnium Gentium Populi, Terrarumque pulcherrimam. Europam sane compertissimum est Asiæ, Africæ, Americæque, non quidem magnitudine (sunt enim hæ longe ampliores) sed Religione Christiana (cujus illa unicum fere domicilium) Incolarum virtute, Moribus, Diligentia, Vivendi Consuetudine; Urbium Pagorumque frequentia; Rerumque, quæ ad Vitam commodè sustentandam necessariæ, abundantia; præsigni denique Cæli Solique Temperie, multis intervallis anteponi. Superbivit olim Africa unica fere sua Karthagine; tumuit vix tribus Asia Urbibus, Babylone, Ninive & Hierosolymis; Gloriantur hodie America Cusco; Mexicoque Nova Hispania: at vero quis hoc tempore non videret pares majoresque in singulis Europæ Regionibus? Perambulet quis cogitatione solum sua in Italia (exemplum enim subministrat hic unus ille Mundi Ocellus) sumtuosam Romæ Magnificentiam, regales Venetiarum Divitias, suspiciendam Neapolis Nobilitatem, ferventia Genuæ Commercia & Negociationes, sælicem illam & beatam Mediolani Amœnitatem, aliarum denique alia cum Miracula, tum Commoda: Sileant sua, clamare cogetur, fileant Partes Orbis ceteræ: Par nihil Europæ, nihil est secundum. Hæc hodie vere Imperatorum, Regum, Principumque Mater; hæc laudatissimarum Rerumpublicarum Genitrix; hæc sælicissimarum Ingeniorum Nutrix: Sedes unica Rebus Mortalium bono dextre inveniendis; solaque præclaris Artibus excogitandis consecrata. *Potentem* non semel nominat Statius in Achilleide:

*Maxima Terra Viris & sæcundissima doctis
Urbibus* —

cānit de ea Manilius: *Salubriorem, quam Africam*, scribit Varro: Mardonius, apud Xerxem verba faciens, Regionem esse *admodum speciosam* adferebat, *omniacum genera sælicium Arborum gerentem*, & *summa bonitatis*, unde eo scribit Herodotus: ejus habitatores *Animi Ardorisque plenos* laudat Aristoteles. Principium igitur detrahas aliaque ob causas Europa; nobilissima Hæreditas

tis Iapheti (qui primogenitus Noëi liberorum sua pome-
ria produxit etiam in Fratrum Semi Chamique Terras)
Portio.

CAP. III.

Europa varia indicantur Nomina.

HÆc de Ordinis Ratione : jam nunc Etymon suc-
cedit explicandum. Europæ quidem Etymon à
nemine Mortalium compertum esse notat Herodo-
rus lib. iv. aliis tamen ab Europa Tyria dici, Agenoris
Phœnicum (Libyæ, inquit Isidorus) regis filia : quam
Iovem in Bovem conversum rapuisse tergoque imposi-
tam Sydone in Cretam, vel Cyprum, avexisse, fingunt
Veteres. Legendi Homerus Iliados 2. Moschus in Eu-
ropa, Lycophron Cassandra, Theocritus, Apollodorus
lib. III in princ. Horatius III Carm. Oda xxvii. Ovi-
dii lib. v Fastor. & v I Metamorph. Seneca Heic. Fu-
rente Actus I, Sc. 1. & Herc. Oetæo Act. II, Sc. ultima,
Varro lib. 1 v de LL. & apud eum Manlius, Festus
lib. v de Verb. signific. Isidorus lib. VIII Originum,
cap. xi, & lib. xiv, cap. iv. Calpurnius Bassus commen-
tar. Phænomen. Cæsaris Germanici, & apud eum Ni-
gidius Grammaticus, qui Iovem in hoc raptu opera
Neptuni scribit usum. Videndi & Clemens Alexandri-
nus *περὶ ἑρμηνείας*. Iustinus Martyr II ad Græcos, Ar-
nobius lib. IV adversus Gentes, Augustinus lib. IV de
Civitate DEI cap. xxvii. Lactant. lib. Divinar. Instit. I,
cap. x i. Prudentius adversus Symmachum de Iove.
Scriptores apud Pollucem, lib. I. cap. ix. non nomina-
ti, Fabulis rejeſtis, raptam volunt Navi Tauriformi:
Incerti apud Festum Navem hic agnoscunt, cujus Tu-
tela effigiem habebat Tauri : Palephatus virum quem-
dam Cretensem Taurum nominatum fuisse scribit, qui
ex Tyrrena Regione cum ceteris Puellis Europam quo-
que Regis Filiam abduxit Captivam : Sunt qui Legio-
nem Militarem fuisse censent, cui inter Signa Insigne
erat Tauri : Quidam, ut addit Festus, ob pulcritudi-
nem Regionis, per similitudinem raptæ Filiae, sic nun-
cupatam narrant. Taurus sane, quo vecta fingitur Eu-
ropa, non inconcinne mores & indolem quodam modo
refert Europæorum. Elatioris est animi, exsultans, spe-
ciosus cornibus, colore niveo, lato gutture, cervice
crassa;

crassa, Dux & Armentis imperitans: summæ continen-
tiæ, sed si ad dissimilem sexum adducatur, calidissi-
mus, ingruineque potens, post castus modestiæque ser-
vantissimus. Tales fere Europæi, præsertim qui Sep-
temtrionaliores. Andron Tejus putat Oceano duas nup-
fisse Nymphas; ex quarum una natæ Asia & Africa, ex
altera Europa: has autem tribus Orbis Partibus nomi-
na imposuisse. Ab Europo sic vocatam non male quis
dixerit, quem in hac Orbis Terrarum Parte aliquando
Regnum tenuisse scribunt Pompejus Trogius & Eustathi-
us in Lycophronem; quorum etiam hic eundem Euro-
pum cuiusdam Himeri facit Filium. Quin & European
Sicyniorum Regem statuunt Pausanias & Eusebius in
Chronicis; eumque tempore Abrahami Patriarchæ.
Goropius Becanus persuaderi nolens Europam Græcam
habere nomenclaturam, quum prius ab Cimмериis sit
habitata, quam ab Græcis, iisque alia, quam his,
fuerit Lingua; sic vocatam arbitratur ab Gentis præ-
stantia: Ver enim monosyllabum per Diphthongum ela-
tum nihil aliud esse, quam magnum quid & excellens,
quodque in quaque re præstantissimum; Hæc autem ho-
minum multitudinem designare. Idem Goropius in Co-
dice quodam edito, quo uti solitus erat, cuiusque mar-
ginibus; secundam parans editionem, sua manu passim
multa adscripserat, novam de Europæ Etymo sententiam
notarat his verbis: *Verum diligentius mihi nomen cum Sacris
Litteris conferenti, altera ratio in mentem venit, longe præstan-
tior & felicius omen proferens. Iapeto dilationem, & ut alii
interpretantur, Gaudium promitti videmus, quod tum conse-
quutus erat, quum Christus Morte sua nos redemisset. &
igitur legitimum Connubium denotat; Vt excellens; Hæc spon-
sus sit, ut Europ Legitimi Connubii excellens spes sit, qua pro-
pria ejus Terrarum portionis fuit, quam Noachus Iapeto dedit
habitandam. Quamvis enim Semi posteritas per Abrahamum
multis sæculis DEO fuerit conjugata, tamen repudiata est.
Conjugium vero, quo Christus Europam Ecclesiam suam copula-
vit, nunquam dissolvetur; adeo ut optimo jure Iapeti portio
Europa dicatur.*

Europæ diversa panduntur vel Nomina vel Cognomina.

ET YMON Europæ indicavi: nonnullas pandam ejusdem varias Appellationes. *Tyriam* vocant hanc Orbis partem nonnulli, inter quos Theocritus, à *Tyria*, quam Puellæ raptæ, quidam Matrem, patriam alii perhibent. Scriptorum Sacrorum non pauci *Iapetiam* nominant ab Iapeto, de quo dixi. Ptolemæus ii Quadripartiti *Celticam* communi nomine vocari scribit, à Populis eam incolentibus. Sed ubi? Passim. Nam ubi non in ea Orbis Parte, quam nunc Europam dicimus, fuere *Celta*? Si Hispaniæ antiquiora rimemur? *Celtos* vel *Celticos* indicabit circa Bætin Fluvium Strabo; partim Bæticæ, Lusitaniæ partim Incolas Ptolemæus: extra Cippos Herculis, Cynesiis finitimos, omniumque, qui ad Occasum habitant, ultimos, Herodotus; Citerioris Hispaniæ Populos Plinius, eosque duplices, Nerias & Prælamarcos; circa Promontorium, quod ab iis *Celticum* (olim etiam *Artabrum* & *Nerium*, hodie *Cabo de Finis terræ*) Pomponius: *Celtas* insuper nominatos fuisse Cantabros & Astures, docebunt Dio & Xiphilinus: aperiet item *Celticam*, Conventus Hispalensis Civitatem, Plinius, quæ *Celtum* Antonino inter Hispalim & Augustam Emeritam: *Celtiberos* denique vel *Celtiberes* dabunt cum alii, tum Ptolemæus, Hispaniæ Tarraconensis Populos. Si veterem Galliam Germaniamque consideremus: Gallos & Germanos *Celtas* appellatos omnium Historicorum unanimis loquetur sententia; *Celtas* utramque Rheni Ripam & Gallicam & Germanicam (quo loco hodieque antiquum nomen non obscure tuetur *Gelria*) habitasse dicet Dio lib. xxxix. *Celtas* Rheni adcolas faciet Suidas; Galliam quidem Latinis, Ptolemæo autem aliisque Græcis Scriptoribus *Celto-Galatiam* vocari discemus: Strabo prolatos ex parte illa, quæ Narbonensis, *Celtas* adseret nomen etiam ceteris Gallis indidisse: *Celto-Lygios* monstrabit Aristoteles in Admir. qui *Celto-Ligures* Straboni, quorumque sedes, ubi hodie Provincia circa Massiliam. Si cascos Italos examinemus, *Celtas* in Gallia Cisalpina vel Italica & ad mare Ionium vel Adriaticum (quod & *Celticum* Apollonii Scholiasti) monstrabunt Appianus & Strabo, ad Eridanum fluvium

Silius Italicus. Si remotiores hinc Partes perambulare lubebit, *Celtas* in Cassiteridibus Britanniae Insulis sistet Pomponius; in Epiro, Antonius Liberalis; ad Hemum Montem, Stephanus; ad Danubii ostia, Arrianus in Mœsia, in Illurico, in Thracia, ad Borusthenem, Strabo; in Scythia, Aristoteles de Mundo, idem Strabo, & Plutarchus: Omnes versus Septemtrionem Gentes *Celtas* nuncupatos, docebit, quem saepe dixi, Strabo: Plutarchum etiam deprehendemus in Mario *Celticam* diffinire ab exteriori Mari vel Atlantico versus Septemtrionem, indeque ad Mœotidem usque Paludem: accedet & Lycophron *Celtas* Stagnum describens prope Istri ostium. Sed Europam merito *Celticam* nominari debere, manifeste innuit apud Strabonem Ephorus, ubi Terræ totius loca in quatuor partes diducens, dicit eam, quæ versus Subsolanum est, habitari ab Indis, quæ versus Austrum, ab Æthiopibus, quæ ad Aquilonem, ab Scythiis, quæ in Occalum vergit, ab *Celtis*.

Europæos hodie *Francos* universim appellant Asiatici. Turcis *Franki* vocantur Religionis Romanæ Cultores, ut *Romei*, qui Græcæ addicti. Abissini, quod testantur variorum Ephemerides, in Africa, Nos etiam *Alfranges*, Christianorum autem Regionem *Frankiam* nuncupant.

Græcis hæc Pars Εὐρώπη & Εὐρωπία; Sophocli item & Euripidi, notante Stephano, οὐδὲ τῇ Ἐὐρωπῇ. De Specialiore vocis notione dicam, ubi de *Thracia*.

CAP. V.

Europa Situs Cælestis, ejusque Longitudo & Latitudo.

DE Europa dixi universim: speciatim quæ ipsi Quantitas, quæ Qualitas, docebo. Quod illam attinet, sciendum cum primis Ptolemæum Aliosque veteres Europam collocare inter Climata IV & IX, inter Parallelos XI & XXI; inter Gradus Latitudinis xxxvi & lvi: Longitudinis xvii & lxi, nostra ætate, quum & Solis Declinatio, quemadmodum Partis I lib. III, cap. xxiii notavi, mutata sit, & plurima Loca, Europæ Nostræ ad censenda, ad lxxii usq; Latitudinis gradum versus Septemtrionem in notitiam venerint, eamq; ob causam ulterior Climatum Parallelorumque Notatio fuerit excogitata;

sitam conspiciamus Europam inter Climata IV & XIII, Parallelos XI & XXXVI; Gradus denique Latitudinis quidem XXXVI & LXXII; Longitudinis autem, si, qua longissime se expandit, consideretur à Promontorio Hispaniæ, quod *Cabo S. Vincentii* hodie vocant, usque ad Lineam recta à Tanais fonte ad Oceanum Borealem ductam, inter Gradus fere XVII & LXXI; qua vero brevissima, ab eodem Hispaniæ Promontorio usque ad Maleam Peloponnesi Caput, exclusis Ægæi maris, quæ Europæ adnumerari possunt, Insulis (de quibus speciatim ago Parte mei Operis VII) inter Gradus XVII & LVIII: adeo ut Meridionalissima Europæ sint gradu Latitudinis XXXVI, Hispaniæ Mons Calpe, quem unam Herculis Columnarum faciunt, Promontorium Siciliæ Austrinum, *Odyssia* olim dicebatur, & Peloponnesi, hodie Moreæ, Caput, quod ad Messeniæ Sinum *Tenaria* Veteribus, nunc *Cabo Maini*, dicitur; quibus locis maximus dies horarum XLIII, minut. XXX: Septemtrionalissimus autem Limes sit, gradu LXXI & dimidio, Scandiæ Promontorium, versus Boream ultimum, quod hodie *Wardhus* dicunt, ubi maximus dies II est mensium, XXII dierum, horarum VII. Ex quibus, quot miliaria vel Germanica vel Italica sit aut longa aut lata Europa, facile docebit Caput libri III, partis Primæ, XX.

Lineam porro, à Tanais fonte versus Septemtrionem recta in Oceanum ductam, Orientalem Europæ Limitem statui, communes, à quibus dissentire religio mihi est, sequutus Calculos. Quis enim Europa Limitibus sit versus Orientem diffinienda, inter veteres Scriptores parum convenit. Quid sit, quod Seneca lib. VI Natural. Danubium scribat Europam Asiamque determinare, alibi erit aperiendi locus. Aristoteles, Plato, Herodotus, & alii, qui his suffragantur, Europam ab Asia separant Phasi flumine, sive Isthmo, qui est inter Pontum Euxinum Mareque Caspium. Dionysius, Arrianus, Diodorus, Polybius, Iornandes, Tanai flumine simpliciter. Abrahamus Ortelius Fines Europæ versus Ortum statuit, primo Fluvium Tanaim, hinc Isthmum inter eundem Tanaim & Rhaam, mox Rhæ versus Orientem Divertigium; postremo Obium fluvium ad Ostium usque. Novi, qui Moscoviam in Asia (quæ mihi eo loco Scythia) positurus, Terminos Europæ versus ortum

sus ortum sacraret primo Arcum, cujus Medio Livoniam attingente, extremitas una in Grandvico Sinu, altera in Borysthenis Ostio collocaretur; hinc, lectis Occidentalioribus Euxini Ponti littoribus, Bosporum Thracium, Propontidem, Hellespontum & Ægæum Pelagus. Ptolemæus eodem Tanai flumine finit ab Asia Europam, ductaque ab ejus fonte versus Boream ad Mare usque Linea. Huic cum peritissimis Geographis subscribens, descensu ab Linea Tanaique flumine versus Austrum facto, metas porro cum aliis Orientales signo in Palude Mæotide, Bosporo Cimmerio, Ponto Euxino, Bosporo Thracio, Propontide, Marique Ægæo usque in Mare Mediterraneum, quo Meridiem versus ab Africa separatur: ad Occidentem vastissimus eam pulsat & apertissimus Oceanus; ad Septemtrionem denique Mari clauditur Boreali. Videndi huc Strabo lib. 11. Dionysius de Situ Orbis, Plinius lib. 11 in Præfat. item lib. 1v, cap. xi; lib. v, cap. xxxii, aliisque locis; Pomponius Mela lib. 1, cap. 111; Rufus Festus Avienus in descriptione Orbis Terræ; Orosius lib. 1, cap. 11; Isidorus lib. xiv, cap. 1v.

Europæ sic diffinitæ formam Strabo tribuit, quæ Draconis fere effigiem æmuletur, Capite Occidentem spectante, Alis utrimque expansis; referentibus eas ad Austrum quidem Italia, ad Septemtrionem Cimbrica Chersonneso. Placet: ea tamen lege, ut Ala dexter, multo jam quam Strabonis ævo sinistrior sit major, quod, ut sæpe monui, multa supra Cimbricam Chersonnesum versus Septemtrionem nobis Loca, de quibus nihil Veteres compertum habuerunt, in notitiam venerint.

CAP. VI.

Europa Qualitas.

Sic se habet Quantitas: sequitur illustranda Qualitas, cum ipsius Terræ, tum Incolarum, quo ad Mores & Linguam. Europa quanta quanta est habitatur, quamvis quicquid locorum supra Lx Latitudinis gradum, propter Frigora cum incommode, tum laboriose. Addit Strabo lib. 11, τὴν Εὐρώπην συμπαῖσιν ἀνθρώποις εἶναι, πλὴν ἐκείνης τῆς ἀκροῦς διὰ ψυχρῶς περὶ τὸν Τάναϊν καὶ τὴν Μαιώτιν, καὶ τὸν Βορυσθῆνα. Quod mirum alicui merito censeretur, quum

loca,

loca, quæ nominat Strabo, incidunt in XLVII, XLVIII, & XLIX Latitudinis gradus; & ex Situ cælesti sub Octavo Climate non inclementiore videantur frui Aëre, quam in Galliis Biturigum, Aurelianensium, Parisiensiumque Agri. Sed faciunt passim in hac Mole Montes; ut quæ loca suo situ futura essent calida, habitationique commodissima, si plana vastioribus istis hujus Orbis Verrucis carerent; eadem, quacumque Terrarum parte, propter imposita Tuberæ, Nivibus numquam non cana, Intermontiaque ab Ventis, semel ingressis, ibique conclusis, & ut majorum essent virium, contractis, præcipue si ab Arctoo Orbe ingruerint, infestari supra modum solita, sint frigida, efficianturque aspera, inculta, horrida, deserta, & Domiciliis figendis, Pagis struendis, Opidis condendis inimica. Nota sane quæ commemorantur de Frigoribus etiam media æstate Montium Pyrenæorum gradu XLIII, Alpiumque gradu XLVII aut circiter; quin & illorum, quos in Orbe Novo gradu X gerit Isthmus, Americam Meridionalem ab Septemtrionali separans. Alia prætereo: singula enim suis locis explicabuntur. Hoc certum; Nihil hodie non in Europa habitari; neque adeo ipsos Montes, licet perpetuis fere Nivibus obsitos Incola, frequentiore tamen, carere. Summo igitur merito reliquas Orbis Terræ Partes stupenda Cœli clementia, temperie, amœnitate; benigna Soli fertilitate: maxima Incolarum incredibilis humanitatis, Indolisque supra, quam dici potest, tractabilis frequentia; Urbium ingentium pulcherrimarumque, Opidorum, Arcium, Pagorum, Fluminum, Stagnorum, Lacuum, Aquarumque, quibus variæ vires, Omnis item generis Animantium, Arborum, Frugum, Plantarum, Metallorum, & aliarum, quæ sustentandæ hominum Vitæ sunt necessariæ, Rerum copia longe superat. Cetera, quibus caret, Gemmas preciososque lapides, Aromata, aliaque odorifera, tam cumulate, tamque liberali manu ab Asia importata accipit, imo ut generalius cum Strabone loquar, neve quam Orbis particulam excludam, *ἕως οὗ μὲν τις*, ut nusquam major sit adfluentia. Orbis Domitorum (nam nec hic ab ejus temperare possum laudibus) Genitrix. Quid ni? Produxit quidem hic olim Alexandrum Macedonia, Italia Romanos; qui successione quadam, quam Deus æterna sua

Providentia decreverat, Terrarum Orbem, quousque notum habebant, domuerunt: producit autem hodieque Germania Principes, qui Quartæ Romanorum Monarchiæ jura, quantum per Immanissimorum Hostium potentiam & impressiones licet, certa teſta tuentur. Nunquid & Magni, quos Avorum adorarunt tempora, Europæ Heroes incognitam, ut plerorum est opinio, Veteribus Americam, potioresque & validiores Africæ Asiæque Partes suo adjecerunt Imperio? Numquid & Sedes Summi est Pontificis? Numquid Mater tot Regum, tot Principum, Christo, quod alibi rarius, militantium? Quin & Turcarum Imperator, neglecta quasi & relicta suis Ducibus Præfectisque Asia, in hanc Orbis Partem extremis usus viribus, migravit; omnem adhibens operam, ut singulis annis in penitiora, etiam magna Suorum clade & internecone, se infinuet.

CAP. VII.

Europæorum Mores.

EA Terræ est Qualitas: sua etiam est Incolis. Sed ego non is sum, qui nulla coactus necessitate summas mihi parare velim molestias, & certissimam ab aliis invidiam. Præstare difficile est, quod Titulus pollicetur. Non ubique fui, ut Europæorum omnium genios & ingenia fideli penicillo depingam. Faciat hoc, qui

Παλλῶν ἀνθρώπων ἴδεν ὄψεσθαι καὶ νόον ἔχων.

Et fuerim etiam multis in locis, multa que multo usu & longa consuetudine didicerim, numquid omnia temporis lapsu adventitioque commercio crebris Mutationibus sunt obnoxia? Vni prodeant in arenam Populares mei. De Batavis scripserat, Domitiano Imperante, Poeta festivus,

Tunc es, tunc, ait, ille Martialis?

Cujus Nequitias locosque novit,

Aurem qui modo non habet Batavam.

Rusticitatis, si genuina sit & vera Scriptura (nam Batavam sunt qui mutant ex Membranis in *severam*) Inelegantiæ, Frontisque tetricæ Majores nostros insimulat: an vere, non libet inquirere. Esto tamen. Sed quis

hæc

hæc talia non etiam de aliis aliquando canere potuit Populis? Nam qui non quandoque fuerunt rudiores? Quum Romani, Rerum post Domini, nihil nossent præter Agriculturam & Militiam fortean

Auris cui modo non erat Quiritum.

Elegans, festivis moribus, & exploratæ censebatur facilitatis. Fuerint igitur Domitiani principatu, atque etiam multo post, cum ab impuritate Martialis averiores, tum rudiores, crassiorisque & auris & naris Batavi. Prius Objectum lubentes patiuntur, adgenitam sibi gratulantes Probitatem Morumque sanctitatem: si Posterior discutiatur, quam hodie mutarunt? Quid enim Batavis humanius, quid candidius, quid ad omne Disciplinarum Artiumque genus capiendum pronius, paratius, promptius? Nihil non ab iis, etiam hac belli tempestate, cum publice, tum privatim discitur, vel ad Remp. prudenter administrandam, vel ad Bellum caute suscipiendum, fortiter gerendum, feliciter finiendum, vel ad Bellorum nervos valide cumque optato fructu concinnandos, vel ad Oeconomicas res dextre nitideque instituendas. Dicant, quæ viderint audierintque cum alii, tum Mercatores, qui ipsos adierunt: Velint nolint, fateri cogentur quæ dixi. Quid Vitiorum in aliis Populis non aperiam, Vestigia terrent. Scio quid valeant Tela Westphalorum in Brabantos. Hoc saltem liceat, ut ab Magno viro (cui Scientiæ omnes vanæ erant & incertæ) Commissionem videamus, institutam inter quatuor, quæ in nostra Distributione primo se loco obferunt, Gentes; Hispanos, Gallos, Italos, & Germanos: *Habent singula Nationes*, inquit, à *Superis adgnata sibi Morum discrimina*, per quæ facile à se invicem discernantur, ut cuius quisque nationis sit oriundus, à *Voce*, à *Sermone*, ab *Oratione*, à *Consilio*, à *Conversatione*, à *Virtu*, à *Negocio*, ab *Amore & Odio*, ab *Ira & Militia*, similibusque *Exercitiis* facile cognoscatur. Quis enim videns hominem ingrediuntem incessu gallinaceo, gestu gladiatorio, vultu effreno, voce bubula, sermone austero, moribus ferocem, habitu dissoluta laciniatove, non mox judicet esse Germanum? Nonne Gallos cognoscimus ab Incessu moderato, gestu molli, vultu blando, voce dulcifona, sermone facili, moribus modestis, habitu laxo? Hispanos autem ab ingressu, & moribus gestibusque festivis, vultu claro, voce flebili, sermone eleganti, habitu exquisito:

exquisito: Italos vero videmus incessu tardiusculos, gestu graves, vultu inconstantes, voce remissos, sermone captiosos, miribus magnificos, habitu compositos. Iamque scimus etiam, quia in Cantu balant Itali, gemunt Hispani, ululant Germani, modulantur Galli: sunt in Oratione graves, sed versati Itali; culti, sed jactabundi, Hispani; prompti, sed superbi, Galli; duri, sed simplices, Germani: in Consiliis est providus Italus, astutus Hispanus, inconsideratus Gallus, utilis Germanus: in Victu est mundus Italus, delicatus Hispanus, copiosus Gallus, inconditus Germanus: sunt erga Exteros officiosi Itali, placidi Hispani, mites Galli; agrestes inhospitalesque (non tamen passim) Germani: in Conversationibus sunt prudentes Itali, cauti Hispani, mansueti Galli, imperiosi intolerabilesque Germani: sunt in Amore Zelotypi Itali, impatientes Hispani, leves Galli, ambitiosi Germani: in Odiis vero sunt occulti Itali, pertinaces Hispani, minaces Galli, ultores Germani: in Gerendis Negociis sunt circumspecti Itali, laboriosi Germani, vigiles Hispani, solliciti Galli: in Militia sunt strenui, sed crudeles Itali; Hispani callidi, & rapaces; Germani truces & venales; Galli magnanimi, sed precipites: insignes sunt Litteratura Itali, Navigatione Hispani, Civilitate Galli, Religione & Mechanicis Artificiis Germani: & habet unaquaque Natio, quantumcunque etiam siue civilis siue barbara, peculiare Mores Ritusque, sibi à Cali influxu à ceteris diversos, &c. Si quis in hac Comparatione vehementius quid in se dictum arbitretur, non Mihi, sed pedibus primo prodeuntibus Nato Ægreque Parto imputet; modeste tamen & sic, ut Manes ejus non sollicitet; Me vero habeat infontem. Quidquid sit, non tam inliberum mihi est ingenium, ut alicujus Odio Gratiave Veritati velim vel Vim vel Fucum facere.

CAP. VIII.

Europæorum Lingua.

MORES alieniore potius, quam meo, eoque rudiore penicillo depinxi: Linguas Europæorum jam videamus. De Linguis quædam universim & in genere dixi Partis I lib. III, cap. XIV. specialius quid de Europæorum Matricibus & Majoribus IV & Minoribus VII, unde reliquæ omnes ibidem propagarunt, malo, Lector, discas ex Magni Scaligeri Litteris ad me anno cto 15 xcix, mense Martio scriptis, quam ali-

unde,

unde. Præfatus Vir cum multis aliis, tum Eruditione variarumque Rerum scientia maximus, sic inquit: *Linguas Matrices vocare possumus, ex quibus multa Dialecti, tamquam Propagines, deducta sunt. Propagines quidem unius Matricis Lingua commercio inter se aliquo conjuncta sunt: Matricum vero inter se nulla Cognatio est, neque in Verbis, neque in Analogia. Sunt igitur Matrices ea, quæ per omnia inter se discrepant; cujusmodi undecim, non amplius, hodie supersunt in universa Europa: quarum quatuor amplissima sunt; reliquæ septem longe Inferiores. Itaque illas quatuor Majores Matrices, reliquas Minores vocabimus. Eadem Verba faciant unam Linguam videri: sed eorundem Verborum Trajectio, Immutatio, Inflexio aliam atque aliam Propaginem facit. Nam Italicam, Hispanicam, & Gallicam, Latinam vocamus propter unum Verbum Latinum, quamquam varie immutatum in illis tribus. Exempli gratia: Gener Latinum Italis Genero, Hispanis Yerno, Gallis Gendre: Latina sunt, si originem spectes; sin distortionem, unaqueque natio harum trium illud vindicat sibi. Itaque possumus deligere unum Verbum Matricis, quod commune sit Propagimbus sive Dialectis à quo nomen ipse Matrix habere possit. Sunt igitur quatuor hæc Verba, D E V S, Θ Ε Ο Σ, G O D T, B O G E, nota quatuor Majorum Matricum, Latinæ, Græcæ, Teutonicæ, Slavonicæ. Hæ, ut diximus, supra reliquas septem Minores latissime patent. Lingua B O G E duplices Characteres sunt, Rutenici sive Moschovitici, è Græcis depravati, totidem numero, & figura pene similes, adjunctis pauculis Barbaris: item Dalmatici, qui & Hieronymiani, eadem potestate, totidem numero, sed figura longe dissimillimi. Atque adeo duplex Sacrorum Librorum Translatio, Rutenica recentior, & Hieronymiana vetustior. Hæc Matrix sive Lingua B O G E in multas propagines diffusa est, Rutenicam, Polonicam, Boemicam, Illyricam, Dalmaticam, Windicam, & alias, quas unusquisque potest adjicere. Matricis G O D T Propagines sive Idiomatica præcipua sunt tria, Teutonismus, Saxonismus, & Daniismus. Rursus Teutonismi Idiomatica duo, Superior Teutonismus, quæ est Lingua Wasser; Inferior Teutonismus, sive Lingua Water: Reliqua duo Idiomatica & ipsa quidem sunt Lingua Water: sed Saxonismi Propagines sunt Nord-Albingorum & Frisiorum, item Anglorum Dialectus: quæ tamen veterum Nord-Albingorum & Turingiorum Dialecti sint Anglismus & Scotismus. Daniismi vero Idiomatica sunt, Lingua sci-*

licet Danorum Limitaneorum, quos Denemarkos vocant; Danorum Australium, qui Suedan, Suedi & Sueones ab Austro dicti: denique Danorum Septentrionalium, qui Nordan, Normanni & Norrvegi vocantur: à quorum idioma te propagatum est Islandicum hodiernum, quod ita intelligitur ab Norrvegis, ut Hollandica Lingua à Germanis, Italica à Gallicis. Matrix DEVS peperit Italicam, Gallicam & Hispanicam: quæ omnes uno nomine Romanæ, id est Romanenses sive Romanæ vocantur, quam appellationem Victores Barbari induxerunt. Nam in eorum Legibus duplex Conditio Ingentiorum; deterior Romanorum, ut Latinorum Roma. In Gallia olim Franci & Burgundiones, in Italia Longobardi, in Hispania Gotthi distinguuntur à Romanis, ut Quirites à Latinis Civibus. Hinc Luitprandus Tiotiscam Galliam ab Romana distinguit. Matricis ΘΕΟΣ pluria sunt Idiomata, quod non mirum in tot Insularum intervallis, quæ ut loco, ita Lingua commercio valde dissident. Atque de quatuor Majoribus Matricibus hætenus. Reliquæ septem Minores sunt hæ: Epirotica, quam Albanam vocamus, in Montanis Epiri, ubigena studiis asperrima belli; Indigena, an Advena, incertum. Secunda Cosacorum & Præcopiensium, id est Tartarica. Tertia Hungarorum, quam ex Asia in Europam transverberat crudelissima duæ gentes, Hunni & Avars. Quarta Finnonica, cujus propago est Lapponica, in Septentrionalibus Scandinavia Suedorum. Quinta Hirlandica, cujus pars, quæ hodie in usu Scotis Silvestribus. Sexta Vetus Britannica, in Montibus, Angli; item in Arctica Gallis, quam Britonantem Linguam Galli vocant. Septima Cantabrorum, quos Biscainos Galli & Hispani nominant, quæ sunt reliquæ Veteris Hispanicæ: patet ut minimum itinere septem dierum cum uls Pyrenæos, à Baionensi usque Agro, quem tractum in Tarbellis Lapurdensem vocant Sidonius & alii Veteres. Hæ sunt Undecim Matrices nullo inter se cognationis vinculo conjunctæ: atque hæ inter se diviserant Ecclesiæ Constantinopolitana & Romana; Et quidem commercio Characterum quintuplicis generis, Latinorum, Græcorum, Hieronymianorum, Rutenicorum, & Gotthorum. Nam & ipsi veteres Gotthi suos Characteres habent, Sacra alioquin Græco ritu celebrantes, Lingua Veteri Gotthica: in usu autem quotidiano magna ex parte Teutonissant. Hæc Europæus ille noster Mithridates: quo nemo potuisset de his talibus solidius, distinctius, elegantius. Ego quid his adponerem? Nihil. Singularum specimina suis conabor dare locis.

CAP. IX.

Europa Diviso.

EVROPE nostræ Totum ut considerandum monstra-
vi: Partium doctrinam & indicium nostra jam fla-
gitat Methodus. Partes Majores Minoresque Or-
bis Terrarum alii alio modo soliti sunt dividere, nunc
ἐνταῦθα, prout sese offerunt vel Montes vel Flumina; non-
numquam ἰσθμῶς, secundum habitationes & Linguas;
aliquando πολιτικῶς, vel quemadmodum Strabo loquitur,
ποικίλως, juxta voluntatem & Jurisdictionem Principum.
Mihi non censeo curiosius inquirendum, quæ Distribu-
tionis ratio Trium optima, Regionibusque fideliter de-
pingendis sit convenientissima. Aliis lubens laudem,
quæ veram istius difficultatis diffinitionem sequi potest,
relinquo. Ego, non ignorans, ut hoc saltem dicam,
quam firma validaque in medium adduci queant argu-
menta, cum Primæ, ut quæ aptissima, stabiliendæ;
tum enervandæ, quum obnoxia valde sit mutationi,
Tertiæ, mediam ingrediar viam; hunc nostrum Terra-
rum Orbis Ocellum partiturus, & penicillo, licet quam
velim rudiore, delineaturus secundum Matrices, de
quibus præcedenti capite dixi, Linguas: non quidem
omnes, sed Majores illas latissimeque patentes: qua-
rum aliæ usurpantur in Europa Occidentaliore, aliæ in
Orientaliore.

In Occidentaliore quidem versus Meridiem *Latina*;
cujus, varie admodum mutatæ distortæque, Propagini-
bus utuntur *Hispania*, *Gallia*, *Italia*: versus Septemtrio-
nem *Teutonica*, cujus Dialecti *Teutonismus* specialioris no-
tionis, & *Danismus*. Prioris usus, non exiguo tamen discri-
mine, in *Germania* tam *Superiore* quam *Inferiore*. Posterioris
tres sunt differentię, Danorum Limitaneorum qui
Daniam; Australium, *Suediam*; Septemtrionalium, qui *Nor-
vegiam* habitant. His adhæret *Finnmarchia*, cui peculiare est
Idioma, Propaginem habens *Lapponicū*, quo utitur *Lappia*.


In Orientaliore vero ad Septemtrionem *Slavonica*, quæ
in multas Propagines est diffusa. Nam in quibus ibi Re-
gionibus non ejus Vfus? Gaudent ea Populi, quos fere
Majorum nostrorum temporibus longe lateque habuisse
constat Superiorem Inferioremque & *Moschiam* & *Pan-
noniam*,

noniam, Daciam, Illyricum, Dalmatiam, Sarmatiam & alias: qui hodie *Poloni, Hungari, Trans-Silvani, Walachi, Livones, Lituari, Podolii, Moldavi, Bulgari*, & alii; quos omnes, exceptis Primis, uno complectar libro. *Hispaniam* igitur, cui in nostra Distributione princeps tribuitur locus, & merito, quum in Europa Terræ Continētis proxima sit Fortunatis Insulis, unde hodieque ex Veterum mente Longitudinis initium ducitur, quod felix faustumque sit, ingrediamur.

P. G.F.P. N.

n &
bi,
uos
spa.
qui-
nen-
e ex
fe.

. N.



Ayuntamiento de Madrid

COSMOGRAPHIÆ

PARTIS II, LIBER II.

DE HISPANIA.

CAP. I.

Hispania unde dicta, quæque varia ejus Nomina.

IN delineanda Terrarum Orbis Parte illa, quæ L. Floro Viris Animisque Nobilis dicitur, quædam generatim explicabo, quædam speciatim. Generatim Nomen & Res. In Nominæ quod Etymon sit Hispaniæ, scrutabor, quæque variæ Appellationes.

Hispaniam Iustinus ex Trogi Pompei Historiarum Philippicarum lib. XLIX dictam notat ab *Hispano* Rege.

Alii sic nominatam volunt ab *Hispani* urbe nobilissima; quam hodie *Sevilliam* appellant.

Abrahamus Ortelius, Vir quo nullus in Palæstra Geographica fuit operosior, quum Iberiam Asiæ Regionem olim *Paniam* à Pane, quem Iberis Dionysius, victoria potitus, præfecerat, inde vero *Spaniam* ab Iunioribus vocatum fuisse, legisset apud Auctorem de Fluminibus & Montibus, fidem sequutum Sosthenis lib. III rerum Ibericarum; Scriptoresque ferè omnes animadvertisset primos Hispaniæ Incolas ex Iberia usque dirivare; adductus est, ut ab *Spania* potius illa, quam ab *Hispano* vel *Hispani* nomen Regioni inditum, crederet. Sane *στραβίων* nominat D. Paullus Epistola ad Romanos, cap. XV: Apud Iustinum, ubi in Vulgatis *Hispania* exstat, in membranis *Spania* legitur: In optimis Q. Curtii Codicibus *Spaniam* esse notat Bongarsius: *Spaniam* vocat D. Hieronymus ad Iesclahizæ caput LXIV: D. Eulogius, qui ante septingentos annos floruit, *Spaniam* appellat: Vetus in Iuvenalem Glossographus Tagum *Spania* facit *Αυτὸν*: in Glossario D. Benedicti Græco-Latino *στραβίων* est pro *Hibera*, *στραβία* pro *Hispania*: *Spaniam* ab Chaldæis dici scribit Arias Montanus Commentariis in Abdiam: Galeus VI. Simpl. cap. IV. *Spanium* vocat oleum ex Iberia (sic Hispaniam

Hispaniam nuncupat) adveſtum : Conſonat denique h
dierna appellatio. Incolis enim *Eſpana* nominatur. Nam
Eſpania & *Spania* ſcriptione tantum differunt ; quum Hi
pani Gallicque vocibus Latinis , quibus ab S littera in
tium , E præponere ſuaque facere conſueverint.

Quam *Hiſpaniam* Latini Scriptores, Ptolemæus autem
Stephanus , Auſtorque Librorum de Machabæorum ge
ſtis Ἰσπανίαν vocant, rejecta adſpiratione , temporibus
antiquiſſimis *Iberiam* & *Heſperiam* nominatam memoria
produnt Strabo , Plinius , alii.

Iberia quidem ab *Iberia* Aſiæ Regione , unde prima
Hiſpaniæ Incolas non pauci deducunt : Strabo tamen
quamvis alibi propter Linguae diverſitatem hæſitet , e
Apollodoro , Socrate , aliisque : Dionyſius item Alex
andrinus & Priſcianus malunt Iberos ex Hiſpania in A
am migraffe , ibique Provinciæ , quam occupant , pe
trium nomen impoſuiſſe. Appianus quoque tres reſer
ſententias ; primam Europæos Iberos ab Aſiaticis dedi
centium ; ſecundam. Aſiaticos ab Europæis ; tertiam
nihil illis præter nomen commune volentium. Alii Ibe
riam ab Ibero Rege trahunt : alii ab Ibero flumine
Avienus ab Ibero Bæricæ opido.

Heſperiam vero , ab Heſpero , ut quidam memorant
Atlantis fratre velut Horatius putat , ab Heſperia Heſ
peri filia, vel potius ab Heſpero Stella Occidentali : qui
in Europæ Continente nihil eſt hac Regione Occident
lius ; unde à Seneca in Hercule Oetæo , Zephyro ſub
dita tellus. Quumque & Italiæ nomen idem eſſet , Ho
ratus lib. I. Carm. hanc *Ultimam* canit.

Heſpera *Iberia* vocatur Dioſcoridi lib. v. cap. cii. tam
quam *Iberia* Occidentalis , ad differentiam Orientalis
quæ in Aſia.

Celtiberiam quondam fuiſſe nominatam tradit Appianus
Alexandrinus : quæ tamen pars Hiſpaniæ (quam Celti
cam olim dixerunt teſte Varrone) potius cenſenda, cuius
que Incolæ nunc *Celti*, nunc *Celtiberi*, Plinio etiam *Celtiberi*.

Pannoniam quoque nominat Stephanus , πείρα πόντου.
Ἰλλυρίας Regionis Incolas olim nuncupatos ex Aſclepi
de Myrleano ſcribit Strabo.

Sepharad (ספראד) Hebræis dici notant Gulielmus To
ſtellus & Benedictus Arias Montanus Commentario in
Abdiam.

An Iosepho vere ab Tubale progeniti scribantur, ve-
reque Τεβηλαϊ vocentur, dixi Partis I, lib. III, cap. XIV.

CAP. II.

Hispaniæ Fines, Longitudo, Latitudo, Circumitus, Forma.

NOMEN dedi: offerunt se Res; ipsa, inquam, Regio & Incolæ. Regionis primum examinabo Adjuncta, inde Partes. Illa mihi sunt Quantitas & Qualitas. Quantitas consistit in Finibus & Circuitu, quæque inde quasi nascitur, Forma vel Figura. Quod igitur ad Fines: adluit Hispaniæ duo quidem latera Oceanus; Aquilonare, Cantabricus; Occidentale, Atlanticus: Tertium, quod ad Meridiem, ubi Fretum Herculeum, mare pulsat Ibericum, quod & Balearicum: Versus Orientem Pyrenæos habet Montes, perpetuis jugis ab Oceano, ubi Flaviobriga, hodie *Fuentarabia*, tendentes ad Mare Mediterraneum; duobus insignes Promontoriis, uno, quod *Olarso* cognominatum, in Oceanum projecto; altero, quondam ab *Veneris templo*, nunc vero Religione mutata, ab *S. Cruce* denominato, in Mediterraneum.

Hispaniæ Longitudo, Straboni libro Geograph. III. *ἡμετέρας ἰσχυροτάτης*; Latitudo, qua maxima, *πρυτανιστάτης*, qua minima, *τετραστάτης*: quæ, si cogitemus Stadium Græcum centum, Latinum centum vigintiquinque passus continere, quatuor autem Passuum millia Leucam, qua Hispani cum aliis Conregionalibus hodie utuntur, conficere, nihil erit difficultatis ad hodiernæ mensuræ rationem revocare. Ioannes Vassæus in Hispaniæ Chronico, cap. V IIII memoriæ prodit, Hispaniam ad Pyrenæos tam angustam esse, ut, quum per eos iter faceret, in Monte D. Hadriani, Ferdinando Colono rerum istarum peritissimo commonstrante, nisi sefellerit adspectus, utrumque viderit mare: Oceanum scilicet, cui peregrinantes erant proximi, atque eminus, quousque oculorum acies ferre poterat, albicantes Maris Mediterranei fluctus.

Circumitum Hispaniæ dimetiuntur per maritima littora & Pyrenæum Ioannes Episcopus Gerundensis lib. I Paralipomenon Hispaniæ, & Ioannes Mariana lib. I Historiæ cap. II.

Formam Hispaniæ quadratam nonnulli (inter quos Iustinus ex Trogi Pompei lib. XLIV) statuunt; nisi quæ Aquilonem versus sensim in Pyrenæum angustius coarctatur. Trigonam imperite facit Æthicus. Strabo, Pomponius Mela, Ptolemæus, & alii Hispaniam comparant Cornu Bubulo (*Βούβου Κορυφή*) humi protenso: cujus partes ad collum pertinentes in adhærentem ipsi Galliam porriguntur. Collum inquam, quantum protenditur Mons Pyrenæus ab Mediterraneo Mari ad Oceanum Britannicum inde dilatatur ad Brachia, ab Nova Karthagine usque ad Cantabros: Crura à Freto Herculeo usque in Galliam & Mare Britannicum: ultimum Corii ad modum Caudæ, Promontorium Sacrum, hodie *S. Vincentii*, quod extenditur in Oceanum Atlanticum, longe ultra omnem Hispaniam.

CAP. III.

Clima Hispania, ejusque ex Situ Cœlesti Qualitas, & quæ inde Commoda.

EXPOSITA Quantitate, in medium prodit Qualitas, cujus causa plurimum in Climate, Situque Cœlesti. Subest Hispania medio Quarti, totique Quinto, parti etiam Sexti Climatis; inter Gradus, Latitudinis quidem xxxv & xlv. Longitudinis autem inter xvi (ut nunc, capto ab Azoribus Insulis initio, notari solet: quam rationem deinceps sequar) & xxxi; ubi optima ad res omnes Temperies. Hinc merito Iustinus ex Trogo, fertiliorem facit Hispaniam Africa aut Gallia quam neque, ut illa, violento Sole torreatur; neque, ut hæc, assiduus Ventis fatigetur; sed media inter utramque, hinc temperato calore, inde felicibus Imbris in omni frugum genere sit sæcunda. Maxima Dies Æstatis in Parallelo Australi, qui distat ab Æquinoctiali Linea xxxvi gradibus, horarum est xiv-30: in Boreali qui abest ad Æquatore gradibus xlv-30. Hispaniæ igitur, quod monere jam cœpi, eadem passim est Qualitas, non idem Solo genius. Quæ Arcton spectat, plerisque scribingentibus, frigidior est nonnulliusque asperitatis; Oceano semper obnoxia, interiorum aquarum indiga, malignæque inde habitabilis; quæ etiam Rupibus, Saltibus, Locisque Silvestribus

bus pleraque obfessa. Qua, Montibus fere perpētuum intercurrentibus, in Austrum declinat, tota felix, tota beata, ut multis magnisque Fluminibus irrigari, sic tempestivis pluviis, quantum sufficit, recreari solita; & hinc omne genus, ea præcipue parte, Frugum, Animaliumque non benigna solum Mater, sed & Nutrix sollicita. De Hispaniis universim quæ scripserit ex Trogo Iustinus, capite præcedenti audivimus. Addam alios. Memoriae mandat Philostratus; hic Cœli temperiem esse talem, qualis Autumni tempore solet esse in Attica. Leguntur & hæc apud Solinum: *Terrarum plaga comparanda optimis, nulli posthabenda, Frugis ac Soli copia; sive vinearios Proventus respicere, sive arborarios velis. Omni materia adfluit, quacunque aut precio ambitiosa est, aut usu necessaria. Argentum & Aurum si requiras, habet: Ferrarii numquam deficit, nec cedit Vitibus, vincit Olea. Nihil in ea otiosum, nihil sterile, quidquid cujuscunque negat Messet, viget Pabulis: etiam qua arida sunt ac sterilia, Rudentum materiam nauticis subministrant.* Verba denique sunt hæc Pomponii: *Viris, Equis, Ferro, Plumbo, Argento, Auro tam abundans, & adeo fertilis; ut, sicubi ad penuriam aquarum effata & sui dissimilis est, Linum tamen aut Spartum alat.*

Admirandam eorum, cum quæ ex terra proveniunt, tum quæ in Terræ visceribus generantur & latent, fertilitatem; Animantium item, quæ Terra Marique nascuntur, præstantiam, quis digne, utque singula flagitant, commemorabit?

Incredibilis per omnem Hispaniam Frugum Vbertas; & plerique Agri tantæ sunt liberalitatis, ut pro accepto uno Tritici Modio triginta plurimum Colonis reddant; sæpe etiam quadraginta in Bætica præsertim.

Herbarum, cum Sativarum, tum Voluntariarum, quæ citra sementem erumpunt, quibusque insignes sunt & peculiare vires, (videndus Plinius lib. xxv, cap. viii) passim, cum primis in montosis locis, est feracissima: ubi *sui dissimilis*, inquit Pomponius, *Linum aut Spartum* alit. Strabo lib. iii *σπαρτίον* nominat *Campum*, circa Karthaginem Novam, spaciosum admodum & Aquarum indigentem, quem *Manxam* ab Arabibus vocari scribunt Hieronymus Surita & Ioannes Mariana. Idem *Iuncarum Campum* habet in Emporiensium agris. *Λιγυρὶ δὲ ἰκανῶς, inquit, οἱ Ἑμπορίται, γὰρ ἔχουσιν ὅλην τὴν περὶ αὐτῶν*

ὄν, τὴν δὲ σπαετοφῶρεν, τῆς ἀχρηστῆρας καὶ ἐλαίας χοίνα, καὶ ὡς
 δὲ Ἰσχυροῦ πεδῖον, Faciunt hæc Strabonis & appellationis
 Latinæ ratio, ut apud Ptolemæum legendum censeam
 Ἰσχυρία; quemadmodum etiam dicitur Antonino *Iunquera*,
 pro ejus Loci opido, quod hodie *Iunquera*.

Silvis, Nemoribus, Arboribusque singulares ferenti-
 bus fructus ubique est plena. Longum esset omnia com-
 memorare. Nemus est apud Opidum, cui ab *Monte Ma-
 jore* nomen, in quo Quercus, Castaneas, Ilices, Nuces,
 Corylos, Cerasos, Prunos, Pyros, Ficus, Labruscas,
 & omne genus Arborum fructiferarum sola Natura plan-
 tavit, altitudinis ingentis & latitudinis. Haud procul
 opido Beierano Nemus est amœnissimum, ubi Castaneæ
 Arboris ambitum se mensum scribit Lucius Marineus Si-
 culus pedum circiter quadraginta. Quid Mala referam?
 Inter ea melioris notæ sunt duo, *Canusum* & *Regium*.
 Quid Pyra? In iis supremæ classis quatuor, quæ odore
 gustuque suavissima: *Apianum*, quod *Muscatum* vocant,
 omnium Pyrorum minimum, *Vinosum*, *Pintum*, *Quar-
 tumque*, quod Hispanis *Sine Regula* nominatur. Quid
 Olivas? In harum numero primas obtinent Hispalenses,
 quæ magnitudine Juglandes excedunt. Hinc *Oleastrum*
 in ea ora circa Sinum Gaditanum, Lucus ab Arbore quanti-
 alit, apud Pomponium Melam lib. 111. Dives enim O-
 liveri tota Bætica. Silius Italicus lib. 111.

Palladio Batis umbratus cornu aramo.

Quinde Hispania canit universa lib. 1.

Nullaque Palladia sese magis arbore tollit.

Hinc *Oleastrum* Antonino, opidum inter Tarraconem &
 Dertossam; hinc *ἐλαστρον* Straboni circa Saguntum; hinc
 alia aliis locis. Quid de reliquis dicam Fructibus? Ple-
 ne decantata sunt non paucis Mala Hesperia vel Citrea,
 Cydona, quæ vulgo *Membrillos*; Granata, suis etiam Co-
 riis medicinam facientia. Nucem Juglandem primus in
 Hispaniam intulit Pomponius Flaccus, Eques Romanus,
 quum sub Vitellio Imperatore militaret. Testatur Ple-
 nius lib. xv natural. histor. cap. xxi.

Quid Vina commemorabo, optimi saporis odorisque?
 Passim quidem generosa admodum leguntur, aliis tamē
 & aliis locis præstantiora, quæ Marineus Siculus indicat
 lib. 1, de Rebus Hispaniæ. Vinum ex Turdetania multum
 exportari, præter alia, scribit Octaviani Augusti tempore
 Strabo

Strabo
 mus
 Prob
 que
 rent
 anno
 nium
 quod
 omni
 Vite
 ga q
 que t
 expe
 men
 conc
 doqu
 alio
 Hi
 vari
 ri, P
 bus v
 ex al
 Sici
 Trog
 dicit
 pani
 potu
 pand
 re co
 faci
 bæt
 ci, c
 niam
 que
 gunt
 ti-fo
 Avie
 Sierr
 veja
 en la
 lam P
 Liviu

Strabo lib. Geograph. III. quod quo modo intelligemus, quum memoriae prodat Fl. Vopiscus Syracusanus Probum Imperatorem Hispanis, ut & Gallis Britannisque, primum Vineas ut haberent, Vinumque conficerent, permisisse? Singulare scilicet jam fuerat multos annos Turdetanis Turdulisque, quos Hispanorum omnium cultissimos sapientissimosque noverant Romani, quod tandem commune factum & generatim concessum omnibus (hanc enim vocem addit Vopiscus) sub Probo. Vites Germanicæ superioribus annis in Hispaniam à Belgæ quodam Petro Simonis F. transportatæ, Hispanicoque solo insitæ, jamque mirum in modum multiplicatæ, experimur quotidie, quam grata producant Vina; nomen ejus, qui transsevit, retinentia. Asperitatem, quam conciliare Soli solet natura, frangit, emollit, jucundoque condit sapore adgenitus jam in aliena terra sub alio Climate genius.

Hispania Dives quondam universim, ut nunc quoque variis in locis, preciosissimis Auri, Argenti, Æris, Ferri, Plumbi, aliorumque Metallorum Thesauris, de quibus videnda, quæ multis adfert cum ex Posidonio, tum ex aliis Strabo lib. III. quæ item traduntur ab Diodoro Siculo, Solino in Polyhistor. Iustino libro ultimo ex Trogo Pompejo, Panegyrista Theodosii, & aliis. *Πλεῖς τῶν ὑποχθόνων τῶν ἀπὸ τῆς Ἀφρῆς, ἀλλ' ὁ Πλάτων κατοικεῖ.* Qui potuisset, oratoria quadam Eloquentiæ vi latius se expandens, insignem Metallorum fecunditatem explicare commodius? De Auri Argenti que copia fidem etiam faciunt, præter alios Auctor Librorum de Gestis Machabæorum, I, cap. VIII, & Iosephus lib. II Belli Iudæici, cap. XVI. In Montibus circa Bastetaniam & Oretaniam Auri Metalla describit Strabo. Nam avidi sterilesque, & in quibus nihil aliud gignitur, Auri bono coguntur, ut Plinii verbis utar, fertiles esse. Ab Argenti-fodinis, *Mons Argentæus*, *Αργυρεὺς* Straboni. *Argentarius* Avieno; hodie Incolis *Sierra Segura*, vel, ut alii censent, *Sierra d' Alcará*, non procul à *Castulone*, nunc *Castón la veja*. Argentum item fodi scribunt circa *Ilipam* (*Calamea en la Serena*) & utramque *Sisaponem*, Strabo; circa *Babylonem* Polybius libro XI: in *Melessum* finibus, ubi *Oringis* urbs, Livius, lib. XXV & II. Ad Tagum quoque in Montibus

Secturas esse Metallicas, apud *Cotinam* item circa *Bætiam*
Æs Aurumque nasci, notat *Strabo*. *Gallecia Regio*, ait
Trogus, vel ex *Trogo Iustinus*, *Æris ac Plumbi uberri-*
ma, *Auro quoque ditissima*, adeo ut etiam aratro frequenter
 glebas aureas exscindant *Agricolæ*. Commemorat & hic *Sa-*
crum in ejusdem finibus esse *Montem*; eum ferro violare,
 nefas haberi; si quando fulgure Terra proscissa est (hoc
 autem in his terris frequens esse) detectum Aurum, ve-
 lut Deum Munus, colligi. Eandem *Galleciam*, *Asturi-*
am & *Lusitaniam* æque omnium Metallorum fecun-
 dam prædicat *Plinius*. Inter Auri ramenta selibras ali-
 quando glebas fuisse inventas, scriptum reliquit *Strabo*.
 Apud *Ibyllam*, *Tartesiæ* urbem (quid si *Ilipam* de qua
 ante?) Auri Argenti *Fodinas* collocat *Stephanus*.
 Maximam Argenti *Fodinam* quondam apud *Novam Kar-*
thaginem fuisse, ab Urbe ad xx Stadia distitam; ibique
 quadráginta hominum millia in labore versari, & singu-
 lis diebus Populo Romano viginti quinque millia drach-
 marum inde tribuere solitos, ex *Strabone* discimus. Vi-
 cena millia Pondo Argenti annis singulis *Asturiam*, *Ga-*
leciam & *Lusitaniam* præstitisse, tradit ex aliorum fide
Plinius. Apud eundem *Bebelo* est, Argenti *Puteus*, ab
Annibale inchoatus, Auctori suo c c c indies pondo sub-
 ministrare solitus: sine dubio haud procul *Pyrenæis* mon-
 tibus. Addit enim *Aquitanos*, *Galliæ* populos, *Pyre-*
næo vicinos, hujus *Putei* aquas egerere. Forte circa
Oscam in *Ilergetibus*. Nam *Oscensu Argenti* non semel me-
 tionem facit *Livius*. Argenti ex *Pyrenæorum* nati in-
 cendio, quemadmodum referunt *Diodorus* & *Strabo*.
 tanta fuit copia, ut *Phoenices*, quum illud aveherent,
 atque *Argentum*, onustis jam *Navibus*, superaret, loca
Plumbi Anchoris illud subdiderint; imo, ut *Aristoteles*
 placet, circa *Tartessum* ipsas inde *Anchoras* fabricarint.
Turdetanos Argenteis *Lacunaribus Doliisque* usos, notat
Strabo. Non pauca etiam hujus Regionis *Flumina Au-*
rum ferre, docebunt sequentia. *Montem prærupte* al-
 tum in *Cantabriæ* ora *maritima* totum ex *Ferro* constan-
 tem habet *Plinius*. Probat Metallorum, Auri cum per-
 mis & Argenti, copiam inlata in Romanum *Ærarium* ab
Triumphantibus vis admiranda. Testatur infinitis locis
Livius *Triumphos* delineans. cn. *Cornelii Lentuli*, M.
Helvii, *Blasionis*, Q. *Minucii Thermi*, M. *Porcii Ca-*
toris

tonis. M. Fulvii Nobilioris, C. Calpurnii Pisonis, L. Quinctii Crispini, Q. Fluvii Flacci, Ti. Sempronii Gracchi, L. Postumii Albini, aliorumque: ut merito dixerit & vere Antonius Augustinus, Hispaniam id temporis Romanis eo fuisse loco, quo nunc Hispania America: inde, aliisque ex locis hac tempestate potentissimi Hispaniæ Reges, ex Metallis apud se domique nasci solitis contenti vilioribus, Aurum & Argentum petere malunt; quam penitiora Regnorum suorum Viscera, Necessitate non cogente, eam ob causam inquietare. Pergamus ad alia. Strabo lib. IIII memoriæ prodit, in Hispania *Electrum* fieri solere. Nam Auro ecfosso, Terraque aluminosa abluto, id quod tunc purgando rejicitur. *Electrum* esse, ex Auri Argentique mixtura conflatum. Hinc Silius Italicus in libris de bello Pœnico:

Electri gemino pollent de semine Vena.

Gemino, Auri & Argenti. Specularem Lapidem, in quamlibet tenues crustas findi consuetum, Hispaniam olim Citeriorem tantum dedisse, nec totam, sed intra centum millia passuum circa *Sigobrigam* (*Segorbia*) urbem, scribit Plinius lib. xxxvi natur. histor. cap. xxii. *Minium* in Hispania gigni, celeberrimumque peti ex Sisaponensi Beticæ Regione; inde Romam perferri, ibique perfici, excoqui, vendi, adulterari etiam docet Plinius lib. xxxiii cap. vii. Ab cuius verbis Lux M. Tullio Philippica II. *Quid erat in terris ubi in tuo pedem poneret, præter unum Misenum, quem tu cum Sociis, tamquam Sisaponem, tenebas.* De his Sisaponensium Miniariis loquitur Vitruvius lib. vii: *Quæ autem, inquit, in Ephessorum metallis fuerunt Officina, nunc trajecta sunt ideo Romam, quod id genus venæ postea est inventum in Hispania Regionibus: quibus metallis gleba portantur, & per Publicanos Romæ curantur. Ea autem Officina sunt inter adem Floræ & Quirini.*

Quid jam dicam de Salinis? Sal in Hispania non modo coqui, verum etiam plurimum effodi, hoc est, & fieri & gigni, tradit Solinus. Fit in multis Hispaniæ locis ex Aquis puteanis, ut apud *Seguntiam* & alibi: unde Regibus magnum exigitur Vestigal. Gignitur in extremis Maris littoribus, ceteris candidior. Sunt & Montes Hispaniæ, si fides Marineo Siculo, nativi Salis, ut apud *Ribagoriam*; in quibus lapidicinarum modo Sal cæditur, & Arborum modo postea pullulat ac renascitur. Apud

opidum *Antiqueram* Vallis est amœnissima, cujus longitudo passuum mille quingentorum, ex omni parte montium clausa jugis, quæ hieme pluvialibus Aquis impletur, & in formam magni Lacus efficitur, cujus Aquæ calore Solis, adjuvante Soli genio, in Salem candidum convertuntur. Alias silentio prætereo Salinas. Sed Miracula etiam audiamus, quæ tamen hodie evanuerunt. Memorat Strabo, Sal purpureum inveniri in Lusitania: dulcedine quadam temperatum in jugis Tarraconensibus cædi, Solinus ad Oresium; ex Varrone Agellius, Montem Magnum circa Iberum, ex mero Sale, eique quantum demas, tantum ad crescere.

Iuxta *Antiqueram*, de qua dixi, Montes inexhausti habent Fodinas, ex quibus præstantissimi Lapidés, ad sumtuosissimorum Operum & Ædificiorum ornamenta idonei, eruuntur; qui late patenti & amplissimæ Negociationi occasionem præbent. Quin & iidem Montes alterius quoque Lapidis fecunditate præstant, quem *Hisp* vulgare Hispanorum Idioma nuncupat; ex quo Calcem, imo notæ singularis Gluten conficiunt, quod usitato nunc nomine Architecti *Tarram* appellitant, Muris consolidandis firmandisque Ædificiis maximam vim habens. Hoc siquidem Lapidis genus igne concoctum, confusum, præque Incerniculum cribratum, aqua deinde maceratum Calcem & tenacissimum reddit Cæmentum, quod in priorem soliditatem mox coalescit: quo structuras tantæ industria componunt, & tenacissimas Muris Incrustationes superinducunt, ut Ædificia continuo ex lapide nata, non manu facta, aut composita, esse videantur. Eadem etiam Calce, seu potius Gypso, Glutinatores utuntur in obturandis ligneis fictilibusque Vasis, quæ Condimentis & vario foeta liquore in Indiam Belgicæque Regiones & alio transmittuntur.

Iam vero quod Pecorum omnis generis mugitu balatuque Nemora; Silvæ, Montes, Prata, Campi, Saltus ubique resonent?

Equos alunt Hispaniæ optimos: Ceteris Bætica plures, Asturia fortiores; *Asturcones* inde nominatos. De quibus sic Plinius lib. VIII cap. XLII: In eadem Hispania *Cal* laica gens & *Asturica*, equini generis, quos *Thieldones* vocamus, minori forma, appellatos *Asturcones* gignunt; quibus non vulgaris in cursu gradus, sed mollis alterno cruribus

explicat

explicatu glomeratio: unde equus totum carpere incursus traditur arte. Martialis.

*Hic brevis ad numerum rapidos qui colligit ungues,
Venit ab armiferis Gentibus Astur Equus.*

Silius Italicus lib. III, de Bello Pœnico:

*Hu parvus Sonipes, nec Marti notus; at idem
Aut inconcusso glomerat vestigia dorso,
Aut molli pacata celer trahit effeda collo.*

Recte: commodissimam enim præbet Sessori vectationem. Omnis abest Succussatio. Hinc Εὐδπορεῖ, Polluce teste, Græce vocatur. In vetere quodam Glossario, *Asturo*, Equus exponitur *Ambulatorius*, *Gradarius* aliis dicitur. *Tolutarium* item appellant Latini, à pedibus tolutim (quam vocem ex variis Scriptoribus explicat Nonius) id est, volubiliter & molliter glomerandis. Negat autem Silius Asturconem Marti notum (nam sic contra vulgatos quosdam codices legendum) de eo igitur exaudiendum illud Gratii.

*Non tamen Hispano Martem tentare minacem
Ausim.*

Equos enim ad bellum alibi suppeditat Hispania; quos Feros vocant Varro, Oppianus, Strabo; Probos, Olympius Nemesianus:

*Quinetiam gens ampla jacet trans ardua Calpes
Culina, Cornipedum late fecunda proborum, &c.*

De his etiam Silius, quem sæpe nominavi;
*Martius hic Sonipes campos hinmitibus implet,
Hinc juga Cornipedes evecti bellica captant.*

Equi nonnullis Hispaniæ locis tantæ velocitatis agilitatisque generantur, ut Vento conceptos fabularetur, imo crederet Antiquitas? Tribuunt hanc vim locis ad Oceanum circa Olisipponem (videndum cap. xxvi hujus libri) cum Plinio plerique; *Vettonibus*; Silius; *Tagro Monti*, Varro; *Sacro*, *Columella*, ex quo corrigendus fortean Varro, Ventum autem nominant Favonium aut Zephyrum omnes. Multorum vicem obeat Vergilius Georgic. III:

*Ore omnes versa in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptant que leves auras, & sæpe sine ullis
Conjugiis Vento gravida (mirabile dictu)*

Homerus jugales Achillis Equos ad Oceanum Zephyro Patre genitos, tradit, littoralia Iberiæ loca versus Occidentem designans. Pullos ex his natos non plus Triennio

nio vivere perhibent M. Terentius Varro lib. iii de Rustica, Solinus in Polyhist. Plinius viii cap. xlii, Columella lib. vii rei Rusticæ, & alii; Septimam feræ ætatem canit Silius lib. iiii, cujus locus operæ, quæ adscribatur:

*At Vettonum alas Balarus præbat aquore aperto,
Hinc adeo, quum Ver placidum Flatusque tepescit,
Concubitus servans tacitos Grex prostat Equarum,
Et Venerem occultam genitali concipit aura:
Sed non multa dies Generi; properatque senectus;
Septimæque his Fabulis longissima ducitur ætas.*

Septem annos dat illis Poëta, quibus alii vix tres. Nam Tertiam hic substituere pro Septima, nimis violentum. Tamquam notissima, hæc de Equis vento concipi solitis scribit Columella; pro re incredibile, sed vera, recitat Varro; addens Equas ex Vento ibi concipere, ut hic Gallinæ solent, quarum Ova Hypenemia vocat, Zephyrus Plinius; Iustinus ex libro Trogi ultimo natam credit Fabulam ex Equarum fecunditate, Equorumque pernicitate. Hæc sane causa fuit, quod ex Hispania Equos ad Curules Ludos & Saltationes petere consueverint Veteres Romani: cujus rei amplissima sunt testimonia apud Q. Aurelium Symmachum, lib. iv Epist. lx, lxi, & lxii, lib. vii, epist. cv. & cvi, lib. ix epist. xii, xiii, xiv, xx, xxii, & xxiii. Ut huic Qualitatis Membro finem imponam. Celtiberorum Equi, Strabonis indicio, sub albi si in Vltiorem traducuntur Hispaniam, colorem permutant: suntque Parthicorum similes.

In Lusitania Sui quum esset occisus, inquit Varro lib. ii de Re Rust. cap. iv, Attilius Hispaniensis, minime mendax, & multarum rerum peritus in doctrina dicebat L. Volturnus Senatori Missam esse ossulam cum duabus costis, quæ penderet iiii & xx pondo; eiusque Suis à cute ad os pedem & tres digitos fuisse.

Hispaniæ Canes laudant Oppianus & Iulius Pollux; item Nemesianus, quorum

proles de sanguine manat Ibero.

Ad Venationes extimulant cum alia, tum in Montibus, Vallibus, Silvisque Damæ, Cervi, Apri, Vrsi, Lepores, Cuniculi. His sane abundantem docet Hispaniam versiculus Catulli;

Cuniculosa Celtiberia sili; Madrid

& Nummis

& Nummus Hadriani Imperatoris, in cuius una facie, HADRIANVS AVG. COSS. III. P. P. cum Imperatoris capite; in altera HISPANIA. S. C. cum ipsius, Olivarum Ramulos aliquot dextra tenentis, effigie, adpicto ad pedes hoc animalculo.

Ad Ancupia invitant cum Aves aliæ, tum Aquilæ, Ardeæ, Accipitres, Attagines item, eo nuper ex Sicilia allati. Peculiare Hispaniæ esse Posidonius apud Strabonem adserit, τὸ τῆς κορώνης μελαινὸς εἶναι.

Ad Piscationes denique incitant in Mari quidem cum Pisces ipsi, ut Cæte, Balenæ, Congri, Murenæ, Thynni, Savali, Lampetræ, & alii, tum Ostrea Conchyliæque; in Fluminibus autem & Mediterraneis, ut aliis commemorandis superfedeam, Turtures, Iuvenali etiam decantati, aureis maculis insigniti, *Truchas* vocat Vulgus Hispanicum, *Trotam* Itali Siculique; saporis jucundissimi, optimi nutrimenti, Senibus Ægrotantibusque ab Medicis concedi soliti. Legisse se scribit Lucius Marineus Siculus de rebus Hispaniæ lib. I, in Hispania Polypum olim captum fuisse tantæ magnitudinis, ut ejus caput ostensum Lucullo xv. amphorarum capax fuerit, crines quidvis utroque brachio comprehenderint, calituli instar pelvium urnam æquaverint, reliquiæ ejus miraculo adservatæ septingenta pondo pependerint. Memoriam prodit idem Marineus Valentiam se piscem vidisse, quem Piscatores mari captum portaverant, & Torculari magno locaverant Aquæ pleno, crassitudine & longitudine magnæ Mulæ, cujus Caput, Os, Nares, Oculi Bovis esse videbantur; præter Cornua, quibus carebat; Mammas habebat muliebres, & Manus Mamillis adpositas, Vulvam quoque mulieris: addit postero die peperisse Pisciculum ipsi persimilem, longitudine trium pedum, crassitudine Colli Canis Gallici, Matremque eum quatrinduo post fame fortean coactam, devorasse.

Sed ego hæc paucis: pluribus explicantur ab Cæsare lib. III de bello Civili, Appiano, Strabone, Iustino, Solino, & aliis probatis scriptoribus: quibus addendi, ut certiora tradentes omnia, & oculis visa, L. Marineus Siculus lib. I, Rodericus Sanctius Historiæ Hispan. Part. I, cap. II, Ioannes Vassæus cap. IX, Marius Aretius Patricius Syracusanus Dialogo, cui nomen Calipho, & si qui his adconsenti.

Ayuntamiento de Madrid

Talis igitur Hispania & Vetus & Nova; Terris omnibus Terra felicior; cui excolendæ ditandæque impensius quam ceteris gentibus, ut ait Latinus Pacatus, supremus ille Fabricator indulgit.

Tanta autem hujus Regionis fertilitas, tamque læta rerum omnium copia facit hodie, ut larga manu Confinalibus suis, aliisque remotioribus Populis infinita cum apud se nata, tum etiam aliunde advecta subministret, Sericum, Lanas, Pannos omnis generis, Sal, Saccharum, Mel; Mala, Medica, Citrea, Granata, Cydonea; Olivas conditas; Cappares, Vvas, Ficus, Pruna passa, Amygdala, Castaneas, Glycyrrhizam, Anisum, Cuminum, Coriandrum, Oryzam, Crocum, Oleum, Ceram, Alumen, Smegma, Minium, Purpuram; Thynnos, Belenasque salitas. Baccas Laurinas, Fructus diversorum generum, Saccharo adspersos, Alabastrum, Corallium, Aurum, Argentum, Ferrum, Chalybem, Stannum, Cuprum, Plumbum, Rubiam Tinctorum, Argentum Vivum, Gossipium, Gemmas item preciososque Lapidem & Aromata ab aliis, tum ab Indis accepta. De quibus omnibus, præter Strabonem lib. III, plene Damianus & Goes, Eques Lusitanus, libello, brevi quidem, sed nervoso, quo Patriæ fertilitatem & potentiam suis coloribus delineare est conatus.

Pro iis autem omnibus grata quadam commutatione certatim ab Europæis, Africanis, Asiaticis, Americanis accipiunt eas Hispani merces, quas Natura Cœlique & Soli genius ipsis negare solet.

ADDITAMENTVM. [Verum hæc de Hispania in unum sum, nunc de singulis provinciis pauca dicamus.]

Catalaunia solum (inquit Boterus) eadem omnia fert quæ rebus qua Hispania, præter saccharum & spartum. Ad divitias activas accedit opificum industria, neque enim ulla est Hispania regio, in qua omnes artes plus aut melius excolantur.

Arragonia magna sui parte solo est aspero atque sicco, præsertim versus Pyrenaum, ubi integri diei itinere nullo habitaciones obvia sunt; non tamen desunt aliquot valles optimarum frugum fecunda & fructuum omnium feraces, ubi aqua rigantur; minus sterilis est trans flumen, ubi vix ullum oppidum occurrit alicujus momenti præter Calatajud.

Valentia Mediterranea petrosis & sterilibus montibus sunt aspera, maritima vallibus & planicie amena. Metalla argenti

bet Surioli; auri Loderi, ferri Finastrari alabastris Tabae; aluminis Piacenti; cementi & gypsi pluribus locis.

Granata temperatissima provincia est, & licet montosa, tamen omnium rerum copia abundat. Cum Mauri hoc regno potirentur, omnium rerum copia erat opulentum; hodie defectu populi agricultura defecit, & tamen inter locupletissimas provincias censetur; quippe solo est fecundissimo, & quod levi cultura indigeat: vix (inquit Boterus) explicari digne possit, multitudo herbarum odoriferarum, esculentarum & medicinalium, quibus montes & campi passim scatent, non varietas fructuum Saccharique copia; non Serici abundantia pariter atque praestantia; denique non omnis generis animalium multitudo. Fontes passim scaturiunt & tot rivulorum secturis & decursibus solum rigant, ut nulla amantior regio facile pingi possit.

Andaluzia nulla Hispania pars fructibus ditior, frumento abundantior, gregibus & armentis copiosior, maxime equis; ita ut merito horreum, pecuarium & stabulum Hispania dici possit. Andaluzia (inquit Nonius) potior Batica pars, corrupto nomine à Vandalis quondam incolis. Regio omnigena frugum copia mire luxuriat, siue vinearum proventus, siue arborarios fructus requirat. Oliveti vero unice dives est. Cumque omnium ferax sit, tum vel precipue inexhausta & diviti metallorum vena scatet; sed minio inter cetera felix. Aura hic ita lenes, annique tempestates adeo mites, ut non frustra antiquitas hac potissimum Hispania parte Elysios campos esse crediderit.

Extremadura regio totius Hispania maxime aprica, unde hie me armenta à partibus magis septentrionalibus, praesertim Soria & Cuenca, ad hanc regionem non minus traducuntur, quam in Italia ex Aprutino in campestria Apulia: nam ripa Ana optimis pascuis abundat; fluvius Ana qui provinciam secatur, medio quasi spatio absorbetur, & post quindecim leucas sub terris altas rursus emergit; toto autem illo spatio latissima sunt pascua; unde inter mirabilia Hispania recensetur, hic fluvium esse super quem animalia pascantur.

Castella nova veteri praestat, & bonitate caeli atque soli & fructuum omnimodorum copia: nam inter alios fructus excellentibus olivis abundat, quibus vetus fere destituitur. Pars tamen illa veteris qua vulgo terra de Campos appellatur, inter Hispania fertilissimas numerari potest, reliqua montosa sunt & sat sterile.

Galecia aer temperatus ad oram maris, in mediterraneis frigidiusculus: solum inaequale & magna sua parte montosum: inter

opida Orense & Montereiplanicies spaciosa, cetera montes & angustæ valles occupant, in quibus plurimi fontes scaturiunt, & infiniti rivuli discurrunt, & circiter septuaginta amniculi, inter quos eminent Sil, Migno, Vlla & Tambra. Hac provincia nullius rei indiga, magnam copiam piscium tam recentium quam muria conditorum evehit.

Asturia (inquit Nonius) regio universa aspera, montibus sylvisque horrida; minii, chrysocolla & auri præcipue fecunda.

Cantabria (inquit Nonius) regio montosa & aspera & Hispania pene dissimilis, Baccho prorsus inimica; præter plumbum & magnetem lapidem, copiosas ferri venas fundit, quæ hodieque durant; hodie in Biscajam & Guisiscoam divisa est.

Navarra Solum maxima sui parte fertile, aer salubris.

Portugallia aer valde salubris, quippe qui ventis marinis multum eventiletur; solum magna sui parte montosum, præsertim in Algarbia, fructus producit longe perfectissimos; Abundat oleo, vino, melle, frumenti nonnullam penuriam patitur, quod plerumque à Francis & Septentrionalibus populis accipit; Ne expers est metallorum, auri, argenti, aluminis, marmoris candidi & varii, Sericum habet excellens maxime in Braganza regione; copiam salis non modo sibi, sed & exteris sufficit. Piscis admodum est ora & Thynnorum captura nobilis; habentque hic piscem, quem alibi vix reperiatis Solea similem, quem ipsi vocant Arzeviam. In hoc regno (inquit Nic. d'Oliveira) tanta est olei copia, ut singulis annis supra tria millia doliorum in Belgium solum evehantur. Non minus frumento abundaret, si agricultura coleretur, nam anno CIOIOCVIII, duo opidula Cerpa & Moura tantam messem habuerunt, ut decima 1470 modios tritici redderent, præter ceteras fruges. Piscatio Sardinarum (ita minutum quoddam piscium genus vocant) hic admodum locuples, nam ex sola urbe Olisiponensi interdum supra centum minora navigia simul ad hanc egrediuntur, decimæque horum piscium soli duci Braganza viginti duo millia ducatorum annuatim reddunt. Pecorum præterea & Armentorum hic ingens copia.

C A P. I V.

Hispania Montes.

ITa se habent Regionis Adjuncta: succedunt Partes. Eas hic appello, Terra quidem, Montes & Promontoria, Aqua vero, Sinus, Portus, Flumina & similia. Inter Hispania Montes Pyrenæus principem obtinet locum, Hispaniæ

nos ab Gallis dividens, qui Ptolemæo & reliquis, Πυρην; Stephano, Πυρην; Tibullo lib. I, & Silio Italico lib. III, Pyrene; Livio lib. XXI, Cæsari lib. I de bello Civili, Suetonio in Cæsare cap. xxv, Æmilioque Probo in Annibale, *Saltus Pyrenæus*: Hispanis, *Los Pireneos* universim; nam pro ratione Locorum varia sortitur nomina, ut docet Olivarius. Ad Templum Veneris dicitur *Puig cerda*; inde *Montes de lacque & Roncevalles*; ad Navarræ demum regnum, *Mons S. Hudriani*. Dictum volunt plerique *ἑρδ τῆ πυρὸς*, ab Igne: vel quod crebris fulminum ictibus feriatur; vel quod ejus silvæ (scribente Diodoro libro VI) injecto à Pastoribus Igne, quondam universæ conflagrarint. Certe ab Græca voce nuncupatum, non est mirandum; quum ex Antiquis Monumentis, Græcos tam Occidentale, quam Orientale hujus montis latus habitasse quondam, satis superque constet. Silius Italicus Denominationis honorem tribuit Pyrene puellæ, Bebrycis, qui rerum sibi gubernacula tenebat, filiæ; in eo monte ab Hercule, violato Hospitii jure compressæ; ibique, quum ab feris laniata esset, sepultæ. Pomponius Mela lib. III, Dion. lib. LIII, & Orosius lib. VI, cap. XXI, Pyrenæos appellant non tantum, qui Hispaniam inter & Galliam; sed & qui ab Oriente in Oceanum usque excurrunt Occidentalem. Quin & ad Artabrum vel Celticum Promontorium, quod hodie *Cabo de Finisterre*, *Pyrenæos* hætenus ab Adcolis appellari testatur apud Ortelium Georgius Austriacus, Præpositus Harlebecensis. Quidquid sit, perpetuus ille Pyrenæi ab Ortum in Occasum procurfus Hispanorum alios facit Citramontanos versus Meridiem, Ultramontanos ad Septemtrionem. Pyrenes latus, ut notat Strabo lib. III, in Hispaniam vergens variis confitum est arboribus, iisque semper virentibus; alterum autem Galliam spectans, omnino nudum: media Loca Convalles continent, ab frequente Incola habitatas. Mutata nonnihil hodie Loci facies.

Pyrenæus, non ut Galliam separat ab Hispania; sed ut ab Ortum in Occasum ad Promontorium usque Celticum prolatatus Hispanos dividit in Cismontanos & Ultramontanos, alium ad Iberi fontes Montem protrudit versus Meridiem per Hispaniæ latitudinem. Nomen illi *Ἰβηρὶδα* apud Strabonem & Ptolemæum: *Saltus Aucensis*, vulgo *Monte d'Oca* hodie vocatur, ab *Auca* Urbe vetere, cujus ad

Villam-Francam, vigesimo supra *Burgos* milliari, vestigia monstrantur. Hujus progressum sic describit *Ioannes Mariana* lib. 1, de rebus Hispaniæ, cap. 111. Ex his Montibus (eos designat, qui ab Ortum abeunt in Occasum per Hispaniæ longitudinem) *Idubeda*. Mons versus Austrum ad Iberi fontes in Pelendonibus derivatur & per Virvestam *Arenas* cesque, ubi *Orbionis* cacumina surgunt, neque procul *Cauno*, qui hodie *Moncayus* est, *Bilbilim* *Darocam*que pratervectus, *Mari Mediterraneum* attingit, non procul *Dertusa* Urbe; unde extrema ejus montis partes hodie etiam nomen habent. *Iberum Amnem*, contra quam reliqui insigniores Hispania fluvii faciunt, ad Occasum ire *Idubeda* mons prohibet, &c.

*Orospe*da *Idubedæ* proles: *Idubeda* Straboni, *Orospe*da Ptolemæo. Toti hodie certum non est nomen: nam quod *Alvaro Gomecio* censentur *Sierra Vermigia*, quod *Floriano* *Sierra Molina*, quod *Clusio* *Sierra Morena*; Partes ejus sunt, quibus alias addit pro ratione locorum *Navagierus* in suo Itinerario; *Puerto de la Tablada*, *di Ponfria*, *Tofria*, *del Fræo*, *di Soma Sierra*, *Palomera de Avila*, &c. Describit eleganter meo judicio *Ioannes Mariana*, loco quem indicavi: *Paullo infra Caunum* (*Moncayo* hodie, ut ante dictum) ex *Idubeda* emissus *Orospe*da, mollibus initio jugis, ut vix adsurgere videatur, sensim tamen sese efferens, ulteriusque progressus, *Molina* primum montes (*Sierra Molina* hodie) erigit; *Concha* deinde, ubi *Sucronem* ad levam, ad dextram *Tagam* emittit. Inde *Consaburonis* seu *Consiegra* montibus constitutus, & in *Campis Laminitanis* *Ana* fontes enixus, ad *Alcarassum* (*Segura* Ptolemæi putatur, *Ilergetum* urbs: hoc loco *Orospe*da, *Sierra d' Alcaraz*; *Argenteus Mons*, dicitur *Straboni*) *Seguram*que procedens in diversas partes marique diversa *Taderem* (hic hodie *Segura* fluvius est) *Batimque* in *Salu* *Tingen*si non longe à *Casorla* opido fundit; ab *Ana* fontibus remotum amplius centum millibus passuum: unde in duo brachia scissus, parte una è regione *Murcia* factus ad *Murgim*, hoc est *Muxactum*, mareque terminatur, relictis ad occasum *Bastitanis* à *Basta* Urbe, qua hodie *Baza* est; ad ortum vero *Contestani*, veteris Hispania populi: parte altera versus *Malacam* porrectus, & *Eliberitanus* jugis sese adnectens ultra *Calpem* ultraque *Tartessum* tanta prae currit aviditate, ut penetrato mari *Fretique* angustias tantum non obturatis, *Africa* complexum non semel appetere videatur. *Orospe*da adfenseri solet *Calpe*. Sic *Ptolemæo* aliisque Mons vocatur ad *Fretum Herculeum*; qui *Gibraltar* vul-

go. Vere notatur pronunciaturque *Gebal Tarik*. Sic nominatus ab strenuissimo Duce *Tarik*, filio *Abdallæ*, filii *Wenemu Renathæi*, quem *Muses* filius *Nutzir* ex genere *Mara wanæorum*, quo tempore (annus is erat 10 CCIX) ex Africa in eam Hispaniæ partem, quæ Andalusia nunc dicitur, irrumperet, secum habebat. Testatur Auctor Geographiæ Arabs, qui quum de subacta Insula *Chadhar* verba fecisset, hæc subjungit: *Applicarunt autem ad eam Gebal Tarik (Monte Tarik.) Vocatus est autem Gebal Tarick, ideo quod Tarik filius Abdalla, filii Wenemu Renathæi, postquam trajecit quos secum habebat Barbaros, & muniverunt sese intra hunc montem.* Orospeæ item pars Rupes præcellsa, quæ ex Hispalensi urbe Granatam eunti prope Archidonam se conspiciendam offert. Nomen habet famamque meretur ex memorabili, quod in omne ævum est duraturum, Amoris exemplo. Hispanis dicitur, *La Penna de los Enamorados, Amantium Rupes.* Res, ut paucis dicam, ita habet: Quum Regnum Granatense Mauris adhuc pàreret, graveque inter ipsos & Christianos bellum flagraret, quodam in conflictu inter alios captus est Christianus, quem Maurorum Rex ob formæ venustatem facilitatemque morum libertate donavit, eundem apud se in palatio retinens. Inter hunc porro Filiamque Regis tanta tamque casta coaluit familiaritas; ut Articulis hæc Christianæ Fidei præcipuis imbuta, Christianisque commorari deinceps avens & commori, Torum Conjugalem pollicita, fugam cum Captivo fuerit molita. Quum autem Rex diligenter illos persequeretur; in Rupem, quam dixi, ut ibi delitescerent, fugerunt: videntes autem se detectos, & Rupem ab Mauris undique circumseptam animadvertentes, cacumen conscenderunt; seque, supplicio, quod ab Rege expectabant, territi, mutuo complexu præcipites inde dederunt. Ad cujus rei memoriam in ejusdem Rupis dorso, inque via publica Cruces erectæ videntur.

Paullinus *Bimarem* nominat. Respicit enim duo Mariæ, Internum & Externum. Strabo libro Geographicorum tertio Calpen montem esse, ait, Circuitu quidem non magnum admodum, altitudine autem ingentem & arrectum, ut remotioribus Insulæ formam præferat. Vnam Herculis Columnarum sunt qui fabulantur, alteramque ex adverso Abylam in Africa, Laborum Herculis metas. Addunt unum fuisse quondam Montem, sed ab Hercule perfossam

perforatum; ut, mutata rerum facie, exclusa ante Mariam in Mediterraneas Terras, Aquarum indigas, admitterentur. Videndi, præter alios, Plinius lib. III, & Pomponius Mela lib. I, ubi de Mauritania, & lib. II, ubi de Hispania: *Calpe*, inquit inter alia, facta cum Abyla commissione, *magis & penet totus in Mare prominens. Is mirum in modum concavus, ab ea parte, qua spectat occasum, medium ferelatus aperit, atque inde ingressus totus admodum pervius prope, quantum patet Sinus & specus, ultra est.* Diodorus etiam, agens de Perforatione, quam dixi, scribit Herculeum Fretum tam angustum reliquisse, ne grandia Cete intrarent. Alii de Columnis Herculis tradunt alia; quæ ad meum nihil faciunt institutum.

Ex *Orospeda* prope Alcarassum *Mariani Montes* surgunt. Sic nominat Plinius lib. III, cap. I, qui singulariter *Montes Marii*, Ptolemæo, & *Mons Mariorum* Antonino; hodie *Sierra Mofena*. Radices horum montium adluit ad lævam perpetuo fere ad Oceanum usque, nobilissimus fluvius Bætis.

Haud procul ab eo loco, quo *Orospeda* ab *Idubeda* prodit, prope *Caunum* è media Camporum vastitate atque planicie Montes alii videntur oriri; ceterum in Pyrenæi brachiis quibus universa innectitur Hispania, numerandos esse, nemini dubium est. Eorum apud Veteres Scriptores nulla mentio: nunc multis nominibus ab vicinis Civitatibus sunt noti. Numantia, Segobia, Abulaque Iustratis, Castellam in Veterem Novamque fecernunt; præterque Caurium & Placentiam Tagi ductum, quo ad lævam adluuntur, sequentes, Portugalliam in duas ferme æquas partes secant. Ad opidum *Sintram* demum, *Tagro* Monti viginti octo millibus passuum ad Septemtrionem ab Olisippone impositum, Occiduum attingunt Oceanum, desinuntque Promontorio in Mari constituto, cui *Magno* vel *Olisipponensi* cognomen.

Iuxta *Barcinonem* Mons est, quem *Mon-lui* vocant incolæ: sunt qui interpretantur *Montem Iovis*; alii melius *Montem Iudaorum*, qui quondam illic sepeliebantur, quorumque plura adhuc ibi Sepulcra & Signa. In vertice Turris est; unde Speculator die quidem Linteo Velo, noctu vero Facibus Navigiorum adventum *Barcinonæ* Civibus ostendit. De Montibus Fluminibusque Hispaniarum libellum edidit Hieronymus Paullus *Barcinonensis*.

CAP. V.

Hispania Promontoria,

HÆC de Montibus, Promontoria sunt in Hispaniæ ambitu ad utrumque Mare nobilissima; quæ paucis recensebo; capto ab iis, quæ ad Oceanum initio. *Scythicum* in Cantabris Melæ libro III cap. I, Geograph. Olivario dicitur *Cabo del Rigo*; Floriano *Penas de Hufon*; aliis *Cabo de Pennas*. Credunt nonnulli esse, quod *Λαπατία κόρυς* & *τρίκευρον* Ptolemæo.

Artabrum, quod & *Celticum* Plinio, à Populis *Artabris* & *Celticiis*, Promontorio adhabitantibus; *Νέλεον* Ptolemæo & Straboni, apud quem libro III male, *μεχρὶ τῆς πρὸς Ἀπριόρρις Ἀκρῆς*, ἢ *καλῶσιν Νέλην*: legendum enim, inverfis litteris, *Νέλεον*, ut & ipse alibi appellat. *Speculum Britannia* vocant Æthicus & Orosius. Hodie Nautis appellatur *Cabo de Finis Terra*, in Galecia.

Magnum, in Lusitania, Pomponio & Plinio; hodie *Cabo de Cascais*, ab vicino opido; ad dextram Tagi fluminis. Plinium maximo errore, quemcumque tandem Auctorem est sequutus, se involvere, notat Ioachimus Vadianus Commentario in Pomponium Melam, quum lib. IV natur. histor. cap. XXI scribat, Olisipponensi Promontorio oram Hispaniæ occiduam finiri, & Septemtrionalis lateris flexum incipi. Verba ponam; ut, an vere notetur, pareat: *Excurrit deinde, inquit, in aliud vasto cornu Promontorium, quod alii Artabrum appellavere, alii Magnum, multi Olisipponense ab opido; Terras, Maria, Cælum disternunt. Illo finitur Hispania Latus, & à circuitu eius incipit Frons. Vox, illo, Artabri respicit appellationem, non Olisipponensis. Dicit enim Artabro finiri Hispaniæ Latus, & ab eius circuitu incipere Frontem. Artabrum autem, obiter addit, Olisipponense multis vocari. Hoc non Plinii, sed aliorum dogma; falsum omnino. Nam si Olisipponensi nomen ab Olisippone, clarissima Lusitaniæ Vrbe; non idem potest esse cum Artabro, sed cum Magno, cujus jam meminimus, quodque in Frontis medio. Eodem modo, eademque interpretatione juvandus C. Iulius Solinus in Polyhist. cap. XXVI.*

Barbarium, *Καρπασίων κόρυς* Ptolemæo: hodie, ut volunt Clusius & Taraffa, *Cabo de Spichel*, ad sinistram Tagiripari

pam oppositum *Magno vel Olisipponensi*.

Sacrum ἱερόν Ptolemæo & Straboni, cui etiam *Kabo* lib. I; *Sacer Mons Columellæ*: *Caput Europæ* Eustathius hodie *Cabo de S. Vincente*, In Algarbiæ regno.

Charidemo, χαλιδεύς Ptolemæo ad Mare Mediterraneum hodie, teste Clusio, *Cabo de Gates*, vel ut scribendum censet Florianus, *Cabo de Agatas*, ab Achate Lapide, qui effoditur.

Scombraria; Σκομβραία, Ptolemæo, Tarraconensis Hispaniæ; Plinio, *Saturni*, hodie *Cabo de Palos*, scribent Clusio.

Ferraria, apud Pomponium Melam; *Dianium*, Cicero- ni & Plinio; Ἀρτέμισιον & ἡμεροσκοπιῶν Straboni; qui de eo sic scribit: Τῶτων δ' ἐστὶ γινωσκόμενον, τὸ ἡμεροσκοπιῶν, ἵκνῃσι τῆς ἱερῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν σφόδρα τιμώμενον, ᾧ ἐχέσματο δαμνῶν κατὰ βάλατλαν Σερτάει. Εὐμνὲν γάρ ἐστι καὶ ληστρὸν, κατὰ τὰ δὲ ἐκ πολλῶν τοῖς προσπλήσι. καλεῖται δὲ Διάνιον, ὅον Ἀρτέμισιον, ἵερὸν εὐδὸς εὐφοῇ πλεῖστον. *Ferraria* igitur à Ferro.

Tenebrium Τηνέριον Ptolemæo; hodie *Cabo de Alfaques*.

Lunarium, Λυνάριον Ptolemæo; Hodie *Cabo de Vallis*, ut putat Cl. Aretius; vel, ut Coquus *Palafigel*.

Aphrodisium, Ἀφροδίσιον Ptolemæo; ad Pyrenæi radicem Πυρηνναία Ἀφροδίτη, Straboni lib. I v. *Pyrenæa Venus* Plinio. *Μακαλιωτικόν* etiam appellatum scribit idem Strabo lib. I, quem nominavi. Hodie *Cabo de Cruz*.

In horum enumeratione nihil dixi de minorum gentium præcipue, quæ ad Oceanum, Promontoriis, quæ quavis ab Veteribus scriptoribus non nominentur, suis tamen hodie appellationibus non carent. Si quis Latus Hispaniæ, quod Septemtrioni obversum jacet, legat, antea quam à Pyrenæis montibus ad *Scythicum* Promontorium, quod primo loco posui, perveniat, prætervehatur, necesse est illud, quod vulgo *Cabo Matiacò*, versus ortum ab ingressu Portus Bermeen- sis paullo amplius quatuor distans miliaribus, *Scythico* proxime succedit *Cabo d' Aviles*, sic dictum ab adjacente opido. Sequuntur *Cabo de Brito*, *de Ortegál*, *de Prior*, quod *Corunnæ* Portum ingredienti ad sinistram; tribus semimiliaribus *Ferolis*: mox *Cabo de Belem*, *de Corrian*, *de Conte*, confusa omnia cum *Artabro* vel *Nerio* Promontorio; quod *Finis Terra* vulgo inter quod & *Olisipponense* sunt etiam *Cabo de Phalselin*, duobus Baiona miliaribus, & *Cabo de Montego*.

CAP. VI.

Hispania Sinus & Portus.

PARTES, quæ Terra, absolvi: restant quæ Aqua, ut sunt *Sinus & Portus*. *Sinus* Hispaniæ celeberrimi sunt tres: omnes ad Mare Mediterraneum, *sucronensis*, *illicitanus*, *Virgitanus*.

Omnium vastissimus est *Sucronensis*; magno satis ore Pelagus, inquit Mela, accipiens; & quo magis penetratur, angustior. Hunc ab *Illicitano* separat Promontorium Artemisium, cujus antea facta mentio. Nomen illi ab *Sucrone*, vel fluvio (notus ille Plinio. Ptolemæo & Silio Italico lib. III) nunc *Xucar*; vel opido (quod apud eundem Plinium & Strabonem) in sinistra fluminis ripa, quod hoc tempore *Cullera*.

Mediæ magnitudinis est *Illicitanus*, ab *Illice* opido, ut notat Pomponius Mela, quod *Illici* Plinio; *Ιλκίας* Ptolemæo; hodie, ut quibusdam placet, *Elche*; ut aliis, *Alicante*; unde & Sinus nunc *Puerto d' Alicante*.

Minimus est *Virgitanus* ab Opido, ut scribit Mela, *Virgi* hodie *Vera* vel *Bera*, Corrupte apud Ptolemæum *Ἰργή*, pro *Ἰργή* vel *Ἰργή*: nec emendatius apud Antoninum *Vrei*, ut nec apud Plinium *Virgi*.

Nominatur & *Gaditanus Sinus* Melæ lib. III, ab *Gadibus*. Hodie *Baia de Cadix*.

Ταρχήδων etiam *ἑν κέλπῳ* jacet Straboni; quem & hodie finem habet *Tarragona*.

Inter Portus, quos Hispania habet, primi est loci quæ Magnus Veteribus, *μῆγας λιμὴν* Ptolemæo inter Nerium & Scythicum Promontoria; *Corunna* hodie. Sunt & *Annibalæ Portus*, apud Pomponium, *Albor* hodie in Algarbiæ regno: *Amanum*, Plinio; nunc *Fuentaribie*, ut Villanovanus, uel *Bermeo*, ut Moralis censet: *Gaditanus*, Melæ & Antonino, circa Gades: *Tarraconensis*, de quo Silius Italicus lib. xv.

— Tunc hospita Tarraco Baccho

Considunt portu, & secures gurgite clauso

Stant Puppæ, positusque labor, terrorque profundæ.

Veneris denique Melæ nominatus ad radices Montis Pyrenæi. Sed de Sinibus *Portubusque*, eorumque latitudine & pro-

& profunditate multis felicissime scribit Lucas Auriga
in suo Navigationis Speculo, Chartis, quod ad Hispa
niam, decima novemque sequentibus.

CAP. VII.

Hispania Flumina, Lacus, Stagna, Fontes, &c.

SINVS Portusque demonstravi: Flumina, me
cant, & quæ cum iis censerī solita. Hispania mult
irrigatur passim Fluviis. Sunt qui centum & quin
quaginta numerant, & in iis Pontes ultra septingentos
inter quos nobilissimi Segoviæ & Alcantaræ. Alii aut
sunt nobiliores.

Iberus, ab *Ibera* opulentissima quondam Vrbe, quæ
hodie putatur, circa Karthaginem Veterem: in cuius
gro P. Cornelius Scipio vicisse Pœnos, totamque Hispa
niam Imperio populi Romani adjecisse scribitur. 154
Ptolemæo & aliis *Ebro* hodie. Erumpit apud Cantabro
(*Provincia de Campo*) ex Idubeda Monte, duobus Font
bus, quorum dexter in Saltu Aucensi (*Monte d'Oca*) finit
ad Opidum, quod Incolis *Fuentibre*. Inde, magnis co
scens Annibus, primo Calaguritanis exceptus arvis (*Cal
lahorra*) Iuliobrigam & Tubellam petit, Navarræ opide
Iuliamque & Celsam, Ponte quondam celebrem, inde
Cæsar-Augustam adluit. Illinc digressus in Austrum, &
mox versus Euronotum (nam quo minus, ut reliqui cele
briores Hispaniæ fluvii, ad Occasum tendat. facit Mons
Idubeda) labitur per Laletaniæ populos, qui nunc Catala
ni, Dertusam opulentam urbem præterlabitur, Postre
mo auctus *Baja*, *Cadora*, *Tirone*, *Najerilla*, *Fruega*, *Letu*,
Melero, *Ega*, *Arga* (*Aragus* Antiquis) *Aragonibus* duobus
(unde *Aragonia* nomen, Gallico) *Salone*, *Congedo*, (*Cogedo*
Martiali) *Cinga*, (cujus, nomen retinentis, mentio apud
Cæsarem de bello Civili, & Lucanum lib. 1 & IV) *Sagra*
(*Segre* vulgo, *si xes* Dioni; notus Plinio, Cæsari, Vibio) aliis
que, peracto quadringentorum sexaginta millium passuum
cursu, in Mediterraneum, cognomine ipsi, Pelagus
tam violenter duobus Ostiis (facta *Alphacia* Insula) ingre
ditur, ut quinquaginta passus in mare profusus dulcis ha
riatur. Sequior ille, quam aliorum Hispaniæ Fluvio
rum, Iberi cursus, cujus facta mihi mentio, eleganter
describitur, in *Vna Marmorea*, quæ in ædibus hortis
que

que Cardinalis Cæſii ſervatur, in Vaticano; ubi inter alia:

IAM. DATVS. EST. FİNIS. VITÆ. IAM.
 PAVSSA. MALORVM
 VOBIS. QVAS. HABET. HOC. GNATAM.
 MATREM Q. SEPVLCHRVM
 LITTORE. PHOCAICO. PELAGI. VI.
 EXANIMATA S
 ILLIC. VNDE. TAGVS. ET. NOBILE.
 FLYMEN. HIBERV S
 VORSVM. ORTVS. VORSVM. OCCASVS.
 FLVIT. ALTER. ET. ALTER.
 STAGNA. SVB. OCEANI. TAGVS. ET.
 TYRRHENICA. HIBERV S

Et quæ ſequuntur. Fluuiolum etiam in Bætica, qui hodie *Rio Tinto* & *Azeche*, ſcribit Florianus à Campo appellatum quondam *Iberum*: unde nomen *Iberis* inditum canit Sex. Avienus:

*Iberus inde manat amnis; & locos
 Fæcundat unda. Plurimi ab ipſo ſerunt
 Dictos Iberos; non ab illo flumine,
 Quod inquietos Vaſcones prælabitur.*

Durius maximus (concurrentibus in eum tot Amnibus, quos enumerare longum eſſet) Hiſpaniæ fluvius ex Idubeda, ubi nomen illi *Sierra de Cocollo* (apud Cantabros juxta Numanti-
 am, ut notant Strabo & Plinius) ſcaturiens, Veſtones ab Aſturibus, Luſitanos ab Gallecis Veteribus diſterminat. Turrem Sullanam (*Tordeſillas*) Sarabrim, Mirandam, & alia opida contemplatus, decimoquinto fere infra Lame-
 cam milliari, apud opidum Portugalliæ, quod *Portus* dicitur, rapidiſſimo curſu Occidentali ſe miſcet Oceano. *Δούρις*, Ptolemæo; *Δούρις*, Straboni; *Δούρις*, Appiano Alexandrino; *Duero* hodie.

Tagus (*Τάγος* Ptolemæo ceteriſque) naſcitur in altiffimis Oroſpedæ jugis, ſtadiis quinquaginta ab Opido parvo, cui nomen *Tragacet*, haud procul ab Vrbe Concia, nunc *Ouence*, Per Carpentanos lapſus Toletum, regalem Vr-
 bem, petit, Ponteque accepto, Talaveram, Auguſto-
 brigam, Alcantaram, aliasque Vrbes non ignobiles ad-
 luens, mediam fere ſecans Portugalliam, ultra Oliſi-
 ponam in Occiduum ſe exonerat Oceanum; Oſtio bis
 millium, ut quidam notant, quinquaginta paſſuum lati-
 tudine.

tudine. De Ostio Tagi scribit hæc Strabo lib. III, *Τάγος καὶ τὸ πλάτος ἔχει τὰ εἴματα, εἰκοσὶ πρὸς εὐρίων, καὶ τὸ βάθος, ὡς μετὰ πρὸς ἀνὰ πλάτος*: & quæ ibi alia. Quod Ostii Latitudinem, si censenda illa inter duo Promontoria, quæ vulgo nominari solita dixi, *Cabo de Roxent* & *Cabo de Spichel*; Nostrates Nautæ, quibus hæc notissima numerant decem fere Leucas; sin, qua maxima angustia, inter duo interiora Promontoriola, quorum Borealius *S. Giaon*, Nostris *S. Gielis*, Australius *Trafaria*, unitum tantum & semis est Leucæ. Quod ad Altitudinem; quidem duobus pulvinis, quibus infauftum nomen *Mahépos*, est infesta, sed inter quos Profunditas satis fides XII, ubi minima passuum. Adcolis hic fluvius hodieque *Taio*, Lusitanis *Teio*. An quod aliud habuerit olim nomen, disputat M. Antonius Del Rio Commentario in Senecæ Tragædiam, Thyestem, Tagus auriferis Arenis copiosus reliquis Hispaniarum fluminibus, uti testatur Solinus in Polyhistore & Isidorus lib. XIII Etymologicæ cap. XXI, præferebatur. Eo respiciunt Ovidius XI Metamorph.

Quodque suo Tagus amne vehit, fluit ignibus Aurum.
Juvenalis Satyra IV:

— tantitibi non sit opaci

Omnis arena Tagi, quodque in mare volvitur Aurum.
Statius Papinius Silvarum lib. I:

Huc Hermum, fulvoque Tagum decurrere limo.

Claudianus denique (nam alios prætereo) libro I in Rufinum:

Non Tartesiaci illum satiaret Arenis

Tempestas preciosa Tagi; non stagna rubentis

Aurea Pæctoli: totumque exhausserit Hermum,

Ardebit majore siti.

Auriferum hodieque, ut & alios multos Lusitanicæ fluviorum esse adfirmat apud Ortelium, vir fide dignus Emanuel Erricus. Piscium item Ostreorumque feracissimum, Gemmarumque generantem memoriæ prodit Pomponius Mela.

Anas, *Avas*, Latinis Græcisque Scriptoribus satis notus, Originem (ubi *Reydera* vocari tradit Garibaius lib. III, cap. II Hispanicæ Historiæ) habet ex vastis Stagnis in Laminitano Agro, ut scribit Plinius lib. III Naturæ histor. cap. I. qui hodie *Campo de Montiel*, circa Oretanum, quod Hispanis *Cagnamare* vocatur. Oretanos præ-

terlap-

terlapsus ad Metallinam, ubi Castra fuisse Vicelliana docent Antiquæ ejus loci Inscriptiones, Terræ se penetralibus condere putatur (Nam ex Vulgi opinione magis, quam ex veritate hæc esse, testis est aquæ Ortelium oculatus Georgius ab Austria, Præpositus Harlebecensis) mox post aliquot leucas, quasi sæpius nasci gaudens, inquit Plinius, ad Villartam eruptione facta, Augustam Emeritam, ubi longissimo Ponte lapideo transitur, Pacem Iuliam, & Austrum versus alias Vrbes prætergressus ad Caltrum Marinum in Oceanum evolvitur. Hispanis hodie vocatur *Rio Guadiana*, recepta ab Arabibus voce. Iis enim *Guad* Fluvius. Duo quondam habuit Ostia, quemadmodum notat Strabo lib. III. Quod verum fuisse arguunt satis cum Insulæ adjacentes, rum Loca ad ingressum vadosa, & vix duorum triumve passuum altitudinis.

Bætis (*Bætic* Ptolemæo) oritur prope Castaonem ex Orispeda Monte, ut scribunt Strabo & Stephanus, qua parte *Sierra d' Alcaraz* nominatur. Ab Fonte in Occasum vergens Cordubam, tot claris nobilem ingeniis, aliaque Opida præterlapsus, ad Hispalim, illius oræ caput, in Austrum declinans, Ostio satis amplo (unius enim Leucæ est) sed quod Vadusius haud procul Gadibus in Atlanticum Mare se exonerat. Tribuit & huic duo ostia Strabo lib. III, inter utrumque locans Insulam, in qua Menesthei erat oraculum & Capionis Turris in Petra, quam circumcirca Pelagus alluebat. Alveus, qui Nebrissam & Astam prætersuebat, oblimatus est; sic tamen & illius vestigia hodie visantur cum Æstuariis atque Diorygibus manutactis, ut inquit Strabo, ad exportandas scaphis lintribusque fruges ex agris in vicinas urbes. *Bætis* Isidoro lib. XIII Originum, quasi *Bædi*, quod humili solo decurrat. *Bætis* nobilis Auro Veteribus est, & Olivetis. De Auro Aristoteles in Admirand. Audit. & Stephanus de Vibibus, ubi de *Isidoro*. De Olivetis Silius lib. III.

genuit quos ubere ripa
Palladio *Bætis* velatus cornua ramo.

Martialis in Epigrammat.

Bætis olivifera crinem redimite corona,
Aurea qua nitidis Vellerat ingis aquis.

Statius Papinius lib. XI Silvarum:

Vitis *Bætica* provocat Tapetis,
Lucanum potes imputare terris.

Ayuntamiento de Madrid

Et mox

Et mox :

Attollat refluxos in Astra fontes

Grajo nobilior Melete Batis.

Batim Mantua provocare noli.

Nomen dedit, quam mediam secat, Bæticae Provinciae
testantur cum alii, tum Seneca in Medea Actu IV, Scena

Nomenque Terris qui dedit Batis suis,

Hesperia pulsans Maria languenti vado.

Recte, *Languenti Vado*. Nam quum spaciosum sit Ostrin-
languidior & minore cum impetu Oceanum ingreditur, &
deo ut metus sit, ne aliquando non obturetur quidem no-
bilissimus Portus, sed difficiliorem præbeat grandioribus
Navigiis adscensum; quum nonnullis locis trium-sem-
tantum passuum sit altitudinis. Straboni etiam & Pausa-
niae Ταετηρός nominatur. Apud Strabonem Stefichorus
antiquus Poëta :

Διότι γεννηθεὶς ἐξ ὕδου ἀντιστρέφει κλεινὰς Εὐθείας

Ταετηροῦ ποταμὸν παρὰ πηγὰς ἀπείρουτος ἀεγυρερίζας.

Stephano Πίενης; apud quem levi fortean mutatione scilicet
bendum Κίενης. Livius enim *Circen* ab Incolis nominatur
notat: quam appellationem aliquandiu retinuerunt, scilicet
bente Mario Nigro, Hispania potiti Afri; quibus tandem
Guadalquivir, vel, ut alii scribunt *Guadalchebir*, tamquam
Fluvius Magnus, fuit dictus. Ab hoc Fluvio *Baticola* apud
Silium lib. I. Excipit præter alios *Singulim*, ut eum vocat
Plinius, qui hodie *Xenil*, vel *Guadaxenil*: *Singilius* Isidorus

Minus Hispaniæ Terraconensis fluvius, ortum habet
sexto supra Aras Sextianas, quibus hodie *Lugo* nomen
miliari ad opidum quod vulgo *Castel-Verde*, Portum Ma-
num secans, Pontemque Belsarium & Orensem Civitatem
perlapsus, facto ad Valentiam cum Avia congressu, sex
milliaria procurrens in Oceanum se præcipitat. Huius
Lusitaniæ maximum & *Baiviv* etiam appellari notat Strabo
Ptolemæo *Miviv*. Apud Appianum inemendatius *Niviv* legi-
gitur, pro *Miviv*. *Minio* etiamnum dici, docent Tabulae
Lethe Bæticae fluvius. Veterem appellationem videntur
illi reliquisse Arabes; qui præposita in Fluviis nominati-
dis usurpari solita voce, *Guadalete* dixerunt. Meminit
forte Silius Italicus lib. XVI:

Et Theron potator Aquæ sub nomine Lether.

Mauris *Bedalac* nuncupatum fuisse, memoriæ prodit P. de
Medina.

Ayuntamiento de Madrid

Tw

Turius Plinio; Turias Sallustio, Prisciano & Vibio; Duria Pomponio & aliis; hodie, mutuata ab Arabibus voce, *Gnadalabiar*, quasi pura & Limpida Aqua. Habet amœnissimas Ripas, Rosis semper varioque florum genere coronatas. Vestitur utrimque Nemoribus ab Fonte (qui in Aragonia haud procul Opido *Tervelo*) ad Ostia usque; adspectu pulcherrimo gratissimoque; ubi Vitis, Platanus, Pinus, aliæque numquam carentes fronde Arbores: ut non immerito Claudianus in laude Serenæ:

Floribus & roseis formosus Duria ripis.

Est item prope Minium versus Meridiem *Limæ* Plinio, *Λιμνία* Straboni, *Λιμνη* Ptolemæo, *Limia* Pomponio, *Limas* hodie. *λήθη* quoque Straboni: *Lethe* Silio Italico lib. I, qui populos illi adlocat Gravios:

Quique super Gravios lucentes volvit arenas

Inferna populis referens obliviam Lethes.

Quibus verbis Poëta ad *Oblivionis* appellationem respicit. Sic enim Latinis etiam fuit dictus, ut videre est apud Plinium lib. IV natur. histor. cap. XXI, Pomponium lib. III, L. Florum Epitoma Liviana lib. LV. *Oblivionis* Nomen corruptum video apud Strabonem lib. III. *Εὐβοιοὶ ποταμὸν, καὶ μὲν τῆς ὁ τῆς λήθης, ὅν τινες Λιμνίαν, οἱ δὲ Βλῆννα καλεῖσι.* Legendum enim *Οβλιβιόνα*. *Aeminis* m etiam dictum fuisse scribit Plinius loco, quem paullo ante indicavi. Hunc Annem designat Pluto apud Claudianum.

— *sunt altera Lethes*

Flumina.

Sicoris (à quo *Sicanos* & *Sicaniam* nonnulli dirivant) Iberose commiscet. Aureas defert arenas. Potus valde salubris. *Σικωρὶς* Græcis. Meminerunt Plinius, Cæsar, Vibius, Dion, alii. Hodie *Segre* nuncupatur. Notat Euterus Cathalonica lingua vocari *Aqua naval*.

Chalybs apud Vascones oritur, cujus Aqua ad Ferri temperamentum plurimum valet; adeo ut Hispani non alia Arma, nisi quæ hujus liquore temperata, adprobent, Ab hoc Flumine Populos *Chalybes* Iustinus lib. XLIV, ait appellatos.

Apud Gallecos nascitur *Astura*, Amnis non obscuri nominis: à quo *Astures* nominati, Mentio apud Orosium lib. VI, cap. II Romanæ historiæ. Reliquos minorum gentium aliis explicandos relinquo.

Prope opidum *Betaram*, Lacus est non utilis minus, quam

quam admirabilis ; qui & Turtures , Pisces subnigrit
& excellentes , gignit , & futuram pluviam turbine
que , ut scribit L. Marineus Siculus lib. 1 de reb. Hisp.
magno aëris sonitu prænunciat ; adeo ut ejus murmur
quasi Tauri mugitus sæpenumero ad duodeviginti mil-
lia passuum fuerit auditum. In summo Montis *Stellæ*
Æacumine Lacus quidam est , scribente Vaseo , in quo
fragmenta navium subinde reperiuntur , quum tamen
mari plus x l i leucis absit : quin quod exæstuet & Tem-
pestates ibi audiantur , adfirmare Incolas , quoties in-
tumescit Mare , idem notat. In Cantabriæ Lacum *ful-*
men decidisse , & repertas duodecim Secures , ait
Galbæ vita diligentissimus Scriptor Suetonius.

Amœnum Stagnum est apud Plinium lib. 1 r i natur. his-
tor. cap. 111 , haud procul Valentia : hodie *Albusera*

Fontes ibi in Montibus , Vallibus , Opidis , Pagis
privatis Ædificiis innumerabiles. Ager solus Xericius
Territorio Pacis Augustæ Fontes habet c l o l o . Sunt
& nonnullis sua Miracula. Prope Orense opidum Fons
est nomine *Burga* in altum scaturiens , ita fervens ut in
eo & ova coquantur , & Sues immerfi facile depile-
tur. In opidulo Lusitaniæ Villa Nova Fons non solum
oritur , sed & occidit. Oritur Kalendis Majis , & ad
Kalendas usque Novembris aquas Villænovanis abunde
adfundit ; postea vero occultatur latetque hieme tota ,
ad statutum tempus renascens adcolas revisit ; quod qui-
dem singulis annis fieri compertum scribitur. Odis
leucis à Conimbricâ visitur hodieque Fons *Ferventia*, ve-
re admirabilis , quem Plinius in Catinensi Hispaniæ agri
(*Cadima* hodie dicitur , haud procul à Teutagallensi Mo-
nicipio) ponit : qui quidquid admotum fuerit , absorbet.
Cujus rei factum periculum se præsentem , adserit apud
Io. Vasæum Henricus Cardinalis & Princeps coram Io-
anne Rege Lusitaniæ & ceteris Fratribus regiis , cum
in Arborum truncis & ramis , tum in Iumento , quod
Fonti admotum pede paullatim absorberi cœptum , ægre
tandem ab famulis extractum est. Affirmat Plinius ab-
rerum juxta fluere , qui omnia respuat. Is hodie si ex-
stat , saltem ignoratur. Supra Burgensem Civitatem ad
passuum millia circiter viginti versus Orientem Pagus
est nomine *Boetius* , sub altissima rupe positus , ex qua
Fonticulus effluens in planiciem apud Pagum , cujus

memini, descendit, duosque in Lacus ingressus tantam iis virtutem vimque salubritatis infundit, ut quicumque fluxum sanguinis patiuntur, hac aqua loti è vestigio liberentur. In Bætica Provincia juxta opidum Antiqueram Fons potus Calculos dissolvit; à Petra, quam per urinam extrahit, cognominatus. In Cantabrica Fontes *Tamaricos* tres describit Plinius, qui singulis siccantur duodecies diebus; aliquando vicies, citra suspicionem ullam Aquæ, quum sit vicinus illis Fons, sine intermissione largus. Videndus Marineus Sculus lib. I de Reb. Hisp.

Quod ad Balnea, celebrat cum primis Marineus, quem dixi, quod in ripa Thormis Amnis. Huic addit, quod ad Opidum Beiaram, quæque apud Callæcos prope Minii fluminis ripam & Orensensem urbem. Alia prætereò.

CAP. VIII.

Hispanorum Genius, Mores, Lingua.

REGIONEM generatim perlustravi: Incolæ succedunt considerandi. Hic investigabo primo quis ipsis Genius & indoles; inde qui gubernentur vel Politice, vel Ecclesiastice. Quales hodie, depingere conabor: si, quis antiquis Hispaniæ incolis genius, quales vivendi cum domi, tum militiæ ritus fuerint, fideliter ex Veterum Scriptorum monumentis demonstraro.

Elatos jactantiæ animositate præposteros vocat Hispanos Iulius Firmicus. Asturam dicit hanc gentem Vopiscus; Velocem Corpore, Inquietam, avidam in res novas, Ingeniis præditam, quæ Feris propiora, quam Hominibus, Iustinus ex Trogø & Livius appellant. Brevis utebantur, scribente Diodoro, veste; ac nigra Hispani. *Striges* Hispanorum Vestes nominantur apud Iddorum lib. XIX, cap. XXIII. Munditiei amantes faciunt Ptolemæus II Quadripartit. & Diodorus: quorum tamen hic una in re eos Spurcitiei notat, quod Urina totum Corpus lavarent, Dentesque fricarent. Cantabris, aliisque qui confinales illis, hoc tribuit Strabo lib. III: Εἰ μὴ τις οἶται πρὸς διαγωγὴν ζῆν, τὰς ἀρρολουμένους ἐν δεξιμαῖς παλαιμῖνος, καὶ τὰς ὀδόντας σμηρομένους καὶ αὐτὰς καὶ τὰς χυναῖκας αὐτὰς; καὶ ὡς τὰς Καντάβρους, καὶ τὰς ὁμόρους αὐτοῖς. Celtiberis

54 P. MERVLE COSMOGRAPHIÆ
beris adscribit Catullus, his versibus:

*Nunc Celtiber in Celtiberia terra,
Quod quisque minxit, hoc sibi solet mane
Dentem atque rursam defricare gingivam.*

Spurcissimum hunc ritum appellat Apulejus Apologia I,
Quem multo aqnius erat spurcissimo ritu Hiberorum, ut ait
Catullus ——— *sua sibi urina*

Dentem atque rursam pumicare gingivam.

Virorum Mulierumque communem fuisse ad Robur exercendum utilitatem, memoriæ prodit Strabo: consuevisse autem Mulieres Rem Rusticam exercere; Puerperasque Maritis suis in Lecto conlocatis ministerium exhibere. Adfluenter Carnibus variis nutriri solitos, Potum ex Melle conficere, Vinum emtum bibere, apud Diodorum legimus. Potum ex Frumento confectum largiuntur Florus, Plinius, qui *Caltam* & *Ceriam* nominat & Dioscorides cui *Curmi* dicitur. Hispanos certe gentibus inebriari solitis connumerat, Athenæus. Duram omnibus & adstrictam Parsimoniam tribuit ex Trogo Iustinus: & quamvis ditissimi, ut videre est apud Athenæum, Aquam bibebant, Soli cibum capiebant, ut sumtuose incederent. Neque in festos dies ullus Epularum adparatus, teste Trogo. Eracæ silvestris semine uti solitos Sinapi loco, tradit Dioscorides. Plinius scribit eos ævo suo Glandem in secundis Mensis habuisse; quin ex Glandium farina Panem etiam confecisse, docet Strabo. Humi eos decumbere solitos, idem Plinius testatur. Aqua calida lavari post Secundum Bellum Punicum ab Romanis didicere. *Quid*, ait, quem sæpe dixi, Plinius lib. xxxv, cap. xiv, *non in Hispania ex Terra Parietes, quos appellant fornaces, quoniam fornacum modo circumdati utrimque duabus Tabulis infarciuntur verius, quam instruantur, avi durant, incrupti Imbris, Ventu, Ignibus, omnique cemento firmati.* Gens, ut hodie, sic olim belli avida. Hinc audax Tullio lib. i v; ferocissima, jugique impatiens, Floro; *Viribus corporis Romanos superans Vegetio:*

*Pudica gens animi, & properare facillima mortem:
Nemque ubi transcendit florentes viribus annos,
Impatiens avi spernit novisse senectam,
Et fati modus in dextra est, Silio Italico.*

Corpora ad incedendum & laborem, Animos ad mortem pab-

ratos iis fuisse, notant Valerius Maximus & Iustinus. Impacatos vocat Iberos Virgilius in Georgicis; quod Abactores essent, ut interpretatur Servius; quod in latrociniiis præponderarent, ut Iunius Philargyrius; quod supra modum sua Virtute Veteres Romanos inquietarent, ut alii. Bellum, quam Ocium malebant: si extraneus deesset, domi Hostem quærebant, Trogo scribente. In bello non Equites modo, sed & Pedites robore malorumque tolerantia ceteris habebant excellentiores. Prælia adgrediebantur Carminibus, eodem teste. Respicit eo Silius, quum inquit:

————— ritu jam moris Iberi

Carmina pulsata fundentem barbara cetra.

Duobus Gladiis fulti, quum equestri certamine superiores evasisent, ex equis, si eundem Diodorum audiamus, defiliebant, Peditesque pugna juvabant. Gladii, ut ex Livio Polybioque constat, brevitate agiles erant, ad propiorem pugnam habiles, cum Mucronibus, ita ut punctim, non cæsim, ferirent. *Macharam* etiam Hispanicam nominat Seneca de Beneficiis libro quinto circa finem. Eam sic describit Polybius lib. vi. *καὶ τῶν θυρεῶν Μάχωσεν, ταύτην δὲ περὶ τὸν δεξιὸν φέρει μὲν: καὶ αὖτις δ' αὐτὴν ἰσχυρὰν, ἣ καὶ δ' αὐτὴ κέντημα διάφορον, καὶ κατὰ φύσιν ἔχοντων τῶν μὲν βίβλον, διὰ τὸ τὸν δεξιὸν αὐτὴν ἰσχυρὰν καὶ μόνιμον εἶναι.* Gæsis usos fuisse, docet, Athenæus; Galeas tulisse æreas, Cruribusque Ocreas ex pñis factas advolvisse, Diodorus; levi Armatura, Peltis, Iaculis, Fundis uti consuevisse, Strabo; Linteis purpura prætextis & candidissimis Tunicis indutos prælia iniisse, Polybius. Et quamvis tragicis Stolis atque variis amicti Tunicis, etiam ad pedes demissis in publicum prodirent, ut auctor est Athenæus, nihilo tamen ad bella gerenda erant ignaviores ac minus fortes. Juvenibus in bellum euntibus Parentum facta memorabant Matres, ut notat in Historiis Sallustius. Tot Columellas circa defunctorum Sepulcra statuebant, quot quisquis hostes occiderat, testis Aristoteles lib. vii Politicor. Proclive eis fuisse transnare flumina, ait Cæsar; iisque omnibus in more positum, addit, sine Vtribus ad exercitum non ire. Plurimis militares Equos & Arma ipsorum sanguine cariora fuisse, tradit ex Trogo Iustinus. In Hostes crudeles fuisse; erga Advenas humanos & hospitaes, ait

ait Diodorus. Regibus se devovere, postque eos vitam acerbam censere, prodit ex Sallustio Servius ad x. Georgic. Tantus ipsis innatus legitur apud Strabonem Amor fuisse Libertatis, ut bello Cantabrico Matres Liberos suos necarint, ne in hostium manus pervenirent. Puer, mandatu Patris, Parentes Fratresque omnes captos, ferrum nactus, interfecerit: Mulier quædam una secum vinculis mancipatos obruncavit. Quosdam captos & in crucem suffixos Pæana cecinisse, tradunt apud eundem Strabonem incerti: stupendus hic Mortis contemptus: Quid jam dicam de insigni ipsorum Fortitudinis? Celebratur apud Iustinum Servi Bello Punico Patientia, qui ultus Dominum, inter Tormenta risu exsultavit, serenaque lætitia crudelitatem torquentium vincit. Fidelitatem Veterum Hispanorum commendat, quod custodiis ipsorum, cum gladiis insectantium se, fuerit usus Cæsar, teste Suetonio in ejus vita cap. xxv. Hispanum & illud, inquit Strabo, ut de more Toxicum adponeretur, ex olere, quod Apio ad simile, confectum; nullum adferens dolorem: ut si quid immineret invitis, in promptu illud haberent. Hoc item eorundem erat, ut sese pro iis, quibus conciliarentur, immolarent; mortique devoverent. Quo modo autem Mortuos suos habuerint, docet Silius Italicus lib. x. l. 11.

Tellure (ut perhibent) is mos antiquis Ibera,

Exanimæ obsecrans consumit corpora Vultur.

Ælianus hoc peculiariter de Barcæis scribit; & tantummodo de iis, qui in bello perierant: qui autem ex morbo, igne cremari solitos addit. Sed Hispanorum Veterum mores pluribus delineant Diodorus Siculus lib. v. Strabo lib. 111, aliique antiqui Scriptores.

Quales hodie, dicam, ipsis verba præeuntibus. Hispanis Natura calida est & sicca: Color subobscurus; cui juvando Feminae Collyrio plurimum ex Cerussa Minioquo utuntur: duriora & bene compacta Membra. Magna Mortales omnes Superstitione superant: ad Cerimonias, Adulationes, amplos Titulos Populis aliis duces. Animi concepta dexteritate singulari tacendo, simulando, dissimulandoque celare norunt. Gravitatem servant cum adfectata quadam Severitate: quæ facit, ut odium sustineant Nationum omnium, gravissimum, quemadmodum ipse Mariana prædicat, atque

individuum

individuum magnorum Imperiorum adseclam. Mulieres non admodum fecundæ paucos pariunt: priscas Romanas æmulantes Vino plurimum abstinent: raro se conspiciendas præbent; & Nobiles quidem domo non egrediuntur, nisi comitante satis grandi Famulorum præcedentium, sequentiumque Ancillarum numero. In Conviviis domi quidem frugales, sobrii, paucisque contenti; foris Ciborum, præsertim deliciariorum, adpetentiores. Advenas inhumaniter excipiunt. Apud exteros alter alterum colit, veneratur, laudat, extollit; Nobilitatem, Plebejo etiam, si quo potest modo concilians. Iustitiæ cultores maximi: Summis, Mediis, Imis æquale jus administratur. Facit Magistratum industria, ut pauca, imo nulla ibi sint latrocinia. Plerorum manus puræ ab cædibus; aliisque flagitiis. Nemini impune est, qui vel Sacro-sanctas Leges, vel quemcumque, etiam minimi loci, violare fuerit ausus. Inquieti Magna semper moliuntur. Pulsis intestinis Hostibus, profligatisque Saracenis, potissimas Orbis Terrarum partes suis Regibus adquirere student. Vbi duo tresve convenerint, cujuscumque loci & conditionis, de Rep. gravissimis Rebus differunt; ad enervandas Hostium vires vias quærunt, Strategemata excogitant, mille Machinas fabricant; suisque Ducibus, si quid utiliter inventum, aperiunt. In Castris Famis, Sitis, Laborum patientissimi. In acie consiliisque major illis Ars, quam Ferocitas. Levi corpore, Levibusque Armis induti Hostem facile sequuntur, facileque, quum opus, fuga sibi consulunt; nusquam non, numquam non militaribus operam dantes Meditationibus concessaque unis Batavis hodie contra se non inlubenter palma, reliquos omnes Populos in his talibus longe multisque gradibus superare se, gloriantur, non frustra. Felices Ingenio, infelicitèr discunt: semidocti Doctos se censent. Sophistarum Astus plus satis amant. In Academiis Hispanice magis, quam Latine loqui gaudent; voces etiam Maurorum non paucas admiscentes. Suos Fœtus Ingeniique monumenta ad posteritatem raro, rarius ad Exteros, ob Linguae defectum, producant. Fuerunt tamen, suntque hodie non vulgariter docti, qui præclara eruditione lectissimisque Scriptis patriam illustrant, variisque operibus

bus apud remotissimos etiam clariorem fecerunt. Theologi postulantur: prodibunt Vigilantius, Presbyter Barcinonensis; Aquilius Severus: Prudentius, Episcopus Armentia; Osius Cordubensis; Avitus Presbyter; Marcianus, Episcopus item Barcinonensis; Paulus Orosius; Pacianus, ejusque filius Dexter; Andertius; Isidorus, Apocalypseos Interpres; Iustinianus, Valentiniæ Ecclesiæ Antistes; Leander, Hispalensis Episcopus; Martinus, Præsul Mandovenfis; Fulgentius, Episcopus Karthaginensis; Eladius, Archiepiscopus Toletanus; Isidorus, Episcopus Hispalensis; Ioannes, Gerundensis Præsul; Eutropius, Valentiniæ Antistes; Franciscus Ximenes, Cardinalis & Archiepiscopus Toletanus, Academia Complutensis pater, qui variis Linguis Sacra Biblia, Complutensium appellatione notissima, curavit imprimenda; & alii: hisque connumerandi, quamvis adventitiæ stirpis, Paulus Episcopus Burgenfis, Iudæus; Rabbi Aben-Ezra; Rabbi Moyses; Rabbi David Chimhi; Moses Cordubensis; Rabbi Camora. Si Canonici Iuris periti; Bernardus Compostellanus; Raimundus de Pennyaforti; Hugo Barcinonensis. Si Iurisconsulti: Calixtus III Pontifex Maximus; Fortunius Garcia; Gomeffius; Didacus Covarruvias; silentioque minime prætereundus Antonius Augustinus, domo Cæsar-augustanus, XII-vir Romæ S. lit. Iudicandis, inde vero ex Allifano & Ilerdensi Episcopo, Tarraconensis Archiepiscopus, Vir Romanarum Antiquitatum & melioris litteraturæ peritissimus, qui septuagenarius obiit anno C I O I O x x vii pridie Kalendas Iunii. Si Medici licet non patrii, sed insititii: aderunt Abincenna, Averrois, Rafis Almancor, Messiahallah. Si Historici: Trogus Pompejus, Iustinus; & qui non hoc ævo, passim hoc libro à me laudati? Si Philosophi; L. Annæus Seneca; ejusque filii, Seneca Novatus, & Mela; L. Iunius Moderatus Columella; C. Iulius Hyginus; Sotion; Ioannes Vives Valentinus. Si Mathematici: Pomponius Mela; Abrahamus; Cacusius; Alphonsus Rex Castellæ, cuius sunt Tabulæ; quæ dicuntur Alphonsinæ; Henricus, Infans Portugalliæ; Henricus, Marchio Villenensis; Arnoldus Villanovanus, ejusque Discipulus Raimundus Lullius. Si Oratores præter Senecam, Parcius Lar-

tro &
medi
Annæ
tialis
masus
lius
to. De
pū re
His
li, c
erit
casu
vi na
visco
execu
qui m
peram
vultu
C ag
in illi
runt
fuit
mille
quam
vortu
stant
dant
C p
tem;
tibus
nam
temp
pena
ex c
triste
tur
inter
su,
se co
lum
sua
liber

tro &

tro & M. Fabius Quintilianus. Si denique Poëtae in medium producendi: sistent se Sextilius Hena, L. L. Annæi Seneca & Lucanus, Patruales; M. Valerius Marcialis; Rufus Festus Avienus, Aurelius Prudentius; Damasus, Pontifex Maximus; Iuvenus, Arator; Cælius Sedulius. Iuniores, ne tædium pariam, omitto. De Poëris hoc addam; Cordubenses, Ciceronem scriptum reliquisse, ætate ipsius pingue quid redolere solitos.

Hispani inquit Boterus temperamento corporis sunt melancholici, quod cognoscitur (ut alia indicia pratercam) ex illorum exercitiis, festis, taurorum venationibus, lusu cannarum, decursu equestri, quæ omnia sunt melancholica & semel visa quasi nationes satiant: & quia melancholia, humor tenax est & viscosus, hinc fit ut Hispanorum deliberationes sint tardæ, & executiones lentæ, processus graves, molimina firma. Antiqui moris sunt tenacissimi, & a novitatibus abhorrent idem temperamentum facit, ut visu sint hebetiori, colore terreno, & vultu tristi; fœmina tamen magis formosa, gratiose, vivaces & agiles quam mares; quia humorum abundantia melancholiam in illis minuit & adustionem temperat. In bello melius res gerunt sub imperatore Italo, quam sub Hispano; quippe ad fortitudinem militum accedente Ducis promptitudine & rei militaris scientia, militandi industria perficitur. Plus pedestri quam equestri militia valent, & plus bombardis quam alio maris generis; & foris inter se concordēs, invictum robur præstant. Eadem melancholia, quia non tantum ingenii promptitudinem remoratur sed & eloquendi dexteritatem facit ut hesitent, & propterea magis consilii capaces sint; inclinentque ad pietatem; abhorreant à laboribus, paucis contenti; gaudeant presentibus, de futuris securi; neque de acquirendo neque de conservando nimium solliciti sint. In publicis fabricis, pontibus, monasteriis templis, palatiis, castellis splendidi & magnifici; in privatis penatibus parum elegantes, præcipue in mediterraneis, ubi domus ex creta aut materie minus affabre factæ. Eadem melancholia tristes & parum urbanos facit: nam licet hac illac peregrinentur, raro admodum cum peregrinis amicitiam contrahunt; ne inter se quidem impensius colunt, abundant enim in proprio sensu, & ambitiosissimi pariter atque suspicacissimi sunt: facile se contemni putant; philautia denique vitio laborant, quo nullum vitium sincera amicitia magis insensum, quæ non quarit quæ sua sunt, sed quæ alterius: amicitia quippe natura sua facilis, liberalis, larga de suo; res omnes maxime contraria iis, qui se

omnium primas ferre optant, qui passus suos expendunt, sem-
 nes ponderant, & nihil magis verentur, quam ne quid boni
 suo decedat. Hac tanta etiam de minimis rebus cura lili-
 Puntualita non modo amicitia sed & rebus magnis gerenda
 impedimento est: Nam praterquam quod cum magnanimitas
 consistere nequeat, propior est vilitati. Cujus evidens expe-
 rimentum superioribus annis dedere expeditiones in Angliam
 atque Africam; quae cum subtili cuidam & nimis anxio lili-
 rum & momentorum discrimini essent alligatae, & infelices
 exitum sunt sortita. Porro Hispani externam pompam supra
 modum amant, itaque magnam facultatum suarum partes
 in vestimenta & ornamenta profundunt, etiam inopiam magnam
 industria celant: multum de se praesumunt, & mirum in mo-
 dum res suas extollunt; quippe cum multa apud ipsos possi-
 se habeant, pauca illa quae bona sunt, plura ipsis videntur, quae
 revera sint. Adversus subiectos arrogantes, erga superiores
 humiles. In dicendo sententiosi, tardi; non facile in verba tri-
 nuacia aut absone erumpunt: Lingua illorum acuta, efficax, lu-
 vis, propria, gravis, plena proverbii, argutius, metaphoris & an-
 pliabologis. Non minus comite rustici & tenuiores, quam urbes
 & nobiles ratiocinantur; nam cum lingua illorum phrasibus bona
 quaquam abundet, necessario iisdem verborum & sententiarum
 modis utuntur. Ecclesiis, rebus sacris, & praesertim sanctis
 reliquiis, & potissimum beatae virgini summam reverentiam
 exhibent: fidem facit Cleri Hispani opulentia. de qua alibi.
 Hactenus Boterus de Hispanis in communi, de singularium pro-
 vinciarum populus ita iudicat.

Catalauni natura sunt vehementes, mobiles atque iracundi, lo-
 borum impatientes, latrocinii supra modum dediti, facilius
 Arragonenses magis fidi sunt & propositi tenaciores. Valentini
 ingenio suet amano, in publico splendidi, privatim delicati,
 religiosi, privilegiorum suorum tenaces. Granatenses hiemantes
 sunt, dextri in rebus gerendis, armis habiles & in civili con-
 versatione faciles: junioribus vinum negant: majores, mare
 quidem paucos, sœmina paucissimo utuntur. Incola Andalusie
 corpore sunt eleganti & bene compositio, animo sero, & arroganti,
 cauti, suspicaces, furaces, meri ostentatores; magis dextri in
 praeliando quam fortes. Estremadura incolae, animo sunt grandi-
 corpore robusto, audaces, & magnarum rerum gerendarum acuti:
 quippe ex his superioribus annis orti Vasco Nunnez balboa, ma-
 ris pacifici inventor; Franciscus Pizarro Peruvia domitor, &
 Ferdinandus Cortesius Novae Hispaniae. Galaci autem ob humidita-
 tem aeris (nam Compostella fere novem anni mensibus pluit) aut

quia omnibus rebus necessariis domi abundant, aut denique quia pauci sunt contenti, non multum commercii delectantur, aut artibus mechanicis. Biscaini libertatem suam acriter tuentur, adeo ut si Rex, qui tantum Dominus Biscaya dicitur, eo se cense-
 ferre velit, bene armatum & comitatum ire necesse sit. Na-
 varrani ingenio & manu promptissimi sunt.

Bodinus. Hispani animorum motus habent moderatiores & propter insitum atrae bilis humorem ad quietem & contemplatio-
 nem nati videntur.

Thuanus lib. xlviiiij. Hispanis quorum virtus militaris & ex-
 acta extra fines patrios disciplina a ceteris orbis nationibus prae-
 tique predicatur, nullum majus periculum impendere potest, quam
 si bellum domi ex quacunque occasione habere cogantur. Nam
 bello Granatensi anno cld lō Lxix & Lxx. Livor, prava amu-
 lationes, invidia, obrektiones, privata odia, in milite volunta-
 ris soluta disciplina, nulla fides aut decoris cura, servitia, libidinis,
 avaritia horrenda exempla patuerunt.

Idem lib. Lxxvi i i i. Ita est Ingenium nationis Lusitane,
 ut inexperti pericula non visa audacter contemnunt, visa utiliter
 expavescant.

Hieronymus Conestagius. de Lusitanis: magna laude dig-
 na est hac natio, quae cum exigui & sterilis regni angustiis inclusa
 esset, disciplina, parsimonia & virtute nullorum suorum Regum
 hoc affecuta est, ut non tantum omnia Hispania regna aequaret:
 verum etiam cum summa gloria multis annis bellum gereret cum
 Castella regno, quod Lusitaniam ut & reliqua circum vicina regna,
 divitiis & potentia superabat. Ejusdem imo etiam majoris fortitudinis
 specimina edidit procul a patria, tam in Africa quam in India, Hac
 gens omnis arrogantissima, in ultima expeditione, quam in Africa
 susceperat ab Arabibus & Mauris in servitutem redacta, & cum
 pene libera antea esset, brevissimi temporis spatium armis subjugata
 fuit idque a Castellans, quos semper pro capitalibus hostibus habuerat.

Ioannes Barclaius, Ingentibus incrementum, non mutati qui-
 dem in Hispanis mores, sed magis aliquanto excusati. Quippe
 rebus eorum adhuc humilibus, dignus tamen hodierna magnitu-
 dine tumor fuit, in quem sua natura sponte nati sunt: & hic il-
 li vitiorum ac virtutum causa est. Graves enim animi & cum
 pondere quodam elati, non subito impetu effunduntur in diversa:
 nec vincere magis sciunt, quam victoria uti. Ita ad omnia pe-
 ricula pervicaces, ne tempore quidem & tadio vincuntur: fac-
 tamque natura & arte constantiam vix de illis locis amo-
 verunt quos semel infederunt. Sed verba Ma-
 gibus se suos-
 que attollunt, ingrata audientibus, fabulisque scriben-
 tiam

tium traducta, vultus quoque cum hoc grandi sermone conspiciens, & convictus, nisi servientibus & domitis animis gravi severa majestati pane quoddam odium addit. Unusquisque tunc acie, ac maxime phalange, quam singulari discrimine melius servatas parsimonia opes & ad temperantiam instituti corporibus saepe negatas, in vestitu consumere amant, & sic ad ostentationem proferre; immensa sui fiducia, sed apud timidos ac patientes majore. Illi frugalitas eximia non tantum in sua Hispania astu (ubi corpora nimio Sole marcentia cibum pati non videntur) sed ubicunque suorum nummorum periculo edunt. Modicus panis, nec pretiosa herbarum condimenta, assuetu tam rigida virtuti plerumque sufficiunt. In alieno autem semper, haud facile alii ad mensarum hilaritatem meliores. Nulla tamen series opulenti convivi, quā non totam oculis manuque percenseant. In ultima paupertate supercilium non omittunt. Fallunt tamen Hispani tantorum Spirituum specie, quales natura sponte & saepe incogitantes effundunt. Nam plerique illorum parca modicaque sorte contenti, ne spem quidem ad majora fastigia & supercilio suo digna videntur attollere. Hinc videas ad arcium praesidia modico stipendio collocatos, velut in patriis laribus, tota impares tam ambitiosis verbis curas, ad senectutem pervenire. In Hispania, studia litterarum eo cultu non nitent, quem haec atas nudis & squalentibus Musis reposuit: non enim latina frequentia studium ibi viget, non venustas poetices, non historia, praeceptorumque rituum utilis & robusta lepiditas. Veterem ac poene barbaram in quarendis scientiis rationem obtinent, philosophia incumbunt, Theologiam amant, non spernunt Legum & Canonum peritiam: sed illas scientias grāca latinaque eruditione mitigari indignantur; putantque hoc modo fucum addi, quo virilium litterarum lineamenta elangueant. Recondit a illi mentes & ad lenta consilia idonea: hinc longos cuniculos agere & veluti obseffu inaspectos. Arma & pacem & suis temporibus sapientissime aestimare, opibus animos subigere & hac invicta arte de fortissimis gentibus triumphare. Maxime autem solemne est ad parandam reverentiam, nomine coelitus uti, speciei suorum suctorum subducere ambitum oculis vulgi. Numini suas cupiditates imputant, & veluti pro illo depugnantes solertissime sibi vincunt. Illa veluti praefatione, in omnium rerum cepta, tanquam in scenam & tragoediam intrant. Ferdinandus & Isabella, hunc jam patrum morem nepotibus tradiderunt. Quippe in hostibus suis inveniebant publici odii causam; adeo ut semper in bellis credi vellent divina iracundia ministrare. Cum ex-

ternarum gentium Principibus acturi, non ex optimatibus, du-
cibusve oratorem legebant, sed ab alicujus monasterii solitudine
extractum. Ita prater recisos legationis sumtus, fidem quoque
ejusmodi feciales & reverentiam negotio faciebant.

Hispani (inquit Thuanus) solemne est post pugnam, ut Germa-
ni ante pugnam, non soluta stipendia per seditionem exposcere;
anioso pariter exemplo & exitu, cum alteri rei bene gerenda
cessionem admittant, alteri re bene gesta, ut successu careat,
efficiant. Plurima exempla in Historiis obvia sunt tam hujus quam
superioris ævi, quæ hic referre longum esset.

Hispanorum autem sævitia & prodigiosa crudelitatis non mo-
do ea quæ in nostro orbe gesserunt, faciunt fidem: sed & quæ in
Germania, quæ alibi, & potissimum quæ in Belgio perpe-
trantur.

Guicciardinus lib. x. nupero experimento confiterat, pedi-
tum Hispanorum virtutem antiquæ ipsorum fama respondere,
illosque magis idoneos esse ad obsidenda oppida propter agilita-
tem illorum & industriam.

Hispani sunt natura avari, suspicaces, & cum ipsis licet in-
genio suo uti, insolentissimi & arrogantissimi.

Sed de Moribus hæc sufficiant: Linguam Antiquis
Hispaniæ Cultoribus fuisse eam, quæ hodieque utuntur
Cantabri Vasconesque (A quibus *Varquense* vulgo dicitur)
est Conjectura. Hos namque scribunt, qui penitissima
Hispanorum Sacra sunt ingressi, & Linguam & Mo-
res in tot rerum vicissitudinibus, mordicus, maximam
partem, retinuisse; Reliquos autem Idioma illud, ad
Turrim etiam Babylonicam natum, cum per variorum
Populorum Commercia, tum per Karthaginensium,
præcipue vero Romanorum & Irruptiones & Victorias,
non quidem mutasse, sed omnino rejecisse, inque lo-
cum ejus Latinam, Victorum suorum Linguam, cor-
ruptam varieque inflexam suffecisse; ut Hispanis fere
omnibus hodie communis sit ea Lingua, quæ *Vulgar*
vulgo, quibusdam *Espannola*, multis etiam *Castellana* nun-
cupatur. *Vulgaris* quidem & *Hispana*, quod universim
per totam fere Hispaniam intelligatur; sedem nihilo-
minus propriam habens in Regnis Aragoniæ, Murciae,
Andaluziæ, Castellæ, Novæ & Veteris, Legionis, in-
que pleraque Portugallia. *Castellana* vero ab *Castella*,
cujus Incolæ Linguam hanc purissime loqui perhiben-
tur. Alii tamen illud negant, gloriam ejus rei, variis
adductis

adductis rationibus, nunc Legioni, nunc Aragoni-
tribuentes. Sunt qui *Romanciam* appellant, quod for-
illi ab Lingua Romana vel Latina degenerante. Exem-
plum nobis fit præter Orationem Dominicam (quæ per-
petuo reliquorum omnium Idiomatum suis locis speci-
mina suppeditabit Lectori) Epistolæ pars Regis Artaxe-
xis, quam pro ludæis ad omnes Regni sui Provincias
scripsit.

Epistola Regis Artaxerxis Esther cap. XVI.

HISPANICE.

EL grand Rey Artaxerxes
y Rey de ciento y veyn-
te y siete provincias, della
la India hasta la Ethiopia,
à todos los Governadores,
y Principes, que estàn su-
jetos à nuestro Mandamien-
to, Salud. Muchos han mal
usado de la clemencia de
los Principes, y de la hon-
ra, que se les ha hecho han
se ensober vecido de tal
manera, que non solamen-
te maltratan à los Vasallos
de los Reyes, pero tambien
de la mucha honrra, que
tienen, toman occasion pa-
ra armar alguna traicion à
los, que les dieron aquella
honrra. Ne se contentan
con quebrantar los derech-
os de naturaleza, no ha-
ziendo gracias de los bene-
ficios recebidos: pero aun
piensan poder huir la sen-
tencia de Dios, que vée to-
das las cosas; y hallegado
su locura à tanto, que traba-
jan de derribar con menti-
ras y falsedades aquellos,

LATINE.

REX Magnus Artaxe-
xes, Rex centum & tri-
ginti & septem Provin-
ciarum ab India usque Ethiopiam
omnibus Gubernatoribus &
Principibus, qui sunt subiecti
nostro Mandato, salutem. Multi
male usi sunt clementia so-
rum Principum, atque re-
tiam honore, qui in eos co-
latus est; tali modo, ut non
solum male tractent eos, qui
Regibus subditi, verum et
tiam ex multo honore, quo be-
corantur, capiant occasiones
struendi quasdam insidias, in
qui honore ipsos impetire-
runt. Nec contenti sunt be-
manitatis in se lura violare,
nullas agentes gratias pro ac-
ceptu beneficii, verum ar-
bitrantur etiam se posse sa-
gere sententiam Dei, qui
quidquid est videt: & in
tantum Vesania proruperunt,
ut laborent subvertere men-
daciis falsisque testimoniis eos,
qui administrant magna di-
ligentia quidquid ipsis injun-
ctum, & ita cuncta agunt,
ut digni

que administran con grande diligencia todo lo que se les encomienda, y de tal manera, que merecen de todos ser alabados, &c.

ut digni sint, qui ab omnibus laudentur, &c.

Oratio Dominica.

HISPANICE.

PADRE nuestro, que estas en los cielos,

Sea sanctificado tu Nombre
Venga tu Reyno.

Sea hecha tu voluntad, como en el cielo, así también en la tierra.

Danos oy nuestro pan cotidiano.

Y sultanos nuestras deudas como también nosotros soltamos a nuestros deudores.

Y no nos metas en tentación: mas libranos de mal.

Porque tuyo es el Reyno, y la Potencia, y la Gloria, por todos los siglos, Amē

LATINE.

PATER noster, qui es in Cælo,

Sanctificetur tuum Nomen.

Veniat tuum Regnum.

Fiat tua voluntas, quemadmodum in Cælo, sic etiam in Terra.

Da nobis hodie nostrum panem quotidianum.

Et remitte nobis nostra debita sicut nos remittimus Debitis nostris.

Et ne nos inducas in tentationem sed libera nos a malo.

Quia tuum est Regnum, & Potentia, & Gloria, per omnia secula, Amen.

Ex multis conflata dixi. Nam qui exactam ejus habent cognitionem, non ignorant innumeras in ea esse Maurorum Gothorumque (utrorumque enim in Hispania fuit Imperium) voces, quas colligere infiniti esset laboris: non paucas item esse Græcorum, una cum Latinis, vel ab ipsorum Græcorum commercio inventas. Nihil dicam de Arabicis, quibus mirum quam scateat. Quum autem Hispania lata sit Regio, variaque habeat Regna & Principatus, etiam Lingua, ut fieri solet, varias patitur Dialectos. Omnium purissima fertur esse, ut paullo ante indicavi, Castellana; quidquid æternitatem meretur, quidquid memoria dignum, hodie conscribitur. Eam enim volunt proxime ad Latinam accedere. Viros quosdam novi eruditos; qui

qui, ut quam prope abesset ab Matrice sua hæc Propo-
go, qualisque ante fœdiorem fuerit depravationem,
monstrarent, dexteritate quadam scriptis Epistolis, &
Latine & Hispanice loquerentur, eademque animi sen-
sa explicarent; ita ut Latinis Latini, Hispanis Hispani
essent; servata passim utriusque Linguae vi, natura
& proprietate. Vnum ex nonnulla mole adscribam ex-
emplum, illud; quo succincte Hispania suis coloribus
depingitur.

Epistola Latina - Hispanica.

SCRIBO & supplico rogando te Francia, des &
respondeas tales probationes, tractando de tua
eloquentia, loquela & excellentia, quales scribo
de Hispania; comparando gentes, nationes & provin-
cias: quales manifesto dictando Epistolas puras Latinas
& Hispanas. Hispania (antiquissima corona) persevero
(cessante memoria de contrario) duro & regno, Provin-
cia Christiana. Tu Francia principias a Meroveo, &
regnas continuando quasi mille annos Christiana; præ-
dicante Sancto Remigio, & Regnando Clodoveo: Et
Hispania quasi ante quatercentum annos, prædicante
Sancto Iacobo Apostolo. Responde Francia, & da &
propone contra nos tam grandes nationes, tam fertiles
tam fructuosas Provincias & tantas; tales gentes, tam
ingeniosas, tam scientificas, tam virtuosas, pruden-
tes, iustas, modestas, liberales, graciosas & magni-
ficas: Non monstras tu Francia tam grandes resistentias,
& tantas victorias contra Rmanos. Tu Francia subje-
cta per Cæsarem subito quasi ante tres annos: & Hispa-
nia subiecta per Catones, Scipiones, Sertorios, Pom-
pejos & Cæsares non ante ducentos annos. De perse-
verantia & Constantia da testimonia Sagunto, Calaga-
ria, Numantia, gentes feroces, constantes & magni-
ficas. Præsenta tu Francia, & da tales Campos, Montes,
Valles; tales Bestias feras & domesticas, tantos & tam
excellentes Caballos, tales Vaccas, Aves, Carnes suavissi-
mas, Lanas preciosas; Panes albißimos; tales Plantas, tam
odoríferas; tales Arborea, tam fructíferas & fertiles
fructuosas in copia abundante & copiosa; tantas Mine-
ras & tam abundantes, tantas & diversas perfectiones.
Provincia manante Vino clarissimo, Oleo dulcissimo,
Auro purissimo, Argento claro, Plumbo, Ferro, Stag-

no.
stias &
demo
les tu
Princ
quid
de Th
Si an
de Se
Trop
no: d
ra &
soph
stabi
de A
de d
man
dicta
& v
Al
dalu
gali
tea

P
San
Ven
Seia
a
te
O P
n
Et
m
n
n
Et
t
c

no. Non cognosces tu Francia Plantas, Arbores, Bestias & Perfectiones, quales de Hispania maiores Nos demonstramus. Et cognosco de Hispania infinitas, quales tu Francia non cognosces. Si exaltas & celebras Principes & Imperatores Romanos; demanda & inquire de Bruto, de Fabio, de Hadriano, de Honorio, de Theodosio, de Trajano inclito & glorioso Hispano. Si amas Poetas & Oratores, & Historias veras; demanda de Seneca, de Quintiliano, de Lucano, de Martiale, de Trogo Pópejo. Si honoras Astrologos, inquire de Alfraia, de Albumazar, de Pedragio, Alquibicio, & Abenazra & de grande Alfonso. Si Medicos, Physicos & Philosophos; roga de Avicenna, Abeuron, Algabar, Alfrabio. Si canónizas & sanctificas Theologos, inquire de Alfonso Sancto, Isidoro, Leandro & Fulgentio, & de divino & sanctissimo Laurentio & Vincentio. Si demandas Eloquentia tam propinqua Latina: Responde dictando, & compone Libros. Chartas tam Latinas & vulgares contra unas Hispanas & Latinas tales.

Ab Castellanae elegantia reliquæ, Portugallica, Andalusica, Granatensis & aliæ non nihil abeunt. Portugallios sane Dominicam Orationem, quam puriorem antea posui, sic solitos scribere disco:

Oratio Dominica.

PORTUGALLICE.

PADRE nosso, que stas
nos Ceos,

Santificado seia ô teu Nome
Venha à nos ô teu Reino.

Seia ferta à tua vontade,
assí nos Ceos, come na
terra.

O Paonosso de cada dia da-
no lo oie neste dia.

Et perdoa nos sennor as
nossas dividas, assí com-
me nos perdoamos aos
nossos dividores.

Et nao nos dexes cahir in-
tentacao: mas libranos
do mal. Amén.

LATINE.

PATER noster, qui es in
Cælis,

Sanctificetur Nomen tuum.

Veniat nobis Regnum tuum.

Fiat voluntas tua, quemadmo-
dum in Cælis, sic etiam in
Terra.

Panem nostrum quotidianum da
nobis hodie.

Et remitte nobis Domine Debi-
ta nostra, sicut nos remitti-
mus nostris Debitoribus.

Et ne nos inducat in tentationem
sed libera nos à malo. A-
men.

Extremis Portugallis peculiare est Idiomata ex Gallia Castellanoque confusum; non inelegans, neque autem tu ingratum. Valentini & Catalani (à quibus *Catalan* vocatur) Lingua Progenitorum, cui cum Narbonensi (adeo ut nonnullis etiam *Francesca* nominetur) nonnulla adfinitatis, uti dicuntur. Granatenses, Barbarica gentis & Originis, qui quidem ab Catholicis Principibus devicti, Christianorum consuetudine convictique Castellanam didicerunt; Vernaculæ Propriæque, peritum abest, oblii; qui vero Montes asperos & inaccesibiles, quos *Alpujarras* vocant, incolunt, & ad quos Victorum arma pertingere nequiverunt, suis adhuc moribus Linguaque, quæ vix alia, quam Syrorum, Arabum, Maurorum, utuntur. *Araviga* ab Arabibus vulgo nominatur: duratque ejus usus non solum in Granatæ ut dixi montanis, verum etiam in multis Andalusie, Valentie, Aragonieque locis. Cantabri, ut ad eos redeam, primigeniam illam antiquissimam (quam ab Chaldaea ortam volunt nonnulli) servant, ab reliquis omnino discrepantem; ut & olim à Latina. Docet hoc Plinii & Pomponii Melæ verba: Illius quidem lib. 111, cap. 1 natur. histor. *Ex his digna memoratu, ea Latialisermone dictu facilia, &c.* Hujus autem lib. 111, ubi extima Hispaniæ Littora, & inter ea Borealia, explicat; Cantabrorum, inquit, aliquot populi, *Amnesque sunt, sed quorum Nomina Nostro ore concipi nequeant, Accedit & apud Ennium meum nescio quis:*

Hispane, non Romane memoreti loqui me

Non immerito igitur Cantabricam Matricibus in Europa Minoribus connumerat Magnus ille Scæliger, quod ejus ad me docent Litteræ, fideliter & bona fide libro hujus Partis Primo, capite octavo positæ. Ratio servatæ per inlata toties ab Romanis aliisque Populis arma, Linguae non alia videtur, quam partim, quod Irruptiones pleræque cum ex Africa, tum ex Orbe Romano per Mare Mediterraneum factæ fuerint in eas partes, quæ hodie Catalonia, Valentia, Murcia, Granada, Andalusia; non per montana illa aspera, & tunc temporis, ut hodieque, inaccessibleia fere loca: partim, quod per faciliora & maritima, quæ commemoravi, loca Hispaniam ingressis, quo minus Cantabros, ut & Astures Callaicosque suis armis adgrederentur.

adgrederentur & inquietarent, obstiterint Montes illi, qui perpetuis jugis ab ipso Pyrenæo per mediam Hispaniam procurrunt ad Artabrum usque Promontorium (Caput hoc tempore, *Finis Terra*) quique Populos, quos dixi faciebant, ut & nunc, Ultramontanos, adgressu ex Meridionalibus locis difficiles; quum reliqui versus Austrum Cismontani adventantium Armis, prædæ, libidini omnino essent expositi. Intulerunt quidem Cantabris aliquoties arma Romani; sed tales semper debellatos fuerunt experti, ut eos vel sub jugo imperioque servare, vel ad Morum Linguæque mutationem adducere nequierint. Accedebat & quod apud eos diu morari parum adrideret Imperatoribus, qui vicerant; & Stativa perpetuare injucundum esset, qui porro victos in officio continerent, Militibus. Nam quidquid Locorum occurreret, horridum & incultum; quidquid hominum, erat indomitum Libertatisque suæ tenacissimum. Sane de Ultramontana Hispania sic Strabo libro III in principio: ἡ δὲ περὶ τοὺς ψυχρὰ τὴν ἐστὶν τελευτῶν πρὸς τὴν τραχέτην, καὶ περικλεινίτις, προσφυγῶν τὸ ἄμικτον καὶ ἀνιπίπλεκτον τῶν ὄρεων, ὥς δ' ὑπερῶν τῇ μεσσηνίᾳ τῆς οἰκίστης. Non diffitendum interim antiquum illud Hispanorum Idioma, Cantabricum inquam, nonnihil etiam hoc tempore, peregrinorum aliquot Vocabulorum, præcipue Castellanorum, admistione esse deformatum, ut cuilibet constare potest vel ex una Oratione Dominica, quæ sic sonat:

Oratio Dominica.

CANTABRICE.

GVRE Aita ceruētan aicena,
Sanctifica bedi hire icena.
Eñhor bedi ire Resuma.
Eguin bedi hire Vorondatea,
ceruan beçala lurean-ere.
Gure eguneco oguia igucegun.
Eta quita ietzague gure çorrac, nola guçere çor-

LATINE.

PATER noster, qui es in Cælu,
Sanctificetur nomen tuum.
Veniat Regnum tuum.
Fiat voluntas tua, quemadmodum in Cælo, sic etiam in Terra,
Panem nostrum quotidianum da nobis hodie.
Et remitte nobis debita nostra, sicut & nos remittimus debitoribus

dunèy quittazen baitra-
uegu.

Eta ezgaitzala far eraci ten-
tationetan, baina delu-
ra gaitzac gaichotic.

Ecen hirea duc Resuma, eta
Puissança, eta Gloria se-
culacotz. Amen.

bitoribus nostris.

Et ne nos inducas intentatio-
sed libera nos à malo.

Quia tuum est Regnum,
Potentia, & Gloria in
cula. Amen.

In qua quis non videt Voces illas; Sanctifica, Resuma
Vorondatea, quitta, quittazen, tentationetan, deliura, ju-
sanca, gloria, seculacotz, Romanensis esse Linguz, et
Cantabricam Dialectum inflexas? Idem deprehendens
erit in Symbolo Apostolico, quod in generali meæ Gal-
liæ Descriptione ponam. Lucius Marineus Siculus lib.
i v, de rebus Hispanicis proprium hujus Idiomatis esse
notat, in compluribus Dictionibus Singularem Num-
rum in A Litteram, Pluralem in Ac terminare; ut di-
cis gratia, Lurra terra, Lurrae terræ. Adscribit deinde
de alia quædam Exempla. Vocant, inquit, Vascones Cer-
lum Cerva; Terram, Lurra; Solem, Eguzquia; Lan-
nam, Irarguia; Stellam, Izarra; Nubem Odeya; Plu-
nem, Oguia; Vinum, Ardaoa; Carnem, Aragua;
Maritum, Senarra; Flumen, Ibaya: Bibo, Edatendot
Lego, Iracúrtendot: Domum, Echea; Villam, Vria;
Lactum, Ocea; Interulam, Alcandórea; Senem, Zor-
ra; Album, Zuria; Nigrum, Belza; Rubrum, Gor-
ría; Piscem, Arraya; Amare, Oneréxtea; Dormi-
re, Lonazá; Video, Bacúst; Hominem: Guizona; Ma-
rem, Emaztéa: Filium, Seméa; Filiam, Alauéa; Pa-
trem, Aytéa, Matrem, Amea; Fratrem, Anagea;
Sororem, Arreuea; Corpus, Gorpuza (quod ab Latinis
mutuatum, addita Vasconica terminatione; ut alia no-
nulla ab aliis). Ignem, Suà; Formosum Ederrà; Comede-
re, Ian; Curro, Lasteregnitendot, Habent etiam Num-
randi modum, dicentes: Vnum, Bat; Duo, Bi; Tri-
Iru; Quatuor, Lau; Quinque, Bost; Sex, Sey; Sep-
tem, Zaspí; Octo, Zorzi; Novem, Vedrazí; Decem,
Amarr; Viginti, Oguèy; Triginta, Ogueytamar; Qua-
draginta, Berroguèy; Quinquaginta, Berroqueytamar;
Sexaginta, Yruroguey; Septuaginta, Irurogueytamar;
Octoginta, Lauroguèy; Nonaginta, Lauroqueytamar;

Centum, Eun. Iam quod hic restat, supra meas vires
 est, fateor, explicare Strabonis illud libro Geograph.
 tertio, ubi dicit, non unum genus Litterarum, vel
 unius speciei Grammaticam; neque Linguam unam
 Hispanis omnibus fuisse. Sic enim ait; quum scripsis-
 set Tardulos inter Hispaniæ Populos sapientia excelle-
 re, Grammatices Præceptis uti, & memorandæ Vetu-
 statis Volumina habere, Poëmata, Leges quoque ver-
 bis conscriptas è sex annorum millibus: καὶ οἱ ἄλλοι δ'
 ἄλλοι γένεταὶ Γερμανικῇ, ὃ μὲν Ἰβία, ὃ δὲ γὰρ γλῶττῃ ἰδίᾳ. Quis
 in re antiqua, tamque ab ævo nostro remota, certi quid
 de variis Hispanorum Veterum Linguis divinarit? Non
 ego, nisi varias antiquæ, id est Cantabricæ Dialectos
 exaudiat Strabo. Voces nonnullas Veteribus Hispanis
 usurpatas laudant Grammatici Latini. *Dureta*, ligneum
 Solium est apud Suetonium in Augusto cap. xxxxi;
Neyr, Mars apud Macrobiū lib. 1, Satur. cap. xix:
Eriger, genus vestium apud Isidorum lib. xix, Etymol.
 cap. xxi. *Gurdus*, stolidus, scribente Quintiliano
 lib. 1, cap. v. *Lancea*, Teli genus, ut notat Agellius lib.
 x, cap. xxx. Alias his apponendas aliis relinquo. Hoc
 unum monendum hic in genere duxi, vocem *Briga*, vel
 ut aliis scribitur, *Brica*, quæ multas non in Hispania
 Solam, sed in Gallia etiam & Germania, Vrbes termi-
 nat, Opidum significare. Hinc *Iuliobriga*, *Casaro-
 brigas*, *Augustobriga*, *Flaviobriga*, & aliæ. Putant quidam *Briga*
 nihil aliud esse, quam transposita Canina littera,
Burgum, quo quamplurima Germaniarum Opida hodie-
 que finiuntur. Ejusdem notionis *Βεῖρα* apud Thracas, ut
 notant Strabo & Stephanus; ut in *Selymbria*, *Mesembria*
Patriobria. Sunt qui disquirendum monent an non pro-
 ba legendum sit *Βεῖρα*. Sic *Certa* apud Parthos in *Dado-
 certa*, *Tigranocerta*, *Vologesocerta*, & id genus aliis. Sic
 denique *ᾠδάς* apud Græcos. Exempla suis locis vide-
 bimus infinita.

INCOLA-

I N C O L A R V M

H I S P A N I

pro amplitudine Regni paucitas & illius causæ.



OMNES omnino Scriptores, qui de rebus Hispaniæ superioribus annis scripserunt, testantur, tantam pro amplitudine sua pauciores habere Indigenas. Ioannes Boterus annotat, incolarum Hispania numerum pene aequalem esse, quam in Italia, id est octo aut novem milliones. autem paucitatis, præter naturales causas, quæ à sterilitate in multis regni partibus, & minori sæmmarum fecunditate in plagis meridionalibus, quam in Septentrionalibus, petenda varia alia causæ assignari possunt.

I. In Hispania (inquit Mariana lib. xxxvi c. i.) Ferdinandus & Isabella Reges bello Maurico exempti, quamprimum depellendis universa ditte Iudaicæ, inter se consultarunt. consilio Granatæ mense Martio anno. clxxxvi, per litteras Etum voce præconis denuntiavit, Iudæi omnes, nisi res suas uti ex omni ditte discederent. Parando exilio quatuor menses dati sunt, cum facultate eo spacio vendendi bona, secumque vellent asportandi. Id edictum nova Thoma Turrecremata inquisitoris sanctione amplius est astrictum mense Aprili, puenibus vetantis cum ea gente commercium habere, gravique plicio sancientis, si quis eo decurso tempore victu aut re alia copiam eos homines iuvaret. Sic innumera Iudaorum multitudine ex Hispania solvantes, tum Africam, Italiam & Orientem solus oras tenuerunt: ubi in hunc diem patriam linguam panorum mordicus retinent, tum plerique in Portugalliam transnam abierunt.

Fecit eo migrandi potestatem Ioannes II Portugal. Rex, tamen lege, ut per capita octonos aureos singuli penderent illius pretium: atque intra certum tempus rursus ex illis finibus migrarent, captivitatis pœna proposita iis qui secum fecissent. que multi in servos eo transacto tempore dati sunt: qui tamen Emanuel Ioannis successor, cum primum regni insulam suscepit, mitiori censura reddidit libertati. Iudaorum multitudinem qui ex Hispania discesserunt, ad certum numerum re-

re promittum non est. Plerique scriptores centum & septuaginta familiarum millia abiisse confirmant: quidam ad octing. millia capita ait pervenisse. Ingens numerus ac vix fidem facturum, sed inde tamen multis occasio extitit hoc decretum accusandi, gentem copiosam & quæ omnes vias pecunia noverat, amovere prudentia Ferdinandi alienum existimantibus. Magno utique compendio fructuque earum provinciarum, ad quas copiarum Hispania magnam partem, aurum, argentum, gemmas, venæque pretiosam secum detulere. Multis ex eo numero, ne pauperes carerent, Christo dedere nomina, pars synceris animis; alii simulata pietate, tempori servientes, brevi ad ingenium, fraudat lucrum & mendacia redierunt.

II Emanuel Lusitania Rex (inquit Mariana lib. xxvi,) Isabella Ferdinandi Catholici filia, quam ambiebat, gratiam merendam, agre quidem, sed dedit tamen, ut novo edicto sub anni 1496 finem promulgatum fuit, Mauri & Iudei omnes juberentur finibus Lusitania abscedere, servitutis metu proposito, si qui post designatum tempus restitissent. Solutum antea pœna nova lege sanciri placuit. Mauri quidem in Africam continuo sine recusatione transmiserunt. Iudei non eadem facultas extitit: quibus paulo post novo edicto filii sunt detracti, quatuordecim annis minores, atque salutaribus aquis vitam adhibiti. Insolens decretum a legibus & institutis Christianis abhorrens maxime. Malo cogas homines Christiana sacra scire? libertate cœli data in re omnium gravissima spoliæ, quas Deus sui arbitrii esse voluit? Grave id piaculum sit; ac ne istius quidem eo studio a parentibus abstrahere liceat. In utroque tamen gens Lusitana peccavit, pueri enim vero sine voluntate parentum ad baptismum violenter rapti atque majoribus natu, ut Christo darent nomina, convitiis & contumelia vexati, ac nominatim discedendi facultate per fraudem sublata, cujus necessitas erat imposita, &c. numerus autem eorum qui tum discesse-
runt à Mariana non proditur, nec alibi proditum invent.

III Post hæc, ea tempora sunt consecuta, quæ Hispania juxta ac Portugalliam, immenso incolarum numero exhausta est; nam multa variæque expeditiones mari susceptæ sunt, Portugallia quidem primum in Africa littora, dein in remotis orientis partes, ad Moluccas usque: denique & in Americam illam partem quam hodie Brasiliam appellamus: à Castellanis primum in Insulas oceanicas, dein in immensam Novæ continentem plurimis ab utraque gente passim deductis colonis, quæ quantam gentis partem exhaurerunt, præclivè cuius fuerit

fuerit judicare; Boterus sane judicat longinquas Portugales expeditiones, in Brasiliam, Ethiopiam, Indiam, & totas & tot colonias in tam varia loca deductas, tantum populum crevisse, ut patriam pene exsanguem atque enervem redderint.

IV. Cum Castella reges partim bello, partim connubiis totius & dominia extra Hispaniam acquisivissent, potentiam totius sensas & jugi Hispanici impatientes gentes, Hispanorum preminere coacti fuerunt: accessit vicinorum Principum & animatio & metus; unde fere perpetua bella Hispaniarum reges, in Italia, nunc in Germania, nunc in limite suo contra Germanissimam autem omnium in Belgio gesserunt; licet autem illa ut plurimum conductitio ex alienigenis milite gesserunt, non exiguum indigenarum suorum numerum in exercitiis habuerunt, & magnas interdum clades perpepsi sunt; namque Colinius in suo ad Gallia Regem scripto, quod extat apud Theophrastum lib. LI Historiar. scribat Carolum V Imper. nunquam cum plurimos habuit, Hispanorum plures VIII CIO milia & IO CCC. equitibus in castris habuisse; tamen & hic numerus satis amplus, & si temporum, qua dein secuta sunt, res bene excutiantur, inveniemus, non raro in sola Italia habuisse illius filium Philippum II.

V. Sed Hispaniam jam satis superioribus modis exhaustam, magis infrequentem fecit editum Philippi III Hispaniarum Regis, quod anno CIO IO CIX mense Decembri promulgavit; quo pauca prefatus de Maurorum, qui Christiana sacralam quidem profitebantur, sed clam in infidelitate sua persistebant, fraudibus & sceleribus; deque eorundem clandestinis actionibus cum externis principibus; edicit, ut omnes novi Christiani (quos Moriscos vulgo vocant) intra triginta dies, tam mulieres quam femina & pueri, tam indigenae quam advena, solis munus exceptis, e regnis Granata, Murtia, Andalusia atque oppidum Hernache excedant, neque unquam in illa postmodum revertantur, sub quocunque pretextu; Interdicitque ipsis transitum per regnum Valentiae aut Arragonum; poena capitis proposita in eos qui aut illo termino elapso restiterint, aut per dicta regna transierint. Concedit illis intra dictum tempus, mobilia sua bona vendere, & pretium illorum secum asportare non in pecunia, sed in argenteo (exceptio tantillo pecuniae quo opus habent ad iter) vel litteris Cambii ut loquuntur, sed in mercibus, quas per leges hereticas licet ab indigenis & ab aliis emitti, aut denique in fructibus hujus Regni. Immobilia omnia illorum in fiscum suum redeunt.

cessitatibus Regni, aut piis operibus applicanda. Gratiā porro hanc triginta dierum a Rege ipsis factā, D. Ioannes Mendo-
za Marchio S. Germani, ad viginti dies restrinxit, illis qui in
Andaluzia & vicinis locis habitabant, atque aliis iniquis condi-
tionibus miseros irretivit, edito Hispali promulgato XII Ian. ann.
CLO CX. Hoc edito promulgato misera harum regionum su-
perstitiones fuit: nam maximus horum Maurorum numerus Hispali in
Africam statim trajecit: per Galliam autem permissis Regis
transierunt, & e portubus provincia solverunt supra centum
quingenta milli: capitum; In totum autem ex omnibus Hi-
spania regnis nonaginta millia capitum excessisse constans fama
est: ita ut multa Provincia pene exhausta fuerint, & horum ho-
minum singulari industria & cultu destituta langueant.

VI. Inquisitionis Hispanicae plusquam barbara savitia
exemplarimos, praesertim Portugallos e Regno eliminavit, quos
magno numero in Germania, in Italia, in Belgio & in Oriente se-
des fixisse videmus.

Hac incolarum infrequentia cum à Rege & supremo illius
Concilio esset animadversa; varia remedia quasita & proposita
fuerunt anno CLO CXIX, ut libellus Madriti anno CLO CXXVI
denum editus a Petro Ferdinando Navareta, R. M. Secretario
facti fid. m.

In quo huius infrequentia causa potissimum rejicitur in into-
lerandam tributorum, quae rusticis imponuntur, magnitudinem,
qua cogantur lares suos deferere & alio se conferre, & eorundem
levamen & moderatio pro praesenti remedio suadet. Et quia
haud dubio regnum exhauritur incolis, per commercia cum exte-
ris, auctores Regi sunt, ne suis regno excedere, aut commercia in
exteris regionibus exercere permittat. Item ne deinceps nova mo-
nasteria & conventus religiosorum erigantur: aut homines sine
coactu ad jam erecta admittantur.

Rex porro Hispaniarum, ut huic malo obviam iret, anno CLO
CXXIII. mense Februar. editum condidit, quo haec inter
alia sancuntur.

I. Omnes qui uxorem ducturi sunt, quatuor annis post nuptiis
celebratis, immunes erunt ab omnibus subsidiiis, tributis, veltiga-
libus, aliisque incommodis; qui ante annum atatis decimum o-
mnium uxorem ducent, ab ipso matrimonii die rerum suarum
& uxori liberam administrationem sunt habituri; qui vero post
viginti quintum atatis annum uxorem ducent, his immuni-
tatibus carebunt.

II. Qui sex mares e conjuge sustulerint, qui simul in vivis
sint,

sint, toto vite sua tempore immunitatibus supradictis gaudebunt, etiamsi postea aliquis liberorum moriatur.

III. Pauperibus certa quadam pecunia summa in dote assignata.

IV. Interdictum, ne quisquam cum familia & bonis emigret.

V. Omnibus alienigenis (modo Catholici sint, & in terris dominorum, quibus nullum bellum cum Hispan. R. intercedat) artes mechanicas aut terra culturam, pecuariamve exercebunt. 20. leucis à mari intra continentem, perpetuo liberi erunt omnibus tributis, vectigalibus, subsidii, &c.

VI. Lupanaria publica prohibita.

Boterus paucitatem incolarum in Regno Portugallia exiditi argumento demonstrat; Rex Ioannes expeditione sua in Africam duxit supra quadraginta millia hominum. Sed postquam in Indiam navigari cœptum est, Rex Emanuel ingenti molimine cum Azamor peteret, viginti tantum mill. peditum ducere potuit, & bis mille sexcentos equites: Rex denique Sebastianus anno 1578, vix duodecim millia Portugalorum cogere potuit, cum fatalem illam expeditionem in Africam moliretur.

C A P. I X.

Hispaniarum Gubernatio Politica.

Eius cum Genii, tum Idiomatis fuerunt olim, fereque hodie Hispaniarum Incolæ. Converteretur jam-nunc sermo ad delineandam aliquo modo Gubernationem per Statum & Politicum & Ecclesiasticum.

Non animus hic mihi recensendis cum ex aliis, Iustino, Diodoro, Iosepho, Eusebio, Hieronymo, suppositioque Beroso, & Interprete ejus Annio Viterbiensi Antiquis Hispaniæ Regibus, Rebusque ab iis domesticis gestis, Lectorem morari. Morari hoc esset ineptire cum multis. Tubal an in Hispania fuerit; prout te prima disserui. Huic qui sufficiuntur, Iberus, Iudæa, Brygus, Tagus, Bætus, & alii, Regesne censendum Absit; nisi quis fluviiis aliisque rebus Inanimatis nunc tunc temporis solitos Reges concedat. Qui fictum illud agmen sequuti, non melioris sunt conditionis. In ceteris omnia: ut & vix certiora, quæ successione quidam gefuisse scribuntur in Hispania, Regibus quasi exactis, vix fortuna

fortuna, multisque & Populis à se seminatis & Opidis
 conditis, Lydi, Thraces, Rhodii, Phryges, Cyprii, Phœni-
 ces, Ægyptii, Milesii, Cares, Lesbii & Chaldæi. Explora-
 tiora censeri solent, quæ ab Karthaginienfibus, Romanis,
 multoque post Gothis, Vandalis, Alanis, Suevis, Hunnis,
 eorumque Regibus patrata memoriæ produnt Scripto-
 res, qui partim rebus gerendis adstiterunt, partim ex fi-
 delissima aliorum cognoverunt relatione. Ea, paucis di-
 cam, sic habent. Quum in Hispania longe lateque do-
 minarentur & pieraque sub ditione sua haberent Pœni,
 aliique Africæ populi, contra eos primi omnium cum ar-
 matis exercitibus ab s. P. Q. R. missi sunt Cn. & P. Cor-
 nelii Scipiones, belli Panici 11 initio: qui septimo ejus
 belli anno sunt cæsi, Q. Fulvio Flacco & Ap. Claudio
 Pulcro coss. Submissus anno sequenti Patri Patruo-
 que P. Cornelius Scipio Africanus Major multa prospe-
 re gessit, primusque ibidem Provinciam fecit, Q. Cæcilio
 Metello & L. Veturio Philone coss. anno ab v. C.
 10 x l i i. Hic Asdrubale & Magone, Karthaginienfium
 Ducibus, acie ad Bætulam urbem (quæ, quo loco hodie
 in Andaluzia visuntur *Baça & Vbeda*, fuisse creditur) fu-
 gatis, atque inde ex tota Hispania pulsus, vindicatisque
 armis Hispaniis, amicitiam cum Syphace Massylorum
 (hodie *Biledulgeria*) Rege, icto fœdere, firmavit. Paulo
 post rebellantes Hispaniæ populos ad deditionem com-
 pulit, Fœdereque cum Malanissa Masæfulorum (fue-
 runt, ubi nunc *Regnum Tremiffenum*) Rege & Gaditanis
 facto, Provincia L. Lentulo & L. Manlio Acidino tradi-
 ta, Romam reversus est. Post Scipionem Hispaniam L.
 Cornelius Lentulus Proconsul obtinuit, qui, rebus bene
 feliciterque gestis, ovans Urbem ingressus est, anno ab
 v. C. 10 l i v. Triennio post C. Cornelio Cethego, Q.
 Minucio Rufo coss. Hispaniæ primum sunt termi-
 natæ, atque in eas duo Novi Prætores missi C. Semp-
 rius Tuditanus in *Citeriorem*, M. Helvius Blatius in *Ulte-
 riorem*. Vix duobus elapsis annis, quum tantum glisceret
 in Hispania Bellum, ut jam Consulari & Duce & Exer-
 citu opus esset, M. Porcius Cato Consul Citeriorem sor-
 titus, bello ab Emporiis (retinetur hodieque nomen in
Ampuriis) cæpto, rebellantem ita pacavit, ut Proconsule
 ex ea triumpharit, anno 10 l x. Hic est ille Cato, qui
 viro strategemate multarum Hispaniæ Urbium muros

uno die diruit, scribentibus Livio lib. xxxiv, Auctore de
 V V. Illustribus cap. xlvii, & Iulio Frontino lib.
 Strategemat. cap. i. Post Catonis victoriam Hispania
 varie possessa, sæpeque nunc hic nunc ibi amissa; ita
 supra xxx Triumphis postea ex his relati memorentur
 Stipendium pendere non prius cœperunt, quam Augustus
 Principe; qui, quum Hispaniam omnem, debellatis Car-
 tabris & Asturibus, qui omnium diutissime restiterant
 multo varioque Marte perdomuisset, universam in tres
 Provincias divisit, *Bæticam, Lusitanicam & Tarraconensem*.
 Singulis inde sui sunt adtributi Conventus; Bæticæ
Gaditanus, Cordubensis, Astigitanus, & Hispalensis; in iis Op-
 ida censebantur CLXXV: Lusitania tres habuit *Emer-
 tensis, Pacensis, & Scallabitanum*; & in iis Opida XLV
 Tarraconensi denique dati Conventus VII, *Cartage-
 niensis, Tarraconensis, Caesar-Augustanus, Clunien-
 sis, Astur-
 Lucensis, & Bracaren-
 sis*; in quibus opida numerabantur
 CCXCIV. Videndi Plinius lib. III, Strabo lib. III
 alii. Sic, Rebus subinde paullum mutantibus, Provincia
 nobilissimæ Romanis paruerunt usque ad Imperatores
 Honorii V III & Theodosii III Consulatam, qui incipit
 in annum Christi CCCCX: quo tempore Vandali, Sue-
 vi & Alani, ab Stilicone in Gallias evocati, quum eas
 Rheno trajecto, omnes pene occupassent, & in iis jam
 immanium Barbarorum more debaccharentur; ab Ge-
 this, Adolpho & Vallia Regibus, quos ad liberandam
 Gallias Honorius Imperator miserat, exacti, transgressi
 Pyrenæos montes, Hispaniam Romanis ereptam multis
 annos obtinuerunt. Post aliquot annos Gothi, Galliam
 incolentes, ab Francis bello petiti in Vandalos vice ver-
 sa arma movent. Franci Gothos ex Galliis, Gothi Van-
 dalos & Alanos ex Hispaniis ejiciunt; Suevis ad ineci-
 necionem cæsis. Quo tempore Vandali & Alani à Ro-
 nifacio in Africam, cui pro Imperatore præerat, evocati
 Hispanias Gothis possidendas reliquerunt. Gothi His-
 paniam, Romanis Præsidii omnino expulsis, quum in
 juris fecissent, eaque sub suis Regibus longo jam tem-
 pore fuissent potiti; tandem ingenti bello ab Sarracenis
 Arabibus profligati, Rege Roderico occiso, Hispaniam
 fere omnem amiserunt. Bello superstites quum in Astu-
 rum, Cantabrorum & Gallæcorum montibus sese mu-
 nuissent, paullatim amissas Regiones, Vrbes & Castella

recuperare cœperunt; & postremo, quum Sarraceno-
rum res in Bætica Hispania se contraxissent, omnemque
Hispaniam Gothi recuperassent, iis etiam ab Ferdinan-
do Aragoniæ Rege cognomine Catholico (quod hæredi-
tarium deinceps esse cœpit Successoribus) victis atque
omni Hispania cum Mele, qui se Granatæ Regem scri-
bebat, exturbatis, universa Regio Dominis antiquis est
restituta. Accuratiorem Regum omnium, rerumque ab
iis gestarum narrationem, quum non Cosmographi sit,
sed Historiographi, videre est cum apud Veteres Scri-
ptores & Latinos & Græcos, tum apud eos, qui ævo me-
dio nostraque tempestate ex professio Hispanorum acta
contexuerunt; quales sunt *Idacius* Galleciæ Episcopus,
qui à primo Theodosii Consulatu scripsit usque ad annum
CCCXC, *Ioannes* Abbas Biclariensis Monasterii & E-
piscopus postea Gerundensis, cui initium ab anno Iusti-
ni Iunioris Imperatoris I usque ad VIIII Mauricii Prin-
cipis; *Maximus*, Cæsar-Augustanus Episcopus, qui Hi-
storiam composuit de iis, quæ Gothorum temporibus in
Hispania contigerunt, *Isidorus* Hispalensis Archiepisco-
pus, qui Gothorum, Vandalorum, Suevorumque histo-
riam ad sua usque tempora paucis est complexus; *Iulia-
nus* Archiepiscopus Tolertanus, cujus Historia de Rebus
sub Bamba Rege gestis exstat Salmanticæ in Bibliotheca
Ecclesiæ Cathedralis; *Lucas Tudensis*, qui Chronicon scri-
psit iussu Berengariæ Reginæ, Matris Regis Ferdinan-
di III; *Rodericus Ximenez Navarrus*, Archiepiscopus To-
letanus, qui Res in Hispania gestas novem libris com-
prehendit, subiecta compendiosa Ostrogothorum, Sue-
vorum, Alanorum & Vandalorum Historia; *Ioannes* Epi-
scopus Gerundensis, cujus sunt Paralipomenon, id est
Rerum Hispaniæ ab aliis omissarum, Libri x; Hic Hi-
spaniæ primordia, progressus, incrementa, variasque vi-
cissitudines prosequutus est usque ad Honorii Arcadii-
que Augustorum tempora; *Alphonsus* Karthaginensis, E-
piscopus Burgenfis, qui inter alia scripsit Anacephalæon
Regum Hispaniæ; *Franciscus Tarapha*, cujus omnium
Historiarum Regumque Hispaniæ ab Orbe fere condito
usque ad Karolum Imperatorem Brevis circumfertur E-
pitome; *Michael Ritus Neapolitanus*, cujus de Regibus
Hispaniæ Libros tres habemus, ab Gargoni Rege usque
ad Philippum Karoli Imperatoris Patrem; *Lucius Mari-*

neus Siculus, cui de Rebus Hispaniæ Libros xxii edidit summa fide diligentiaque conscriptum; *Antoni* *Nebrissenfis*, qui res ab Ferdinando gestas æternitati consecravit. *Ioannes Mariana Hispanus*, à Societate Iesu, Historiam de Rebus Hispaniæ scripsit libris xx ab Tubale ad annum Christi cIo ccccxxxix. Ne prætereundi, qui Hispanica lingua posteris præclarorum suorum Acta communicarunt, *Petrus Antonius Roden* *Palentinus*, *Petrus Medin*. Dicitur & *Ferdinandus* à *Pul* sermone vernaculo Catholicorum Regum Ferdinandis Isabellæ res gestas quatuor Tomis complexus. Quin *Alphonsus* Rex ejus nominis x, cognomine *Sapiens*, Auctoribus probatis Historiam Hispanam jussit, in quatuor partes redigi, opus copiosum, & antiquo temporis illius Idiomate venerandum; & *Alphonsus* xi secundus mandavit colligi atque in ordinem digeri Hispanorum historias. Salmanticæ item in Bibliotheca Franciscana repositas intelligo Antiquorum Hispaniæ Regum Historias. *Diegus* à *Valera* Historiam Hispaniæ generalem in compendium contraxit, mandatu Isabellæ Reginæ. Dicitur & *Ioannem Egidium Zamorens* de rebus Hispanorum scripsisse. *Florianus* denique à *Campo* res omnes Hispaniæ memorabiles quatuor Tomis delineandas suscepit: sed eorum Primus tantum est editus; in quo quicumque de Primordiis hujus Regionis potuerunt inveniri, studiose sunt collecta.

Quum autem Maurorum temporibus à quinque Regionibus Castellæ, Aragoniæ, Portugalliæ, Granatæ & Navarræ, Hispania fuerit possessa, Solus hodie Imperium in eam exercet PHILIPPVS IV, Philippi III F, Philippi magni N, Karoli Imperatoris ter-Maximi nepos.

REGIMEN HISPANIÆ Politicum & Civile.

Status porro Principalis in tria summa distribui solet Regna, *Castella*, *Aragonia* & *Portugallia*. Primum quidem, præter Castilias, continet Regna *Legioni*, *Granatæ*, *Navarræ*, *Galeciæ*, *Toleti*, *Sevilie* (vel *Andalusiæ*) *Cordubæ*, *Isabellæ*, *Infu*, *Occident*, *sem*, *Do*, *pside*, *Ar*, *Ne*, *silqu*, *ir*, *comple*, *lexidum*, *telonia*, *Neap*, *Tarentin*, *Africæ*, *quonda*, *go Orist*, *Nesprati*, *Grandes*, *fr, Rus*, *numera*, *Insulæ*, *Portus S*, *eiusden*, *eisque*, *Quar*, *potestas*, *nit, nisi*, *mores*, *ra, qua*, *tur. Q*, *quem f*, *tertiagu*, *que gu*, *quem I*, *stariis*, *tantum*, *gionem*, *res in*, *Cancell*, *in Gran*, *xii Se*, *dum an*, *Regiun*

Alaba, Iānū, Murcia, Carteia, (vel Algezira) & Gebal-Taricia : Insulas *Canarias, Philippinas, & alias, totamque Indiam Occidentalem* : Principatum *Austria, Ducatum Mediolanensem* ; Dominatus *Cantabricum (vulgo Biscaia, M, olina, Agafese)* & *Karthaginensem* : *Africae Regna, Buga, Orani, Algeri* ; Arces Portusque *Veleza, Melilla (vel Melilibya) Malaguirvi*. Secundum Regna, præter ipsum *Aragonicum*, complectitur utriusque *Sicilia, Hierosolymarum, Valencia, Balearidum Majoris, Sardinia & Corsica* ; Principatumque *Catalonia*. Concensentur his alia ; *Siciliae cis Pharum, quæ & Neapolis, Ducatus Calabria, Bari, Apulia* ; Principatus *Tarentinus* ; Insula *Iscia* ; *Siciliae ultra Pharum, Tripolis* Urbs *Africae* : *Balearidi Majori Minor & Ivica* Insula, quæ quondam *Ebissus* : *Sardinia, Marchia duæ Arborea (vulgo Oristagni) & Gociana* ; Ducatus totidem *Atheniensis & Neopratensis* in *Græcia* : *Cataloniae denique, Principatus Girundensis* ; Ducatus *Montis-blanci* ; Comitatus *Barcinonensis, Rusconensis, Sardinus & Orgelitanus*. Tertio denique connumerantur *Algarbia, Guinea, Ethiopia, India Orientales* ; Insulaeque infinitæ ; ut *Terzera* septem numero, *Madera, Portus Sancti, Capitis Viridis, D. Thoma* ; & alia. Iam quæ ejusdem sint Regis, tamquam Archiducis *Austriae, Ducatusque Burgundiae*, suis locis videbimus.

Quamvis autem Regi suprema sit in omnes & omnia potestas liberumque arbitrium : nihil tamen fere decernit, nisi ex XII-VIRORVM (qui, Totius Regni primores *Senatum Regium* constituunt) consilio. Ibi graviora, quæque magni momenti, plene ventilata terminantur. Quæ celanda, in *Secretiore Confessu* discutiuntur, quem faciunt ipse Rex, Dictator Legionensis, Præses, tertiaque Concilii Regii portio. Quæ ad Indias earumque gubernationem pertinent, tractantur in Senatu, quem *Indicum* vocant, ab uno Præsede, XII vero Consiliariis. Bellica in *Senatu Militari* peraguntur ; quem statuant XII-VIRI Senatus Regii. Dictatores item Legionensis & Castellanus, cum aliis. Præter hos etiam tres in Hispania sunt *Iuris Præfectura*, quas *Audientias* vel *Cancellarias* appellant, una quidem in Castilia, altera vero in Granata, tertia in Galecia : unicuique Præses est, & XII Senatores : ab his, si Litigantes sibi minus satisfactum arbitrentur, Controversiæ ad Senatum deferuntur Regium. Quum vero multa variaque sint Regna, singulis

gulis præficitur vir primæ Nobilitatis, quem *Vicerex* nominant. Est denique *Treasarius Castellanus* sub se quatuor habens *Questores*; quorum omnium est Pecuniarum gni tractare, earumque habere reddereque rationem.

Hispania regimen haud dubio Regium est & absolutum; quo deficiente masculo hærede, etiam filia, licet adhuc minor, cedit. Rex hic nullum agnoscit superiorem in temporalibus: non scitur, non eligitur. Licet autem Rex absolutus sit, non tamen omnibus suis regnis & dominis parem & aque absolutam potestatem imperandi potestatem; nam primum in *Arragonia* res in hunc modum habet, vel potius habuit.

Magna sunt jura, privilegia, libertates ac immunitates *Aragonensium* (inquit *Thuanus lib. 104.*) quas ipsi post *Hispaniam a Iuliano comite obstruprum filia a Roderico Rege* illatum perditam, & totis *1000 annis a Saracenis possessam*, juris sui effecti sibi dixerunt, condito supremo Magistratu, cui iustitia nomen imposuerunt, qui secundum eam jus diceret.

Postea Reges elegerunt, qui genibus & capite aperto, titulis S. S. *Evangelii* coram Magistratu eas se servaturos religio Sacramento obstringunt, antequam eis procures ac Magistratus obedientia iurjurandum præstent. Electio Regis usque ad Petrum ab *Acinace dictum*, mansit, qui in Comitibus tenuit, ut electio sublata Reges a gente peterentur, inde nomen sortitus, quod caput de electione, Ordinum consensu abolitum, acinace publice diffinisset. Caterum abolita electione, libertatis leges denuo confirmatae sunt, lege unionis ob id condita, cujus hac duo capita recensentur; quibus jus est ordinibus, si Rex patrias leges violet, novum ius locum creare, & citra crimen Majestatis ad tuendam libertatem fæderationes inter se & cum vicinis principibus mittere. Id cum durum Castellensibus videretur, qui Reges legibus solutos colunt; *Ferdinando Arragonio* qui *Isabellam Castellensem* in uxorem duxerat, persuadere voluerant, ut eas leges tanquam regali dignitati contrarias antiquaret. Verum ille insita seu modestia seu dissimulatione prudentissime respondit, fide religiose data prohiberi, quo minus id faceret, & alioqui sic existimare; aquibrio potentia regni Regisque salutem publicam contineri, & contingeret aliquando alterum alteri præponderare, procul dubio alterius aut utriusque ruinam ex eo sequituram. Præterea tribunal in Regno ab initio institutum, cui summus ille Magistratus cum *XVII* viris præfesset, Manifestationis nomine vulgo designatum, ad quod ex aliis reliquis subfellis supremis, nec non etiam Ecclesiasticis provocatio est, & in quo Rex partis tantam

viseretur, non autem Iudicii aut Magistratus partes sustineret. Verum Philippus II Hispaniarum Regis non eadem modestia fuit qua Ferdinandi; nam cum Secretarius illius Antonius Perezus à carcere in Castella regno elapsus ad urbem Casaraugustanam profugisset, & se in confessu illo Iustitiæ supremæ purgare vellet, & in illum finem defensionem ad objecta crimina scripto esset complexus; Regii ministri eum ad Inquisitiones revocant, quod est iudicium in Arragonia, ut Visitationis in Castella, ad enervandam patriam libertatis jura à Regibus in eos, qui publica munera gesserunt, excogitatum. Peste varias turbas Perezii causa excitatas, Arragoniis acriter pro libertate avitarentibus, Rex privilegiorum Civitatis Casaraugustanæ, in qua hac contentio agebatur, imminuendorum, quibus jam pridem reges insidiabantur, occasione avidè arripuit, & exercitum summa celeritate conscripsit, eique Alfonsum Vargam præfecit; à quo & Casaraugustia capta, & Ioannes Nuca, Iustitia Arragonum ut vocant, securi percussus; urbs ex eo diu militari presidio vexata, quod non nisi post biennium inde deductum fuit, & primum firmato S. Inquisitionis palatio, quod extra muros erat, & tanquam arx urbi cum idoneo presidio imposita. Ita tandem libertas Arragonum sensim labefacta per Tyrannidem penitus oppressa fuit, Arragoniis jugum servitutis multum invite ferentibus.

Catalaunia quoque regimen pene liberum (inquit Boterus) licet Iustitiæ administratio penes Regem sit, sed conditionatum: in publicis conventibus si quid à Rege petatur, nisi omnes consentiant, haud facile quicquam obtinetur.

Cantabri quoque libertatem suam acriter tuerentur, neque Regem sere nisi dominum agnoscunt; adeo ut Regem fides eorum ingredi, non nisi bene armatum & comitatum necess. sit, ait Boterus.

Porro ad Regem pertinet jus nominandi omnes Archiepiscopos, Episcopos, Priores, Commendatorios trium ordinum equestrium S. Iacobi, Alcantaræ & Calatravæ. Omnes præfides, Consiliarios, Proreges, Legatos sive Vicarios, Gubernatores, & Capitaneos, creat, Non tamen potest Beneficia conferre nisi in indigenas, aut quibus prius jus civitatis collatum ab ipso fuerit: Neque principes, civitates, populi, extraordinariis impositionibus se gravari patiuntur, sed immunitates & privilegia sua sibi plene conservari volunt. Quamobrem Imper. Maximilianus I dicto usurpare solebat, se Regem esse Regum, Hispanum Regem esse hominum, Gallum regem asinorum: quia Gallie Rex suos subditos pro arbitrio onerare poterat nemine contradicente, ipsi vero à Germanis

nihil amplius exigere, quam ultro concessissent; Hispani deinde Regi suo plus pendere recusarent, quam legibus, statutis & consuetudine tenerentur. Sed & hac rerum facies a multis jam annis multum immutata est.

Rex Hispania plura & diversa Consilia habet, ad quae recurre solet, quicumque ipsi tam viva voce, quam per libellum simplicem fuerint exposita (usu quippe jam obtinuit, ut post causam coram rege explicatam, supplices eandem scripto quam breviter comprehensam ipsi tradant.)

Horum Consiliorum principale est quod vocant Consilium Status, in quo de omnibus, quae ad regnorum ipsius gubernationem politicam spectant, constituitur, eaque quae Regis maiestatem tangunt, ventilantur; constat autem ex primoribus, & amplissimis viris totius regni, iisque haud ita multis; pensio annuorum eadem ordinaria est duor. mill. ducat.

Secundum appellatur Consilium Regium, in quo deliberatur de vectigalibus regni, deque annona: & lites omnes ab omnibus Tribunalibus & curiis ad illud per appellationem devolvuntur. Constat autem uno Praeside, qui plerumque est unus ex primoribus, ut loquuntur, titulatis, & nonnunquam Praelatus aut saltem Ecclesiasticus; & duodecim Consiliariis, qui ex aliis Tribunalibus sumuntur. Hi diebus Veneris Regem de rebus difficilioribus consulunt: Tribus autem horum Rex titulum dedit Consiliariis cubiculi sui, qui cognoscunt de praeiis & donis, quae Rex in bene meritos confert, & ventura quae condemnatis indulgetur. Est & Secretarius Camera regia, & duo alii Secretarii, qui tribus illius Consiliariis dant operam. Hoc Consilium plerumque habetur diebus Sabbathi. Anno autem MDCLX creavit Rex, ut IV Auditores huic consilio adungerentur, qui cognoscerent de omnibus causis, quae per provocationem a Consilio Iuridici Pincia seu Valledolid & Granata ad Concilium hoc deferuntur.

Tertium appellatur Consilium bellicum, in quo pertractantur ea omnia, quae ad bellum spectant, tam intra quam extra Hispaniam, tam offensive, quam defensiva, terra marique, atque adeo munitiones arcium, & necessariorum omnium provisiones in omnibus Regis Dominiis; in hoc concilio locum suum habent omnes Senatores Concilii status praeter Secretarium, qui peculiaris est in hoc concilio.

Quartum est Consilium Italiae, in quo pertractantur ea, quae pertinent ad regna & dominia, quae Rex in Italia & Sicilia possidet; constatque uno Praeside, quatuor Regentibus, qui singulis annis

annuatim percipiunt mille ducatos; & uno Secretario, qui trecentos aut quadringentos ducatos percipit.

Quantum dicitur Consilium Ordinum, ubi negotia omnia tractantur, quæ ad ordines equestres S. Iacobi, Alcantara & Calatrava spectant; constatque uno praside, & quatuor Auditoribus literatis, duobus Secretariis, uno Advocato Fisci, unoque Procuratore regio.

Præsides annuatim percipit 1600 duc.

Auditores singuli 800 duc. 3200.

Advocatus Fisci.

800

Sextum est Consilium Arragoniæ, in quo tractantur quæcumque tangunt Regnum Arragonum, Valentiniæque, Catalauniam Insulas adjacentes, tam quod ad Iustitiam quam quoad gratiam; constatque uno Vicecancellario, quatuor Consiliariis literatis, uno Advocato Fisci, & Secretario.

Vicecancellarius annuatim percipit 3000 d.

Consilarii singuli 1000. 4000 d.

Advocatus Fisci

1000.

Plures autem in hoc Consilio sunt Ministri minoris dignitatis, quorum alii 800. alii 500. alii tantum 100 duc. annuatim percipiunt.

Septimum vocatur Consilium Indicum, in quo omnia negotia Indica pertractantur; constatque uno Praside, sex Auditoribus; duobus Advocatis Fisci, & totidem Secretariis.

Præsides annuatim percipit 1670 d.

Consilarii singuli

1336. d.

Advocati Fisci singuli totidem.

Octavum Consilium quod ipsi vocant d'Hazienda, id est patrimonii & ararii regii, in quo agitur de redditibus Regis, & ab hoc vestigia locantur & assignationes fiunt, & rationes accepti & expensi per totum regnum administrantur. Intran hoc consilium tres Rationales majores, totidemque minores, & Consilarii Camera regia tres, cum uno Secretario, & uno Relatore.

Præsides hujus percipit annuat. 6000 d.

Nonum est Consilium Rationalium, à quibus jus dicitur de rebus, quæ ararium spectant; constatque tribus Rationalibus majoribus, totidemque minoribus; & præter illos, quatuor Auditoribus, & uno Secretario.

Decimum Consilium, quod ipsi vocant dos Contadores de Cuentos, hi rationes omnes examinant eorum, quæ in domo si-
ve familia regia expenduntur; idem & recensent redditus totius

Regni, & annotant in quæ dicti reditus expendantur. Consilii autem duobus Rationalibus majoribus & totidem minoribus, aliis ministris cum Secretariis suis.

Vndecimum & maxima dignationis in Hispania est Consilium & Tribunal S. Inquisitionis generale: in quo de hereticis cognoscitur, & à quo particulares Inquisitores per totum regnum constituuntur, qui ordinarie sedem suam habent Hispaniæ Corduba, Granata, Murtia, in Legionis, inque Gallaciæ regni, Iletis, Pintia, in Arragonia, in Valentia, atque Catalaunia. Consilium autem Praside, qui fere est Archiepiscopus Toletanus, & annuatim pro eo munere percipit 1600 duc. Sex Inquisitoribus, uno Advocato Fisci, uno Secretario. In omnibus regnis Hispania sunt viginti mille Familiares (ut vocant) Inquisitionis, qui deserunt hereticos, eosque capiunt, quorum singuli annuatim percipiunt octingentos ducatos.

Sunt & alia Consilia minoris momenti; quale illud quod vocant dos descargos, à quo debita Regum absolvuntur. Et quod vocant Sylvarum, in quo cognoscitur de damnis Sylvis & nemoribus regni illatus; atque custodes publici Sylvarum constituuntur.

Præterea in singulis Provinciis Rex aut Proreges constituit, aut Gubernatores.

Denique Aulam Regiam semper comitantur quatuor Alcaides (ut vocant) qui cognoscunt de omnibus causis civilibus & criminalibus intra districtum quinque leucarum in ambitu aula; & in reliquo regno per commissionem.

Hi autem maximam habent auctoritatem, præcipue in criminalibus causis, de quibus judicant cum summo rigore, neque licet ab illorum sententia provocare. Habent supra triginta apparitores, quos vocant Alguaziles; & multos Scribas malefactorum, habentque separatim & Tribunal suum atque carcerem.

Porro regimen Civile in Hispania in hunc modum se habet. Sunt in Hispania (inquit Marinæus) conventus Iuridici quatuor, unus in oppido Pincia sive Vallodolid; alius in urbe Granatæ; tertius apud Gallacos, & quartus in Navarra. Granatensis autem & Vallodolitani majoris sunt auctoritatis: quorum hic continet populos, qui sunt a ripa Tagi Castellam versus; ille ab eadem ripa Bæticam fere totum. Sunt in utroque conventu Prasidentes, & duodecim Auditores, & tres Iustitiæ Prasecti, quos Alcaides vocant, qui de criminibus judicant. In Curia autem regia, Iustitiæ prasecti sunt quatuor, quos itam vocant Alcaides, qui de criminibus cognoscunt, & facultatem habent in toto regno cognoscendi

scendi in secunda & prima instantia de criminalibus causis & civilibus, in curia regia, & in populis, & aliis locis distantibus à curia Regis intervallo xx M. P. quod spatium illi quinque leucas appellant. Quorum praefectorum duo quolibet die sabbathi cum uno Consiliario carcerem visunt & reorum causas, delictaque cognoscunt & judicant. Praesidens autem & Auditores carcerem quoque visitant ter quolibet anno, id est, tribus Paschalibus vigiliis, nec quatuor illi praefecti alios superiores agnoscunt.

Ceterum si quis horum deliquerit, à Praesidente punitur. Est autem Praesidentis auctoritas maxima, in rebus praesertim justitiae, in quibus liberam habet potestatem, qua totius Regni gubernatores, Magistratus & Iudices instituit. Curia Praeses insuper potestatem habet comprehendendi quemcunque omnium Magnatum, sine ullo Regis imperio, si causa justa fuerit, & justitia necessitas exigit. Est enim dignitas hac in officio justitiae & praerogativa, summa dignitatu, a Rege secunda, quae non tenetur vixere quenquam magnatum quamvis primarium, neque obviam exire Legatis & oratoribus, nec ullo proficisci, nisi duntaxat cum Rege aut Regio jussu. In sententiis autem ferendus suffragium non habet, sed sui juris est & voluntatis, ut lites finiantur & causa, quas voluerit. Est autem Consilium hoc Regale supremum, ad quod tanquam ad caput recurrunt & provocant litigantes, qui se non jussu condemnatos conqueruntur. Dum tamen (inquit Alfonso de Azovedo) causa sint majoris summae quam decem mill. Merapetinorum. Nam si minus x mille, vel minoris valoris sint, non ad Cancellariam, sed ad Consistorium civitatis vel oppidi, ad quod de consuetudine occurri solet, in eis est recurrendum vel ad iudices majores in locis de Sennorio, qui vocantur Alcaldes majores, & in Realengii ad Alcaldes de las Alcadas, ubi causa summa hujus finiuntur. Sunt in hoc Concilio regali (inquit porro Marinaeus) satellites, quos Hispani Alguaziles vocant, ordinarii duodecim stipendiarii, & alii sine stipendio.

Porro jus appellationum in hunc modum se habet: causa omnes ventilantur coram iudicibus ordinariis, qui in singulis civitatibus & oppidis sunt constituti; à quibus dein ad conventus Iuridices majores provocatur, nam illi non cognoscunt in prima instantia, nisi de causis orphanorum, viduarum, aut miserabilium personarum; si autem conventus juridicus post causam cognitam, iudicium ordinariorum iudicium ratum habeat; altera appellatio ad eundem conventum conceditur, & causa denuo ab altero ejusdem conventus auditore cognoscitur, & judicatur; quod si & hic cum superiori iudicio congruat, nulla appellatio conceditur, nisi causa

causa valorem quatuor mill. ducatorum superet ; tunc autem supplicatio conceditur ad Regem , qui causa cognitionem alicui Consiliarii regalibus solebat committere ; nunc autem , ut supra diximus , auditores quatuor huic negotio destinati sunt ; appellantur autem cogitur deponere , mille quadringentas duplas (ut loquitur Azevedo) vulgo doublons , quarum singula valent quatuordecim regales ; & si appellans hic quoque causa cadat , summa illa deposita multatur , cuius tertia pars cedit camera regis , altera tertia iudicibus a quorum sententia fuit provocatum , ultima denique parti adversa.

Est & aliud genus ludicum in Hispania , qui extra ordinem & per commissionem ut vocant , in varias partes mittuntur , qui quomodo superioribus annis se gesserint , & quomodo a Philippo IV revocata fuerit eorum jurisdictio , è diplomate ejusdem Regis sive decreto , quod anno 1623. mense Febuario promulgavit , opera pretium erit intelligere , id capitulo tertio ita se habet. Quoniam plurima incommoda non modo in Iustitia administratione in hoc Regno provenerunt sed & quies subditorum nostrorum , & facultatum securitas multum fuit labefactata , per missionem Iudicum & Executorum commissionum ; quippe qui cum mane suo defungi debuissent conscientia integra , & ad servitium Dei , & nostrum honorem atque Reipub. utilitatem , in tantam potestate sua abusi fuerunt , ut illam in proprium commodum converterent , & miseram plebem indignis modis vexarent atque opprimerent ; quæ longius à curiis superioribus constituta , de injuriis horum Iudicum querelas , suas instituere non sine ingenti sumtu potest , ex quo fit ut horum Iudicum scelera impunita maneant. Ut huic malo obviam eatur , causam ipsam radicitus revellendam duximus ; mandamus itaque , ne in posterum ullius Consilium Tribunal , Cancellaria , conventus Iuridicus , communitas , Universitates , aut ullus particularis , cujuscunque tandem conditionis sit , & quacunque tandem de causa , quoquam in toto regno nostro mittat , Iudicem commissionis , aut Executorem , aut ullam aliam personam cum Iurisdictione , commissione , instructione , ullo modo ; qui contra fecerint , rigide puniantur , & non modo muneris sui in perpetuum jacturam faciant , sed duplum restituere cogentur illius , quod hoc nomine acquisiverint. Sed omnes causas , in quibus necesse fuit habere personas aliquas particulares committi , ad ordinaria tribunalia remitti volumus , & in locis ad quæ pertinent expediri. Et si causa aliqua incidat , quæ exceptionem aliquam flagitet , eam ad proximum Tribunal regium referri volumus.

huius, & de exceptionis merito, à solis nostris consiliariis cognoscitur.

In eodem decreto etiam mentio fit Iudicum, quos vocant Conservatores, qui cognoscebant de titulis & præminentius publicorum minorum, quorum jus ad plures spectat; hos quoque Rex ibidem penitus abrogat, & muneris illius functione ipsis interdicat.

Usitatissimum denique est Iudicium in Hispania, quod vulgo *Pesquisam* vocant, & iudices illius sive commissarios, *Pesquisidores*, visitatores recte possent appellari; *Alfonsus* de *Azevede* vocat *Syndicos*, & illorum iudicium *Syndicationem*; ut autem, quale sit, melius intelligatur, hic ipsius *Azevede* verbis pauca adjungam.

Syndicatio sive *Syndicatus* (inquit) est experimentum totius iustitiæ, & de querelis singulorum sermo; vocaturque etiam *Rationatio*, quia rationem gestæ administrationis cognoscit: *Syndicus* in hoc proposito dicitur, qui iudicat & cognoscit de causis officialium, & quasi causas singulorum dicens.

In nostro regno debent omnes *Syndicari* coram *Iudicibus* missis per Regem ad hunc effectum, & non coram aliis, nam alius quam Rex mittere non potest pro residentibus capiendis; aut domini in territorio suo, cum Regis locum obtineant, & illius *Vicarii* dicantur.

Syndicatores autem *iurisdictionem* habent, quia *officiales Syndicator* condemnant vel absolvunt.

Iudices omnes debent *Syndicari* lapsis duobus annis à susceptione officii, vel ante, si Regi visum fuerit; non debet tamen etiam petente populo ultra biennium *Syndicatio* protrahi, neque officium. Omnis gerens officium aliquod, *Syndicandus* est, & de eo rationem debet reddere; & tempore *Syndicatus* durante debent esse suspensi ab officio: etiam de negotiis & causis, de quibus *Iudices* & *Correctores* populum tanquam regii commissarii cognoscunt, rationem reddere tenentur; etiam *officiales prælatorum*, qui *iurisdictionem* aliquam temporalem habent, & eandem per *officiales laicos* exercent.

Nullus *Iudex Commissarius* missus contra *Iudicem* vel *Correctorem* populi alicujus, potest ad officium illud illius populi, promoveri, etsi per populum ipsum petatur, nisi prius anno uno elapso. Qui autem in munere suo per *Syndicatum* (*Pesquisam* vulgo) innocentes fuerint reperti, absolvuntur, & eodem vel maiori etiam munere digni proueniuntur; qui vero perperam sese gessisse

gessiſſe deprehenduntur, puniuntur, neque ad aliud officium promouentur.

Iudices Syndicatores mittere debent unum vel duos tabelliones per Provinciam & iurisdictionem, qui praconizare faciant Syndicatum assumendum officialibus prateritis, ut si querela aliqua contra tales officiales adfuerint, proponantur, quarum informationem ipsi tabelliones faciant & se informant, si qua alia officiales in officio suo male gesserint. In praconio illo triginta annorum terminus assignatur, quo elapso nullus amplius audiat.

Informatio autem accipitur non a malevolis aut inimicis aut suspectis testibus, sed ab illis qui omni exceptione majores sint; & ideo inquisitus vel incarceratus per Iudicem durante officio, non est legitimus testis contra illum, nisi liqueat incarcerationem in hunc finem procuratam, ne de iudice queri, aut contra ipsam testari posset.

Informatio, aut publica est, aut secreta. Iudex autem Syndicator debet omnibus modis inquirere veritatem culpa generatam adversus iudicem Syndicatum ex secreta informatione resultantis; & in probatis condemnare illum non solum in pœnis legalibus, sed & in partibus laesae satisfactionem, & in arbitraria parva imponenda; & si dubius extiterit, remittere ejus impositionem Regio Consilio. In quacunque itidem condemnatione semper reservat arbitrium dicti Consilii, ut ipsum Consilium Regale minuit vel augere pœnam possit.

Tenetur Syndicator statim incipere secretam informationem Syndicatus, secundum quod sibi in provisione regia committitur & mandatur. Qua quidem informatione capta, culpa ex ea resultantes, ipsi Iudici Syndicato notificanda sunt, ut ab iis se exercerare valeat, & veritate inquisita sententia per Syndicatorem super illius culpis ferenda est. Cum autem talium capitulorum non videatur copia praebenda ipsi Officiali, contra quem praesentantur, nisi verificatione eorum prius facta: Iudices tamen Syndicatores, cum ut plurimum Syndicatis faveant (ipsi enim quoque suo tempore Syndicandi sunt) semper praesentatus capitulu (Cargos Hispani vocant) antequam super ius informationem faciant, praebent eorum copiam Officiali illi, quem tangunt. Iudex autem talis etiam Officiales suos & familiares ad se exonerandum potest producere, dummodo non fuerint de eadem culpa accusati.

Officialis condemnatus potest a sententia provocare; sed talis provocatio interim non impedit sententiae executionem.

Iudices itidem Syndicatores jubentur inquirere, num ex negotiationibus Rectorum Civitatis aut oppidi alicujus, mercaturarum

exercentium, inconuenientia ulla resultent, ut Regium Consilium de illi certioretur. Hanc tamen inquisitionem (inquit) usque hodie non audiui factam, cum damna qua ex illis resultant, ad oculum pateant. debent etiam Syndicare Thesaurarios gabellarum & depositarios generales populorum; nam hi vel maxime solent partes vexare, in solutione reddituum & rerum eis debitarum; tam in dilatione, quam in Xeniorum & munerum petitione, & solvendo in vilissima pecunia. Haftenus ex Alfonso de Azevedo.

Finem Capiti imponam, si de Hispaniæ Nobilitate nonnihil dixerō. Ducum ibi, Marchionum, Comitumque ingens numerus. Præter Principem Asturiarum & alios, Duces inuenio circiter $xxiii$. Sunt illi Friaensis, Medina-Rivi-Sicci, Alva, Alcala, Albuquerque, Escalona, Osuna, Avosti, Bejari, Candia, Sessa, Infantasgi, Medina-Cæli, Medina-Sidonia, Maqueda, Najara, Feria, Segorbia, Sonna, Villa-Formosa, Verragus, Pastrana, Franca-villa. Sunt & alii, quorum nomina non occurrunt. Quibus omnibus annuus Census est à xl ad c Ducatorum millia; Ducibus Infantasgi, & Medina-Sidonia summam superantibus; quorum hic $cxxx$, ille cxx habet millia. Marchiones hi fere, Villa-Nova, Astorgia, Aguilaris, Denia, Mondejaris, Navaresi, Pliegi, Savia, Velleza, Comares, Aymontis, Altamira, Veladra, Viarna, Carpii, Camarassa, Cortesii, Montis-Majoris, Guardia, Montis-Clari, De las Navas, Poca, Steppa, Tavara, Villa-Franca, Drada, Cavietis, Falcis, Fomesta, Molina, Ceralua, Yalesis, Vallis, Certa, Ardalis, Alva, Alcala, & alii; potiore parte Reditum percipiente ab x ad lx millia Ducatorum. Comites recensentur plus minus $lxxx$, quibus annuus Reditus est ab x ad xxv Ducatorum millia; inter quos Principem obtinent locum, Bonavenza, Alva, Miranda & Orapesae. Longum esset Lectorique tædiosum, quærare hic Vicecomitum, Baronumque numerum: longum Viceregum, Gubernatorum, Provinciis Marique Præfe-ctorum: longum denique Magnorum Magistrorum, Equitumque variorum Ordinum, in Castella quidem Sancti Iacobi, Alcantara, Calatrava & Rhodiensium Ordinis Sancti Iohannis; in Aragonia Cataloniaque ordinis Montesa; in Portugallia Ordinum, Militum Iesu Christi (cujus Magister ipse Rex est, amplissimi sane, ut qui adnexas habet Provincias omnes in Africa, Asia, Americaque inventas) S. Iacobi, ejus qui de Avis dicitur, itemque Rhodiensi D. Iohannis.

Intor

Inter Familias Hispaniæ, ut hoc Coronidis vice ada-
dam, antiquitate prima est *Pacieca*, quum Hirtius in
Commentariis nominet *L. Iunium Paciecum*, ubi de Cœ-
duba agit; ejusque etiam mentio fiat apud Ciceronem
lib. vi Epist. ad Familiares epistola ad Leptam. Non
minus illustres sunt *Meridona*, *Toletana*, *Cerdea*, *Cardonea*, *La-
rensis*, *Velascea*, *Pimentella*, *Stunica*, *Henritica*, *Orosia*, *Corduba-
sis*, *Limenfis*, *Gusmanea*, *Mondragonea*, alias alii addant; &
parcant mihi Senatus illi, si ordinem violarim.

C A P. X.

Hispaniarum Gubernatio Ecclesiastica.

DE Statu Politico dixi: sequitur Ecclesiasticus.
Primatus Hispaniæ antiquissimis temporibus in
Hispalensi fuit Ecclesia, inde vero Toletana, usque
ad excidium illud Hispaniæ funestissimum. Toletum enim
in Barbarorum potestatem redacto, Bracarenfis Archi-
episcopus ea dignitate est functus, docentibus illud Ec-
clesiæ Bracarenfis Archivis. Recuperato Christianis To-
letum quum Toletanus amissam dignitatem repeteret,
Bracarenfis autem semel adquisitam retineret, Contentio
orta est, quemadmodum legere est libro 1 Decretalium,
adeo ut adhuc sub Iudice lis esse scribatur.

Qui porro à temporibus Romanorum & Gothorum
in Hispania fuerint Præsules Sacrisque rebus præfecti,
docet in Chronico suo Ioannis Vasaëus cap. xx. Post ere-
ptas rursus Barbarorum manibus Hispanias, Episcopa-
tus cum Antiquis suis Civitatibus sunt restituti, tum qui-
dam in nonnullis recens instituti. Septem hodiæ Archi-
episcopos Hispaniam habere lego, iisque subesse Episco-
pos circiter x l. Suffraganeos.

Primus est *Toletanus*, Castellæ Cancellarius, cui post
Reges Regiamque prolem nullus vel dignitate vel for-
tunæ amplitudine secundus. Parent illi Episcopi; *Bur-
gensis* (cui sedes olim fuerat Auræ, unde *Auritanus*, & cor-
rupte in quibusdam Conciliis aliisque Actis publicis
Auxitanus dicebatur, translatus inde Burgos, Castellæ
Veteris Metropolin, ab Alphonso v i, eo, qui Christia-
nis Toletum restituit, auctoritate Urbani i i P. M. anno
c l o x c v i i.) *Guana* vel *Cinguesis*; *Cinquencia* vel *Cigu-
tensis*;

tenfis; *Osma* vel *Oxomensis* (perperam in Conciliis *Oxoviensis*; *Cordubensis* (Episcopatus hic antiquissimus & propter Osium Episcopum celebratissimus) *Iaenensis*; *Palentiniensis*, vel *Palentinus*; *Segoviensis*.

Secundus *Hispalensis*; hic tempore Hormisdæ Papæ in Lusitania & Bætica, hoc est tota Ulteriore Hispania vires habebat Romani Pontificis. Sub eo quondam XI, hodie II: sunt Episcopatus: *Malacitanus*, *Gaditanus*, & *Canariensis*.

Tertius *Compostellanus* est. Episcopatus hujus sedes olim fuerat *Iria Flavia*, unde *Iriensis*, opidum Galleciæ maritimum, *Padron* vulgo. Translatus autem cum omnibus, quæ *Iriensis* Ecclesiæ fuerant, *Dalmachii* Episcopi precibus, ab Urbano II anno cIo xciv *Compostellam*, dici deinceps cœpit *Compostellanus*, vel *S. Iacobi*, ab Apostoli corpore, quod ibi quiescere scribitur. Paschalis Pont. Max. hac *Compostellanam* Ecclesiam Prærogativa donavit, ut Cardinales in ea crearentur. Alia ejus Privilegia prætereo. Ejus auspicia sequuntur; *Coriensis*, *Placentinus*, *Asturicensis*, *Gamorenensis*, *Salmanticensis*, *Orensensis* (qui & *Auriensis* & *Aurissinus*, *Orensensis* item) *Tuiensis* (vel *Tudensis*, à *Tude* sive *Tyde*, opido Galleciæ ad Minium amnem sito, *Tuji* vulgo) *Badajocensis* (hodie quoque *Pacensis*) *Mindoniensis* (cujus sedes olim *Ribadeum* Galleciæ Civitas translata inde in *Mindoniensem*, vulgo *Mondonnedo*) *Lugensis* (hic Suevorum tempore Metropolitanus erat, ut pareat ex Conciliis) & *Civitatis Rodrigensis*.

Quartus *Granatensis*. *Granatam* Reges Catholici, Barbarorum tyrannide liberatam, Metropolitanam fecerunt; translata illuc Sede *Eliberitana*. Ad ejus nutum sunt Præsules *Almeria* & *Guadicensis* vel *Guaditanus*, olim etiam *Accitanus*; nam quæ olim *Accitana Colonia*, hodie *Guadix* nuncupatur.

Quintus *Valentinus*: cui suffragantur *Karthaginiensis*, *Origuella*, *Segorbiensis* (vel *Segobricensis* à *Segobrica*, quæ nunc *Segorbia*) & *Balearum Majoris*.

Sextus est *Tarraconensis*. Hujus Ecclesiæ antiquitas ex Prudentio conspicua; qui Episcopum ejus Martyrem cum duobus Diaconis eleganti hymno celebrat. Obtemperant illi Præsules *Ilerdensis* (vulgo *Lerida*) *Dertosa-* *nus* vel *Tortosa*, cujus primum Episcopum *S. Rufum*, *Simonis Cyrenæi* filium fuisse ajunt. *Hertus*, *Barcinonensis*, *Gerun-*

Gerundensis (vulgo *Gironæ*) *Vrgellensis* (vel *Vrgellitanus*) & *Quensis* (vel *Vicensis* olim etiam *Aufonensis*.)

Septimus denique *Casaraugustanus*. Episcopatus antiquissimus, cujus Præsulem Felicem ab sanctitate & orthodoxa fide laudat D. Cyprianus lib. 1, cap. v. Eum sacris agnoscunt *Pampilonensis* (vel *Pampelonensis*) *Calaguritanus* (vulgo *Calahorrensis*) *Oscensis* (quem & *Huescensis* quidam vocant) & *Baibastienensis*.

Nulli subsunt *Leonensis* & *Ovetensis*, *Leonensis*, quæ & *Leogionensis*, jam inde à Gothorum temporibus Sedi tantum Apostolicæ subjecta fuit; nullum agnoscens Episcopum Metropolitanum. *Ovetensem* Ecclesiam Froila, quartus ab Hispaniæ recuperatione Rex, ædificasse & Cathedralē constituisse dicitur. Metropolitanæ jus illi tributum ab Ioanne VIII P. M. sub Alphonso Magno Rege, uti litteræ docent Apostolicæ.

Habet & tres Archiepiscopos Portugallia, *Bracarensem*, *Olisiponensem* & *Funchalensem*: subque iis Episcopos *Eborensem*, *Viscensem*, *Guardensem*, *Comimbricensem*, *Portugallensem*, *Lamecensem*, *Silvensem*, *Ceppetensem*, *Leriensem*, *Eborensem* Episcopatus antiquissimus: quod B. Mancinus Christi Discipulus, primus Eboræ Divini verbi præceptor, primusque, ut nonnulli autumant, Episcopus fuisse dicitur. *Eborensem* Ecclesiam Metropolitanam fecit Paulus III P. M. primumque ibi Archiepiscopum nominavit serenissimum Principem, S. R. E. Cardinalem, Henricum Portugalliæ Infantem. *Silvensis* in regno Algarbiorum, mutata Sede, Ossonobensi successit. *Lerienensis* Episcopatus nuper institutus auctoritate Paulli III P. M. De reliquis Episcopatibus consulendus Vasæus, loco, quem indicavi.

His omnibus, ut & Abbatibus, Monasteriisque quantifint annuatim Reditus, notant curiose Lucius Merineus, Sículus, Damianus à Goes, Eques Lusitanus, & alii.

Ad statum Ecclesiasticum pertinent etiam Fidei Inquisitores, in Sarracenos, Maranos & Iudæos primum creati, qui lapsu temporis vires suas & auctoritatem extendere cœperunt in omnes, quibus alieniores ab Ecclesia Romana mentes: de quorum Institutione Potestateque ego in Historia Belgica, quam Posteritati paroauctoritate mandatoque Ordinum Fœderatarum Provinciarum,untamiento de Madrid

Non alienum duxi hoc loco obiter monere, claruisse quondam Hispaniam Viris tam piis, quique adeo solam rerum divinarum Cœlestiumque meditationem animo vis fuerunt gessisse, ut pro adserenda Fide Christiana mortuos Posteritas censuerit dignos, qui in Divorum numerum referrentur. Tales fuerunt, ut ipsorum notant Fasti, sub Alexando Cyriacus; sub Decio Parmenus, Helminenias, Chrysotolus, Lucas & Mucius: sub Valeriano Laurentius, Fructuosus, Eugurius, Eulogius Emitherius & Chelidonius: sub Diocletiano, Vincentius, Valerius, Optatus, Lupercius, Successus, Martialis, Urbanus, Iulius, Quintilianus, Publius, Frontonus, Felix, Cæcilianus, Eotus, Primitivus, Apodemus, Saturnini quatuor, Calpophorus, Abuntius, Marcellus cum XI filiis: sub Gansricho Vandalorum Rege, Arrianis addictiore, Arcadius, Probus, Paschasius & Eutychnus. Theodorici Gothorum Regis tempore, Turibius, Heimrichii Theodorici fratris, Sibimus; Raimiri Regis, Victor aliique ducenti. Dominicum Calarogitanum (sic dictum ab Calaroga Oxomenfis Diœcesis opido: falso enim Calagurritanus nominatur à Calagurris, hodie Calahorra) Prædicatorum Ordinis parentem Principatus vidit Alphonsi 1^x Castellæ Regis: Antonium vero Paduanum, Ferdinandi 11^{ti} tempora sunt venerata. Neque suis caruit alter sexus. Nam Divarum classi leguntur adscriptæ sub Alexandro Imperatore Iulitta; sub Diocletiana autem Eulalia, tam Barcinonenfis, quam Emeritensis, Iulia, Leucadia, Sabina, Christina & Engratia. Nunilonem & Alodiam supplicio adsecit, quod Christi militiam sequerentur, Maurorum Rex Ayola. Sed de his omnibus & pluribus legendi Laurentius à Padilla Archidiaconus Rondenfis in Ecclesia Malacitana, qui librum de Sanctis Hispaniæ emisit; Marineus lib. v de Reb. Hisp. Franciscus Tarapha, & Damianus à Goes. Marineus item eodem libro non pauca commemorat de Sacris Ædibus Locisque in Hispania, quæ Religiosa & miraculis celebrata. Ionas Aurelianensis Episcopus, qui tempore Karoli Calvi Galliarum Regis floruit, adfirmat Hispaniam, invictos & disertissimos Apostolicæ & Catholicæ Fidei Defensores produxisse; dolens nihilominus multos quoque Hæreticos dedisse. Legendus ille lib. 1 de Cultu Imaginum. Erasmus etiam in Panegyrico ad Philippum 1^{um} Hispaniam

niam vocat fatalem Fidei nostræ murum, unicūq;
Christianæ Regionis Propugnaculum.

Habeat & locum hic Notatio cum Academicarum
quas in Hispania circiter viginti duas numero; inter
eas primi loci Salmaticensem, Complutensem, Com
bricensem, Pericianensem, Saguntinam, Ostensem &
lerdensum: tum Romanorum Pontificum, quorum Hi
spania fuit genitrix. Eos reperio Damasum, Ioannē xxi
Benedictum xiii, Calixtum iii & Alexandrum v.

Accipe & hoc loco potius, quam nusquam, Imperato
res quos apud se natos Romæ dedit Hispania, Vespasia
num, Titum ejus Filium, Nervam, Trajanum, Hadria
num, M. Aurelium Antoninum Philosophum, Theode
sium Iuniorem. Alphonsum Legionis & Castellæ Re
gē, ejus nomenclaturæ x, Ferdinandum Austriacum.
Quos quidam adnumerant, Maximilianus & Karolus;
hic Gandavi, ille Neapoli est natus.

C A P. XI.

Varie Hispaniarum Distributiones. Biscaia.

Generatim quæ dicenda habui de Hispania, absol
vi: postulat Methodus, ut speciatim & per partes
eam perambulem. Hispaniam ab se debellatam
Romani primo, anno ab v. c. i c l v i. C. Cornelio Ce
tego & Q. Minucio Rufo c o s s. diviserunt in *Citerio
rem* & *Vltiorem*. *Citeriorem* dicebant, quæ Principi Vtri
Imperiiq; terris proximior erat, inter Iberum sita Ma
gium & Pyrenæos montes: *Vltiorem* vocabant, quæ re
motior, ultra Iberum, ad Oceanum usque extensa. Con
sulendus Livius lib. xxxi i ab v. c.

Postea in tres partiti sunt partes, Citeriorem, multo
amplioribus dotatam ultra Iberum sinibus, appellantes
Tarraconensem: Vltiorem autem in *Baticam* & *Lusitaniam*
distinguentes. *Tarraconensis*, cui nomen ab nobilissima
Urbe Tarracone, potiore complexa Hispaniam, à Py
renæis, ubi Ortum spectabat, incipiens Montibus, Se
ptentrionaliorem partem inter Britannicum vel Canta
bricum Oceanum Duriumque fluvium ad Nerium us
que ptomontorium, & Mare Atlanticum vel Externum;
Austrialem vero ab iisdem Pyrenæis, ad Castalonem,
ultimam

ultimam Oretanorum Urbem, milliaribus aliquot infra Bætis fontem, ubi initium erat Bæticae, inter hanc & Borealius sui procurfus brachium Lusitaniam relinquens, protendebat; cui spacio Plinius I D C V I I millia passuum assignat: Latera utrimque Mari objiciebat, quae quidem Meridiei obversa, Mediterraneo; qua vero Septemtrionibus, Oceano. *Batica*, quam Bætis (unde nomen) mediam fere secabat, ad Septemtrionem & Occasum Anam habebat fluvium, quo ab Lusitania separabatur; ad Meridiem Mare spectabat, extra Columnas quidem Gaditanum, intra Columnas Ibericum, quod pars Mediterranei, ut illud Oceani: ad Ortum à Tarraconensi disjungebatur Castalonis sine, vel Saltu Castulonensi, fluvioque, qui hodie *Guadelentin*, Veteribus *Tader* fuit appellatus. Plinius huic spacio tribuit C C L millia passuum. *Lusitania* ad Septemtrionem Durio fluvio terminabatur à Tarraconensi, ad Occidentem & Meridiem Oceano adluebatur; ad Ortum limitem habebat, contra Beticam, Anam fluvium, Lineamque ductam ab Castris Vicellanis Septemtrionem versus per Augustobrigam ad Manlianum Saltum, ubi Fons erat Tormesis in cujus ripa sinistra visitur Salamantica; vel, ut alii, ad Albocellam Vaccæorum opidum & Ocellum Amnem, cujus alvei vestigia conspiciuntur hodie ad Durii ripas juxta Fermosellum. Videndi de his Finibus Plinius lib. IV. histor. cap. XXI, Pomponius Mela lib. II, Strabo lib. III, Ptolemæus, Cæsar & alii.

Sequentibus temporibus Hispaniam in sex fuisse distributam Provincias legimus in Breviario Rufi Festi, quod Valenti Imperatori dicatum: *Ac per omnes*, inquit, *Hispanias sex sunt nunc Provinciae Tarraconensis, Karthaginensis, Lusitania, Gallicia, Batia, Trans-Fretum etiam in solo Terra Africa Provincia Hispaniarum est, quae Tingitania Mauritania cognominatur. Ex iis Batia & Lusitania Consulares; ceterae, Praefidiales sunt.* Marianus Scotus, Auctor Notitiæ Provinciarum, *Balcares* addit *Insulas: Sub dispositione*, inquit, *Viri spectabilis Vicarii Hispaniarum, Consulares Batia, Lusitania, Gallicia; Praefidiales, Tarraconensis, Karthaginensis, Tingitania, Insularum Balearium.*

Videtur & aliquando divisa fuisse Hispania in Superiorem & Inferiorem; quum hujus fiat mentio in tabula Marmorea antiqui Sepulchri, quæ in Agro Tiburtino, subque

subque ipso Tibure , ad Pontem Lucanum ; sic de Tit. Plautio Silvano inter alia honorifice loquens :

PRIMVS. EX. EA. PRŌVINCIA. MAGNŌ. TRITICI
MODO. ANNŌNAM. P. R. ADLEVAVIT. HVNC. LI-
GA'TVM, IN. IN. HISPANIAM. AD. PRA'EFECTV-
VRBIS. REMISSVM. SENATVS. IN. PRA'EFECTV-
RA. TRIVMPHA'LIBVS. ORNA'MENTIS. HONORA-
VIT. AVCTORE. IMP. CÆSARE. AVGVSTO. VESTI-
SIA'NO. VERBIS. EX. GRATIŌNE. EIVS. Q. I. S. S. S.

nisi vitiose Sculptor (nam his talibus non, quantam nonnulli volunt, fides semper est adhibenda) vocem IN geminarit.

In *Majorem* etiam & *Minorem* partitur Stephanus. Alias quæ Gothorum temporibus institutæ, Divisiones, brevitatis gratia, omitto. Videndi Io. Gerundensis Episcop. Paralipomenon Hispaniæ lib. I. & alii Rerum Hispanicarum Auctores.

Hodie in multa Regna , multosque Principatus distribuitur. Quæ enim Citerior olim, & Tarraconensis postea Romanis, nunc alia est, ad Iberi ripam Borealem, alia ad Africanam. Ad Borealem quidem in Ultramontanis sunt *Biscaia* & *Gnipuscoa* , in Cisimontanis autem cis Cingam *Navarra* & *Aragoniam*, trans Cingam *Catalonia*, *Africana* vel est *Cis-Tagana* vel *Trans-Tagana* : Illa in Durii ripa dextra versus Occidentem habet *Galiciam*, versus Ortum *Austriam* & *Legionem* ; in sinistra *Castiliam* & *Veterem* & *Novam*. *Trans-Taganæ* adcensentur *Valentia* & *Murcia*. Quæ Ulterioris Bæticæ quondam Romanis, comprehendit hodie trans Bætīm *Granadam* & *Andaluziam*, cis Bætīm *Extremaduram*. *Lusitania* Romanorum hodie fere *Portugallia* dicitur. Harum omnium Partium, quo ordine methodoque commemoravi, delineationem, quam potero fidelissime, proponam. Offert se primo loco *Biscaia*.


DE BISCAIA.

Biscaia Hispaniæ Regio ad Oceanum Montibus ob-
sita, Arboribusque, quæ Navibus fabricandis idoneæ, referta. Novit hoc præter alias Provincias tota Hispania, cui integræ nonnunquam Classes hinc subvehuntur. Castanearum, Nucum, Pomorum, quæ *Auræ*
cognō.

us. A
tiones
is Ep
um Hi

ditrib
is poit
m, alia
namia
is Cui
Africa
in Du
verius
Se tot
ntia &
namis
indula
orum
trium
onem,
mo lo

is, ob
is ido
ias to
ne sub
Auria
ogno



Ayuntamiento de Madrid

cognor
precip
facilissim
poris c
concha
mentia
quis er
statur,
stium,
que vi
gens c
ras nob
pulis c
Locag
Biscain
re, nec
Qua
tri; la
am loc
berrim
lorum
sine Ar
lib. 11

Omni
mani p
Conre
lib. 11

Ultra
ad Ne
cum n
rerant
fere q
clavia
nis no
Od. v

cognominantur, Refinæ, Metallorum omnis generis, præcipue Ferri, Nigrique Plumbi, & aliarum rerum facillima. Vino carenti potum subministrant Poma saporis optimi, pressa. Margaritæ marinæ non negant conchæ; sed quæ ignobiliore. Temperatius hic clementiusque est Cælum, quam in reliqua Hispania. Magnis enim Montibus circumdata nec frigore nimio infestatur, nec calore nimio torretur. Animalium hic Terrestrium, Marinorum, Volatilium; Fructuum, omniumque, quæ vitæ hominum commodius agendæ necessaria, ingens copia. Magna itidem Hispanis hic (sunt enim portus nobilissimi) cum Gallis, Belgis, Anglis, aliisque Populis commercia. Lana præcipue facit, ut omnia Fora Locaque ab Emtore Venditoreque ferveant. Virginibus Biscainis mos, quamdiu innuptæ sunt, nec Capillos alere, nec velari.

Quam *Biscaiam* hodie dicimus, habitarunt olim *Cantabri*; latius tamen, quam ipsa *Biscaia* patet, occupatis etiam locis iis, ubi nunc *Guipuscoa* & *Navarra*. Populi celeberrimi multorumque scriptis decantati. De moribus illorum nonnulla tradit Strabo lib. III. Hi vitam nullam sine Armis esse existimabant. Eleganter Silius Italicus lib. III:

Cantaber ante omnes hic misque, æstusque, famisque

Invictus, palmamque ex omni ferre labore.

Mirus amor Populo, quum pigra incanuit ætas,

Inbelles jamdudum annos prævertere saxo:

Nec vitam sine Marte pati; quippe omnis in armis

Lucus caussa sita, & damnatum vivere paci.

Omnibus Hispaniæ Populis subactis, & in Populi Romani potestatem adductis, soli cum Asturibus aliisque Conregionalibus vinci non potuerunt; unde Horatius lib. II, Od. VI:

Cantabrum indoctum juga ferre nostra.

Ultra Montes enim, qui à Pyreneis perpetuo procurrunt ad Nerium usque Promontorium, habitabant, neque, nisi cum maxima difficultate summoque periculo adiri poterant. Debellavit tandem ferocissimam gentem, bello fere quinquennali fractam & defatigatam, C. Cæsar Octavianus Augustus; ipse contra eos, reliquosque Romanis nondum parentes profectus. Horatius lib. III Carm. Od. VIII:

*Servit Hispanus vetus hostis ora
Cantaber sera domitus catena.*

Et lib. IV, Ode XIV, Augustum ipsum adloquens:

*Te Cantaber non ante domabilis,
Medusque & Indus, te profugus Scythes
Miratur, ô Tutela prasens
Italia, Dominaque Roma.*

Subjugavit autem Cantabros Augustus Vipsanii Agrippæ, ceterorumque Legatorum quos secum duxerat, industria & fortitudine. Horatius lib. I Epistol. ad Iccium

*Cantaber Agrippa, Claudi Virtute Neronis
Armenius cecidit.*

Cantabrorum gentes hac Hispaniæ parte lego & Salerni quos nominat Pomponius Mela, & Concanos, qui apud Strabonem lib. III. Posteriores male video adfectos apud Strabonem lib. III. Vbi enim in vulgatis legitur

καὶ οὐκ ἔστι τὰ πορθεῖν τὰς τῶν Ρωμαίων συμμάχους, εὐχόμενοι ὡς οὐκ ἔστι Ρωμαίων εἰς τὰ κοινὰ καὶ οἱ περὶ ταῖς πηγαῖς τῆς Ἰβηρίας οἰκόντες, οὐκ ἔστι. Emendandum Κονκανοί. Quidam hos Populos male confundunt cum Coneis, qui ad Fretum Herculeum. D. Concanis Horatius lib. III Carm. Ode IV:

*Visam Britannos hospitibus seros,
Et latum equino sanguine Concanum.*

Est in Biscaia, præter alia, opidum nobile Bilbao, quod quondam, uti censent Villanovanus & Henricus Columbus, Βιλαγονία, ut quidem in Græcis Ptolemæi Codicibus legitur. Bilbao dictum, ut quidam opinantur, quasi commutatione litterarum Hispanis familiari, Biltas, id est Bellum-vadum. Condidit Didacus Lopeus de Haro Cantabrorum Princeps anno ab Christo nato c. 1000 aut circiter. Tria cum primis hoc opidum commendat: Situs oportunitas, Annonæ copia, mirabilisque Negociorum Hominumque varietas & multitudo. Situm est in loco plano duobus ab mari milliaribus, loco egregie portuoso: aere utitur temperato & salubri, qua continentem spectat. Magnos montes objectos habet. Lana hic commercium summopere viget, ita ut quotannis circiter quinquaginta naves in varias partes hic onerentur: puella hic passim incedunt capite nudo & tonso capillitio, nec virginibus fas est antequam nuptæ sint, aut capillum alere, aut caput peplo velare.

Panis habet genus, singularis excellentiæ & bonitatis, quod Incolæ Pan de Enego, vel de Arregoriaga vocitantur.

Per hoc Opidum in reliquam Hispaniam importatur, quidquid Anglia, Gallia, Belgica mittunt; per idem Opidum exportatur quidquid cum iisdem aliisque Regionibus communicandum censet Hispania. Reperire hic est Cives, qui soli quotannis sua pecunia tres quatuor- que naves ædificari curant. Hæc & plura Petrus Medinensis, qui sua lingua Hispaniam descripsit.

CAP. XII.

Guipuscoa.

Guipuscoa Cantabrorum etiam olim erat regio. Nonnulli *Lipuscoam* & *Lepuscam* vocant: corrupte, ut notat Stephanus Garybajus ejus Incola, Concluditur ad Ortum Amne *Vidosone* (qui & *Vidorso*, *Alduida*, *Haria* & *Beoyvia*, medius inter Galliam & Hispaniam) Pyrenæisque Montibus; ad Meridiem Navarræ Regno, ad Occasum Biscia, de qua præcedenti capite dixi; ad Septemtrionem Mari Cantabrico. Incolæ iisdem cum Biscainis sunt moribus eademque utuntur lingua, de qua differui cap. viii. Vulcani officina, Martisque Armentarium ab Natura videntur hic conlocata: tantum ibi videre est Ferri, Chalybis, factorumque inde Armorum copiam; ut non immerito *Murus* sive *Propugnaculum Regnorum Castella* & *Legionis* in quibusdam Regionis Archivis cognominetur. Scribit Navagierus hoc tractu tantum Ferri Chalybisque escodi, ut singulis annis *xxc* millium Ducatorum inde quæstus fiat. Non igitur sine causa Montem ibi scribit Plinius lib. xxxiv, cap. xiv, totum ex Ferro: *Cantabria*, inquit, *maritima parte, Mons prærupte altus, incredibile dictu, totus ex ea materie est*. Maris Adcolæ Navigationi Piscibusque, cum aliis, tum quos *Baccalao*s appellant, capiendis, magno lucro, dant operam. Conlocantur hic à Ptolemæo, Pomponio, Plinio, aliisque, Populi *Oregeiones*, *Autrigones* & *Varduli*: Primorum memoria videtur etiamnum servari in Opidis *Orendain*, *Oresa* & *Orio*, cujus appellationis ibidem etiam Fluvius est non ignobilis.

Guipuscoa à tribus fluminibus secatur, præter sex & viginti minores amnes, qui partim in hac irruunt, partim per se descendunt in mare, quorum ripa præsertim dextra, habitationibus frequenter.

Metropolis est *Tolosa*, ad Confluentes sita Araxin & riam. Sunt & alia Opida: *Placentia*, ubi Fabrorum rariorum incredibilis copia: *Motrico*, vel, ut alii scribunt censent, *Monte de Trico*, ab scopulo cognomine, quod opido imminet: *Fuentarabia*, Ptolemæo *Φουενταρια*: nunc *D. Sebastiani*; olim *Hicuru*, postea *Don-Bastia*, & corrupte hodie *Donastien*, idem sonans, quod *D. Sebastiani*. *Don* enim Cantabris nihil aliud, quam quod Latinis *Sanctus*, Castellanis *Santo*. Loca namque in Cantabrorum agris varia plerumque habent nomina, ob Linguarum differentias. Aliter ipsi Cantabri, aliter Hispani reliqui aliter Galli, qui ipsis Confinales, vocant. Situm est hoc opidum ad ostium Fluminis, quod *Menascus* Pomponius Melæ, Ptolemæo *Μενάσκου*, hodie *Rio Gurumea*, vel *Vrametum* Portum habet amplissimum, non arte humana, sed sapientis naturæ providentia factum, in quo Navēs ab sævioribus undis Ventisque parum faventibus securam & tutissimam inveniunt Stationem. Ingressus patet inter duo Castella; quorum quod ad Orientem, in edito Monte exstructum, Occidentaliore, quod in Rupe, est eminentius.

Alava regio viginti octo leucas in longitudinem patet, in latitudinem octodecim; frumento & fructibus abundans. imprimis vino: Metropolis illius *Vittoria* magis bella & commoda, quam grandis aut splendida, plena equitibus & nobilium familiis; opidum cum insuper & mercatorum copia; nam hic non modo ferri & lanae, vinique commercia vigent.

Passagiū portum habet commodum & satis tutum, ore tamen angusto & scopulo conspicuo eidem objecto, ceterum mari satis profundo & nullis vadis aut brevibus inquinato. Reliqua loca sunt *Salvaterra*, *Trevigno* caput celebri Comitatus.

Describit plenissime hanc Regionem *Stephanus Garybæus*, qui consulendus libro xv, capite ix & quinque sequentibus. Videndus & *Florianus del Campo* libro i, capite ii.

CAP. XIII.

Navarra.

NAVARRA nomen novum est, recensque natum. Sic enim dicitur, ut quorundam est conjectura, quod Hispani

Spani
que p
Dume
va.
quaz
que c
Provi
gente
Paral
& al
Ha
Ptole
const
ante
dieq
Mar
tiono
pella
opid
Kee
R
mzu
na v
beno
nus

C
con
fui
dit
nag
San
12
San
scr

Spani *Navas* vocent Areas Camporum planas, arboribusque purgatas; quibus tamen in circuitu Silvæ sunt & Dumeta; unde *Navarra* regio, quæ complures habet *Navas*. Pecori est agriculturæque valde commoda: & quamvis Pyrenæis opposita, atque adeo montibus undique conclusa, finitimas tamen versus Hispaniæ interiora Provincias Aeris clementia superat. De Navarrorum gente multa Ioannis Gerundensis Episcopus Hispaniæ Paralipomen. lib.v. Rodericus Sanctius part.I, cap.XII, & alii.

Habitarunt hic olim, qui *Vascones* Plinio Tacitoque; Ptolemæo *Βασκωνες*: quos postea in Galliam transmigrasse constat. *Berones*, *Βέρρονες* Straboni & Ptolemæo, quos ille antea *Tyrtos* notat vocatos: nomen manere putatur hodieque in Opido *Briones*; apud quos *Bero* fluvius, qui *Vero* Martiali, corrupte dicam, an consueta genti commutatione Litterarum B & V? *Suestitani*, Livio; quorum appellationem adhuc superesse volunt quidam in *Sanguessa* Opido *Bergistani*, qui apud eundem Livium lib. xxxvi, *Βεργιστῶν* denique, quorum apud Ptolemæum est mentio.

Regionis Caput hodie *Pompelon*; *Πομπηλίων* apud Ptolemæum & Strabonem: nomen & nunc servans, *Pampelona* vulgo dicta. Vocem hanc per *Æ* diphthongon scribendam innuit Lapis Tarraconensis, nisi Sculptoris manus aberrarit:

SEMPRONIÆ

LVCL. F. PLACIDÆ

POMPAELONENSI

FLAMINICÆ. CONSENSV

CONCILII. P. H. C.

CORNELIVS. VALENS

MARITVS. S. P. F.

TEVCI legit Clusius;

P E. Clusius.

Quibusdam *Pompejopolis* (quod à Cn. Pompejo Magno condita) & *Martua* dicitur: Olim etiam *Athanagiam* fuisse nuncupatam, cuius Livius meminit, memoriæ prodit Io. Gerundensis Episcopus lib.v. Paralip. Hisp. *Athanagia* tamen Floriano *Manresa* est, aliis *Tarrega*, nonnullis *Sanahuja*. Secundæ Classis sunt *Iturissa* Pomponio Melæ; *Ιτερρῶς*, Ptolemæo; *Iurissa* Antonino, corrupte, hodie *Sanguessa*, cuius jam memini; *Suessam* olim nominatam scribit intellexisse se ex Archivis publicis Florianus del

Campo. *Cascantum*, ut Antoninus vocat: *Cascantenses* habet Plinius: corrupte apud Ptolemæum βασκόντων pro Καντων: Ejus mentio in Nummo Tiberii Imperatoris; τὸν CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS; & in aversa parte supra Tauri effigiem M V N I C I P. & infra C A S C A N T V M. *Logronium*, quod, ut censent Clusius & Terrapha, Plinio & aliis *Iuliobriga*, Cantabrorum opidum Inscriptio Tarraconensis;

C. ANNIO. L. F. QVIR.
FLAVO. IVLIOBRIGENS
EX. GENTE. CANTABRORVM
PROVINCIA. HISPANIA. CITERIOR
OB. CAVSAS. VTILITATESQVE
TVBLICAS. FIDELITER. ET
CONSTANTER. DEFENSAS

Floriano tamen *Iuliobriga* est *Oliva*; Henrico Coque *Aguilar del Campo*. *Calagurris* Livio, Aufonio & Antonino in cujus tamen nonnullis exemplaribus *Calagorra* & *Calagurra*; Καλαγύρρα; Straboni; Καλαγορίων Ptolemæo, vitiose hodie *Calahorra*, ut volunt Ambrosius Moralis, Varrerius & Marineus; in Iberi ripa. Plinio duplices sunt *Calagurritani*, & *Fibularense*s & *Nassici*; hi ad Ilergetes pertinebant, ut postea dicam; illi ad Vascones & Navarram nostram. *Fibularense*s fuerunt *Calagurritani* Martyres Hermetrius & Chelidonium, de quibus πρὸς τὸν Πρῶτον Prudentius. Vasconum enim ibi mentio & Iberi Fluminis, ad quod *Calagurritani* *Fibularense*s habitabant, quum *Nassici* procul inde ad Pyrenæos montes prope Gallicum fluvium, qui hodie *Gallego*. Vtra autem *Calagurris* patria censenda Quintiliani Oratoris, non facile quis diffinitur. D. Hieronymus ex Eusebii Chronico: *Quintilianus ex Hispania Calagurritanus*, primus Romæ publicam Scholam tenuit, & Salarium è Fisco accepit, & claruit. Aufonius in commemoratione Rhetorum *Burdigalensium*:

Primus *Burdigala* columnen dicere Minervi

Alter *Rhetorica* *Quintiliane* Toga:

Adserat usque licet *Fabium* *Calagurris* *Alumnus*,

Non sit *Burdigala* dum *Cathedra* inferior.

Beronum etiam urbem *Variam* nominat Plinius, *Iberus*, inquit, annis navigabili commercio dives ortus in Cantabris, haud procul opido *Iuliobriga*, C C C C L. M. P. fluens; navium por-

CC LX. M. P. à *Varia opida capax*. Est item ^{καρπίς} Ptolemaeo in Beronibus, qui infra Autrigones sunt. Vicus est juxta Logronium in *Varia* Urbis vestigiis, qui nomen retinet. *Vaream* enim nuncupant. In Beronibus etiam locat Ptolemæus Τρίτιον μεγάλην. Plinius autem *Tritium* inter decem Autrigonum Civitates numerat. Hodie juxta Harajam urbem *Tritium* nomen adhuc suum tuetur, sed in Vici formam redactum.

In toto regno (inquit Boterus) non credo supra viginti millia furorum esse.

Oppidum *S. Ioannis*, *Pedis portus* cognominatum (inquit Marinæus) in altissimis monti jugis positum, cujus montis ascensus est XI I. M. P. undique fontibus uberrimus est & multu rebus fertilissimus. in quo plurimum ferri effoditur: in jugo praterea novu planities est, & campus amœnus & omni tempore viridis.

Navarra appendix ex *Rioſtia* provincia, ad latus *Idubeda* monti sita, calo salubri, & solo vini, frumenti & mellis feraci. Offia anni haud longe à *S. Dominico de la Calzada* ortus, in *Iberum* descendit prope *Harò*; ibidem est *Nagera*, *Navarette*, *S. Dominico*, *Guardia*, *Bastida*.

Navarram porro suis Hispaniæ Regnis primus adscribere coepit *Ferdinandus* Catholicus, pullo *Ioanne* Alani F. Dynasta Albretano. Hic, ducta *Catharina* Gastonis F. Navarræ regina, Comite Fecensi, Bearnii, Bigorræ ac Vienne Prince, cum *Ludovico* XII Francorum Rege armaverat contra Venetos, Hispanos, Germanos, Juliumque II P. M. Indignatus Pontifex Regem proſcripſit & excommunicavit; Regnumque ipsius, quasi in commissum cecidisset, occupandum dedit *Ferdinando*: qui, expugnatis *Pompelone* & universa pene, paucis *Opidis* Arcibusque exceptis, Navarreæ Ditione, proſtigatisque Veris Dominis, ante nonaginta circiter annos usurpare coepit, & defunctus ad Successores transmisit nomen regium: quo jure, multis exponit *Ælius Antonius* *Nebrissenſis* de bello Navarreo lib. I, cap. I. & seqq.

Verum quomodo Navarra regnum ad Hispanum pervenerit scire parum prosequamur. *Ioannis* Arragonum regis obitu anno CLO CCC CLXXIX ut necesse erat, & ut testamento illius cautum erat, diviso imperio, *Ferdinando* Arragoni accesserunt, Eleonoræ princeps materno jure Vasconum regnum (ait *Mariana*) obtinuit, annum jam septimum viduata viro, quod ipsi brevissimum fuit & vix menstruum. Quatuor filios genuit, *Gastonem*

natu maximum, Ioannem, Petrum, Iacobum; filias quinque Mariam, Ioannam, Margaritam, Catharinam, Eleonoram. Gasto dedit, Francisco Phæbo & Catharina relictis. Ioanni Narboni a paterno redemptæ urbis principatus fuit. Liberi Gasto & Germana. Gasto ad Ravennam casus, Germana Ferdinando Catholico post Elisaben defunctam nupsit. Petrus à Sixto P. R. Cardinalis factus. Iacobus cælebs vixit. Maria Guilielmo Montisferri Marchioni, Ioanna Armeniaco Comiti Ioanni nupsit; Margarita Francisco Britannia Duci Annam peperit quæ ducatum illum in regiam Gallorum familiam intulit. Catharina Gastoni Fuxensi Candalla Comiti iuncta duos filios genuit, unam filiam quæ Ladislao Hungaria R. nupsit.

Eleonora itaque defuncta successit Franciscus Phæbus XI annos natus, sub tutela matris Magdalena, & Petri Cardinalis Patru sui: anno demum MDCCCCLXXXII regis insignibus decoratus, nondum ducta uxore anno MDCCCCLXXXII obiit. Sororque Catharina regnum suscepit, quæ Ioanni Labretano in Gallia Petragorios, Lemovices, Druidesque obtinenti anno MDCCCCLXXXIV nupta imperium ad Gallos transtulit. Narbonensis quid in injuriam sibi factam expostulabat, Franciscus & Catharina Gastonis fratris liberis in regni successione prelati, cum Gastone ante matrem Eleonoram defuncto, ipse propinquior matri esset quam nepotes: sed Ferdinandus contra Narbonensem sensit. Multa vero postea de Rege Navarra sinistra suspicari cepit, quasi in Gallia Regem prorsus, aliquid mali secreto ipsi machinaretur. Itaque præter sacramentum ab arcium Praefectis in verba Regis Catholici universa ditione factum, Sanguessam & Vianam urbes quasi fidei pignora acceptat: quas tamen ann. 1500 reddidit, Magdalena filia Regum Navarra unica in aula Regina veluti obside accepta. Verum minoris pretii id pignus factum est, prole mascula iis Regibus nata in spem paterni regni, cui Henrico nomen fuit, vitæ molestiæ obnoxia ac ne longæva quidem. Magdalena dein in Hispania extincta.

Lerini Comitem factiosum hominem, Rex Navarra omnibus opibus & urbibus quas in Navarra tenebat, exuerat, illius filium Ludovicum Beaumontium Ferdinandus fortunis paternis restituere maximopere cupiebat; quadam hostilia tentata, sed Clam & quasi privatim. Bello deinceps in Italia ardente inter Pontificem Casaremque & Gallum atque consideratos; cum Navarra Rex Gallorum regi haud dubio faveret, Pontifex hac arrepta occasione, quod Ecclesiæ hostibus faveret, & Pisani conventus Patres Ponti-

Pontificis utique hostes complecteretur: Regem & Reginam Navarra execratione devinctos, ditione omni spoliandos omnibus principibus propinat. Suspecta (inquit Mariana) Ferdinandi R. fiam erat & paulatim in plures cepit manare rumor, eo annitente severum decretum & grave produsse, conjectura probabilis, quoniam diu penes se arcano id diploma Pontificium occultavit, dum varia cogitationes recurrunt animo scilicet, quid fama locutura esset, sanandique eos principes, rationem mitiorem sategit inire. Misit itaque Legatum qui officii admoneret, & ne cum Gallo rationes miscerent aut Ecclesia hostibus porro faverent; denique filium obsidem postularent. Iniqua postulatio Regibus visa itaque nihil impetratum. Ex eo belli causa quesita, cuius hic exitus fuit, ut Reges tota Navarra à Ferdinando pellerentur; ipseque Navarram jam quasi sequester sed Regis nomine obtinuit. Facto species pratenta, Ioannem Regem pactis conditionibus non stetisse: sic Regnum victori cedere jure belli, quo quæ optime; Armis Gallicis & regis aliquoties repetitum sed frustra, Comites porro Fuxenses ab antiquo in Catalaunis Andorra vallem, & Castelboum prope Urgeliam urbem in Pyrenæi montis complexu possederant. Utraque Catharina Regina à majoribus relicta optimo jure, à victore quoque armis eidem erepta. Hac acta anno 1512. Ferdinandus denique Castella regno Navarram adiit anno 1515. Ex eo constat (inquit Mariana) Ferdinanda destinatum prorsus animo fuisse, eam ditionem nunquam abdicare, quasi sui juris non secus ac alios principatus neque ulla religione moveri, ut ab ea sententia decederet. Sic variis sermonibus præ se tulit: Viribus potiori argumenta nunquam desunt, ad retinendum quæ armis occupavit. Si verum fateri licet (inquit) nonnullis Ferdinandi causa præsidii fulciebatur neque contemnendis nec prorsus inanibus. Primum Pontifici sententia Reges veteres fuisse ditione spoliatos; deinde in Reges Castella translationis jus Clara uxoris Henrici. IV Castella R. ipsius voluntate & donatione, quo tempore à savo patre ad non dubium exilium data est in Gastonis Fuxensis sororii potestatem, ejus nece oppido cunctis, quæ jure potior erat, quippe major natu, Vasconum imperium ad se trahere, Tertio Germana uxoris suæ jure, quod post fratrem defunctum ipsi competeat. Hac ille.

Thuanus lib. I Histor.

Ferdinandus, qui morte generi sui Philippi magno se metu liberatum existimabat, totius fere Hispania potens, statim animus ad res novas appulit: cumque suspectam Galli potentiam summe haberet, Henricum VIII generum, qui nuper Henrico VII

in Anglia regnum successerat, juvenem magni animi clam sciebat, ut bellum Ludovico inferret. Ipse prætendebat Pontifici auctoritatem, qua fieri diffidebat, ut quos ille hostes haberet, eos in loco persequi teneretur. Itaque conjunctis cum genere viribus in Aquitaniam, in qua sibi jus Anglus vindicabat, impetum facere decrevit; & quia ad eam expeditionem opus habebat iter per Navarra regnum cum exercitu facere, missis oratoribus à lothario Labretano rege petierat, ut sibi libere per illius regnum transiret. Quod cum ab illo propter amicitiam, qua ipsi cum Gallo intercedebat, non impetraret, inde occasionem arripuit invadere Navarra regni, cui jampridem homo alieni cupidus inhiabat, quod ei facile fuit copius generi fredo & imparato à rebus omnibus Navarro, qui frustra auxilia à Ludovico postulatus, exortu Aramontanorum & Bellomontanorum factionibus, tandem regnum cedere & cis Pyrenæum recipere se Benearnum coactus est. Ferdinandus novo regno occupato, neque de Aquitania multum sollicitus, relicto genere de socero frustra quarente, domum revertitur.

Ioanni successit Henricus Labretanus, qui Aquitania in Gallia præses an. c. 1515 decessit; cuius Parenti (inquit Thuanus lib. xvi.) regnum iniqua Iulii II proscriptione prædæ datum Ferdinandus Arragonius Caesaris maternus avunculus eripuerat: princeps magno animo & frugali splendore, cui sua & nostra fortuna defuit, quo minus qua causa nostra amiserat, ipsam nostram recuperaret; sed tantum id effecit, ut in pacificationibus inter Casarem & Reges Gallia ab eo tempore factis, suppressa ejus rei mentione jus integrum penes se & hæredes suos permaneret. Huic in Navarra regni titulum & in opulentissimas, quas in Gallia habebat possessiones, Antonius Borbonius Vindonus qui Iseannam ejus unicam filiam, olim Wilhelmo Clivensi desponsatam, duxerat in uxorem, successit; à quo Rex Gallia qui hodie regnat descendit.

Ferdinando in regnis Hispania omnibus sola Lusitania excepta successit Carolus, qui & Germanorum Imperator factus; V dictus fuit. Hic ex Isabella Emanuelis Lusitania R. filia Philippum II Hispaniarum Regem genuit. Qui Regnum Portugallia affectus fuit.

Retinuerunt Nomen nihilominus pulsorum Principum heredes: quorum hæc series:

TE
am su
ficiu
corio
ribus
m fac
ier pe
i locu
transf
m Gal
adent
biat
mritu
ortu
m regu
P. Fe
m solu
erit
in Gal
(ingui
one
a at
sua
nt, epe
iont
sa ejus
anerit
uas in
qui lo
satam,
regnat
excepta
V di
Philip
tugal
rinci



IOANNES Alani F. Dynasta Albretanus. Vxor KATHARINA Gastonis F. Gastonis N. Navarra Regina, Comes Fecensis, Bearnii Bigoræ & Viennæ.

HENRICVS Albretanus Rex Navarrae, Comes Bearnii, Foxii, Bigoræ & Armigniaci. Vxor MARGARETA Vallesia, Soror Germana Francisci I Galliarum Regis, Karoli Aleaconi vidua.

IOANNA Albretana Navarrae Regina, &c. Nupsit Antonio Borbonio Duc.

HENRICVS Borbonius IV cognomento Magnus, Rex Galliae Navarraeque Christianissimus.

LVDOVICVS Borbonius XIII cognomento Iustus, Galliae Navarraeque Rex Christianissimus.

Navarrae Historiam composuit Karolus Infans istius Regni, quæ nondum est evulgata.

CAP. XIV.

Aragonia.

Aragoniae adhærent ad Caurum Navarra; ad Vulturum Catalonia; qua Africo exposita, Castiliam spectat; qua Aquiloni. Pyrenæos habet montes. *Aragonenses* corrupta voce à *Tarraconensibus* dici non inconcinne opinatur Antonius Nebriffensis. Subscribit illi Ioannes Vassæus in Hispaniæ Chronico. Et ego lubens. L. Vallæ placet *Aragonia* nomen esse ab *Autrigonibus*, Hispaniæ populis. Alii ab *Aragone* fluvio, qui illic ortus Iberum influere perhibetur. Nonnulli ab Herculis *Ara Agonalibusque* Ludis dirivant: quod si verum, mirum tam altum obstinatumque apud Veteres Scriptores de *Aragonia* esse silentium.

Sedes hic habuerunt olim suas *Iaccetani*, *Iaccetani* apud Ptolemæum, à quibus hodie *Iacca* urbs: corrupte *Laceta*, nisi alii sint populi, apud Plinium, Cæsarem & Livium videntur appellari: nec minus fortean emendate *Acitani* vel *Ascitani* apud Macrobrum lib. I, cap. XIX, qui eos

Martis Simulacrum, radiis ornatum, maxima religione colere scribit, *Necynque* nominare. *Sedentani* Livio Plinioque; *Σιδωνῶν* Straboni: *Sedentana Cohors* etiam est apud Silium Italicum lib. III. Nescio an iidem qui *Hedetani* aliis, de quibus vide ad Valentiam. *Surdaones* Plinio; quorum loco *Sardones* Caspar Varrerius substituit; addens, memoriam eorum conservari in *Sardonum Campo*, qui vulgo *Campos de Serdania*. *Ilergetum* etiam magna pars hic quondam habuit: de quibus ad Cataloniam.

Metropolis & Regni caput *Casaraugusta* Plinio aliisque; *Κασάρων Ἀδύστη* Ptolemæo. Nominatur sæpe in Nummis Veterum. In duobus æneis Augusti Vexillum erectum visitur, hasta in basi adfixa; quod signum erat deducendæ Coloniz: in uno eorum adparet Augusti effigies, & hic titulus, *DIVI F. AVGVSTVS*; in aversa parte, qua Vexillum est, *CÆSARAVGVSTA L. CASSIO CN. F. L. N. II VIR*: In altero circum Augusti effigiem *AVGVSTVS DIVI F*; & aversa parte, *CÆSARAVGVSTA M. POR. CN. F. A. N. II VIR*. Alios aliis legendos relinquo. Sic Prudentius de Martyribus Cæsar-Augustanis:

Cæsar-Augustam vocitamus Urbem:

Hodie *Carragoça*, Academia nobilis. Conditorem ejuse-runt Iubam Mauritaniz Regem, & ab eo *Saldybam* appellatam, quasi *Iuba domum*: postea vero, priore repudiato nomine, *Cæsaris Augusti* nomen illi fuisse inditum. Sita est in ripa Fluminis Iberi, loco plano, ex quo Iberus insigni Ponte lapideo longoque (cujus etiam Strabo facit mentionem lib. III) trajicitur. Urbis autem Situs Soleæ Calcei formam refert. Portas habet quatuor ad totidem Mundi partes spectantes. Validissimis muris cincta, crebrisque Turribus prope munita. Extra Muros priores, quamplurimæ sunt Domus, & quasi altera Civitas, quas Cæsar-Augustani *Populationes* appellant. Duo sunt ibi memoratu dignissima: *Xenodochium* inter alia Christiani orbis opera loci non postremi; alia item *Domus* prope Urbem in Campo amœnissimo satis grandis & insignis, quæ vulgo *Alia pharia* nuncupatur, de qua consulendus Marineus Siculus. In hac Vrbe Reges Aragoniz ab ejus Archiepiscopo, qui Primus Regni, *Demafoliti* accipere. Ab eadem Iter ducit *Beneharnum*, Antoninus per Pyrenæum in Galliam Aquitanicam.

Cæsar-Augusta sita est (inquit Nonius) ad amnem Iberum lato campestri & patenti, in qua sive soli ubertatem sive situs amantatem, urbis nitorem & ornamenta requiras, nihil in ea deesse reperies; adiumque splendore nulli Hispaniarum urbium secunda, quæ è laterculo cotti ut plurimum sunt, plateas latas & apertas ac pontem habet egregii operis, quo Iberus transitur. Tempia majora XVII, monasteria XIV, & alia minora fana & sacella: augustissimum templum Neustra Sennora del Pilar. Urbem hanc à Mauris recepit Rex Alphonsus anno 1118.

Civitates reliquæ: *Oscæ Latinis, Oskæ Ptolemæo & Plutarcho in Sertorio; Hodie Huesca: Cives ejus Oscenses Cæsari nominantur: Oscensis Argenti meminit Livius lib. XXIV: Plutarchus auctor, Sertorium hanc Urbem delegisse, in quam Filii Principum Virorum, Hispaniarum Obsides, studiorum specie, accitis Disciplinarum Magistris, mitterentur. Est ibi hodieque non ignobilis Academia: Etesca mendose vocatur Vellejo Paterculo; ubi Sertorium intererum scribit: In Vetustis Nummis Urbis Vitræ videtur cognominari; si ita notas VV. OSCA liceat cum Antonio Augustino interpretari. Tyriaßona Civitas apud Montem Caci, quam à Tyriis & Ausoniis conditam fuisse nonnulli opinantur.*

Tyrrascona (inquit Nonius) in Castella & Aragonia limitibus sita, non procul à monte Cauno, quem incolæ Mancayo vocant: corporum glebis felicissima & annona copia abundans; episcopali dignitate à multis seculis ornata.

Iacea, jacens in Convallibus, Iaccetanorum quondam, ut monui, sedes, Iaccæ Ptolemæo.

Hic Philippus II arcem quinque propugnaculis haud ita amplis communiavit, dubium an contra Francos, an contra Arabios tumultuantes.

Catalajuta, in campestri loco, ex ruinis nata Bilbilitanis, quæ cum multis aliis Antiquitatum monimentis, medio Miliari Hispanico ab hoc opido hodie visuntur, in Colle, qui vulgo Bambola vel Baubola, adludente ad Urbis jacentis appellationem nomine: Cingitur Mons ille in orbem fere ab Salone flumine; quem situm Bilbili tribuit alumnus ejus & Civis (vide lib. I, Epigr. LXII) Valerius Martialis lib. x, Epigram. CIII:

Municipes Augusta mihi quos Bilbilis acris

Monte creat, rapidis quem Salo cingit aquis.

Sic Paullinus ad Ausonium, Bilbilim acris scopulis pendentem,

tem, prodit. Quod autem in Monte, *Altam* vocat idem
Martialis scribens ad Licinianum lib. I, Epigr. L, quod
quia multorum Hispaniæ locorum meminerit, semel ad-
scribam :

*Vir Celtiberis non tacende Gentibus ,
Nostraque laus Hispania ,
Videbis altam Liciniane Bilbilim ,
Equis & Armis nobilem :
Sterilemque canum nivibus effractis sacrum
a Vadaveronem montibus :
Et delicati dulce b Botrodinemus ,
Pomona quod felix amat :
Tepidum natabis lene c Congedi vadum ,
Mollesque Nympharum d lacus ,
Quibus remissum corpus adstringas brevi
e Salone, qui ferrum gelat.
Præstabit illic ipsa figendas prope
f Voberta prædenti feras :
Æstus serenos aureo franges Tago ,
Obscurus umbris Arborum :
Avidam vigens g Dircenna placabit sitim ,
Et Nemea, quæ vincit nivés.
At quum December canus, & Bruma impotens
Aquilone rauco mugiet ;
Aprica repetes Tarraconis littora ,
Tuamque Laletaniam, &c.*

Sic idem Martialis lib. x, epigr. civ, ad Librum suum :

*Hispana pete Tarraconis Arces :
Illinc te rota tollet, & citatus
Altam Bilbilin, & tuum Salonem
Quinto forsitan effedo videbis.*

An per *Quintum Effedum* notat iter inter Tarraconem &
Bilbilim

a Sic ex MS. legit Turnebus, quum in Vulgatis divisum legatur *Vada Veronem* ; agnoscens Montis nomen. Pertinent huc quæ scribit Hieronymus Paulus Barcinonensis libro de Fluminibus & Montibus Hispaniæ : *Quidam non tenere Celtiberia montem esse existimant ab aliis effractum, atque in Insulam positum, quem nunc Vada vicem corrupte vocant.*

b Opidum quondam, hodie Vicus, haud procul Segobriga ; ab Græco dirutum notat Polybius. Meminit & Martialis lib. xii, epigr. xviii.

c Fluvii nomen prope Bilbilim : hodie *Congedo* ; vel, ut alii, *Rio de Codela*.

d Ex duplici enim Lacu videbatur Congedus profluere.

e Hodie *Salon*. *Bilbilis* Iuliano lib. xli v ab urbe adjacente ; *Aqua* fortean *Bilbiliana* Antonino.

f melius *Voberta* : hodie *Boberta*.

g fontis videtur nomen.

Bilbilim quintiduanum ? Sunt hodie Leucæ Hispanicæ
 XLVIIII, aut circitet. *Auro ferroque superbam facit Bil-*
bilim idem Poëta lib. XII, Epigr. XVIIII :

Me multos repetita post Decembres

Accipit mea, rusticumque fecit,

Auro Bilbilis & superba Ferro :

Hic pigri colimus labore dulci

Botradum, & Plateamque : Celtiberis

Hæc sunt nomina crassiora terris :

Inter Bilbilim & Segobrigam (quæ hodie *Segorbia* putatur) Sertorius & Metellus memorabili prælio conflixerunt, ut apud Appianum & alios est legere. *Bilbilis* Ptolemæo corrupte. *Augusta Bilbilis* cognominatur Martiali, ut jam vidimus; quemadmodum & in multis Veterum Numismatum Inscriptionibus.

Hodie est una ex præcipuis Arragonia urbibus; subdita *Tar-*
raconensis Episcopo, solum habet sæcundum, frumenti, vini, olei,
 frugiferarumque arborum patiens; omnis generis opifices alit: in
 curvæ pefita, *Salone* flumine alluitur.

Sunt & alia Aragoniæ Opida: *Barbastrum*, Arcubus
 ferreis nobile; *Baptista* Ptolemæo; *Bortina* Antonino, ut
 nonnulli censent: Putat tamen *Surita* *Bortinam* sua nunc
 ostentare vestigia ad *Almuderar* opidum, ibique inter a-
 lia conspici quasdam Viæ erutæ Substructiones *Monse-*
num in Regni situm umbilico, ad Cingæ ripam, cui Col-
 lis imminet, à quo nomen opido: Conventibus Regno-
 rum Aragoniæ, Valentiaque & Principatus Cataloniae
 celebris sedes. Fere est, ut Hieronymus *Surita*, cui e-
 mendatius debemus Itinerarium, quod sub Antonini Au-
 gusti nomine circumfertur, censeat esse *Toloum* Antonini:
 ait enim inter *Barcinonem* & *Cæsaraugustam* nullum
 exstare opidum, quod isti adplicare mansioni certo au-
 deat: Vulgo *Monçon*; fertilis agri & aprici situs. *Fraga*,
 inter *Ilerdam* & *Cæsaraugustam*; *Tarraco* Ptole-
 mæo; *Gallicum* Antonino, ut *Varrerius* censet; Alii *Galli-*
cium locant, ubi nunc *Zuera*, in cuius agro vetustorum
 Pavimentorum vestigia visuntur: Fluvius ibi nomen re-
 tinet, qui *Gallego* nominatur: cui jure vetustas *Gallici* no-
 men tribuit; quod, summo transenso Pyrenæo supra o-
 pidum, cui *Salientis* nomen impositum, in ipsa terra *Galli-*
lia oriatur. *Gurra* olim *Forum Gallorum*, Antonino inter
 Cæsar.

Ayuntamiento de Madrid

¶ Opidi nomen, cujus alii Scriptores non meminerunt.

Cæsaraugustam & Pyrenæos. *Aierbium*, in cuius solo quondam sterisse creditur *Ebellinum*; Antonino cum alio nominatum. *Vrgella*, *Orgellum* Aimonio; *Opys* forte Ptolemæo, opidum haud procul Sicoris fonte. Fuerunt & alia Opida, sed quæ diruta, quorumque nulla hodie Vestigia. Inter illa non ignobilis *Calagurru Nassica*, alia ab ea, quam in Navarra descripsi. Hanc *Iulia* cognomine decoratam fuisse loquuntur Veteres Nummi: In æreo quodam effigies est Iuvenis Augusti, cum hac Inscriptione *NASSICA*; in averfa facie, Taurus est sculptus, insigne Municipiorum, cum Inscriptionibus, supra quidem Taurum *CALAG.* infra vero *IVLIA*, in alio cum Augusti imagine *AVGVSTVS. MV. CAL. IVLIA*; in averfa parte supra Tauri effigiem, *L. BÆB. PRISCO. C. CRAV. BROG. II VIR*: in tertio cum Augusti effigie *MVN. CAL. IVL.* in averfa facie supra Taurum *II VIR. L. CRAVIO*; infra alterius Duum-viri nomen est vetustate extritum. Posteriores Nummi docent hanc *Calagurrim* Municipii nomen obtinuisse. Cives ejus *Calagurritani* nominantur ab Cæsare i belli Civilis Commentario: eousque Corporis sui Custodes habuisse Augustum notat Suetonius in ejus vita cap. XLIX. *Plinius Nassicos* cognominat.

Iaca vicinum est monasterium *S. Ioannis de pegna*, ubi monumenta Regum *Sobrarvia* visuntur, cuius regni caput fuit *Aynsa*; unde sese diduxit in *Ripagorziā*, & postmodum complexum fuit (inquit *Boterus*) Comitatum *Arragonia*, ita dictum à flu. *Aragone*, quod prope *Iacam* labitur: & limitibus sensim productis in regnum evasit, absorptis regnis *Sobrarvia* & *Ripagorzia*: *Ripagorzia* caput est *Benavare* cum aliquot municipiis, (inter quæ est *Venasque*, & *Rode*) & circiter trecentis sexaginta pagis; & in *Sobrarvia* sexaginta.

Supra obiter significavi, *Arragonum* regnum longe diverso jure jam olim usum, quam cætera *Hispænia* regna, id jam paulo copiosius ex *Hieronymo Blanca* explicabo.

Leges quas Regi ante inaugurationem suam jurejurando primum confirmandas dixerunt.

In pace & justitia regnum regito, nobisque foros meliores irrogato.

E *Mauris* vindicabunda dividuntur, inter *Ricos* homines non modo, sed etiam inter milites ac *Insantiones*; peregrinus autem homo nihil inde capere.

ento de Madrid

Iura dicere Regi nefas esto, nisi adhibito subditorum consilio. Bellum aggredi, pacem inire, inducias agere, remve aliam magni momenti pertractare caveo Rex, praterquam Seniorum annuente consensu.

Ne quid autem damni, detrimentive, Leges aut libertates nostra patiantur, Iudex quidam Medius adesto, ad quem à Rege provocare, si aliquem laferit, injuriasque arcere, si quas forte Reipub. intulerit, jus fasque esto.

Porro medius hic Magistratus, primum Iustitia major, deinde Iustitia Arragonum appellatus est: Cujus hoc munus erat, inter principem & subditos suos judicare. Cumque jam nimia hujus Magistratus autoritas videretur anno CIO CCCCLXVII, in Comitibus Casaraugusta est constitutum; ut quotannis semel Magistratus hic, censorio Septendecim virorum judicio ex quatuor Regni ordinibus confecto, subjaceret. Inquisitionem vocant hunc actum: vulgo Enquesta.

Præterea hujus Magistratus munus est, attentum animum ad legum conservationem tenere; quod si aliqua de legibus ipsis dubitatio accadat, illius partes sunt, mentem legis explicare, cui explanationi omnes tenentur acquiescere. Leges autem Arragonie appellantur Fori; unde Iurisconsulti Hisp. Fororum dubia potest decidere & declarare Iustitia Arragonum, & ejus declarationi est standum, &c. Quinimo Reges Arragonum dubitantes aliquid an possint facere de Foro, consueverunt consulere Iustitiam Arragonum.

Ad eundem pertinet declarare, an litera Domini Regis, vel Primogeniti illius directæ Officialibus, sint contra libertates Regni vel non: & an iis sit obediendum vel non; & utrum virtute illarum debeat procedi vel supersederi. In factis domini Regis est Iudex peculiaris, neque alius quisquam se potest intromittere; habet enim jurisdictionem in ipsum Regem. Idem & officiales omnes judicat & vel capitis pœnam delinquentibus infigit; exemptorum quoque Iudex est, ne impunitas illa delinquendi illecebra sit. In ejus verba certa & usitata Reges, primogeniti, & qui pro Rege munere funguntur, jurare tenentur. Est quoque Iudex competens inter Fiscum & privatum: item eorum qua contra leges facta videntur; quæque ad majores curias deferuntur. Quia autem hic Magistratus libertatis & privilegiorum populi veluti custos est; opera pretium est eas hic ex eodem Blanca recensere. Sunt autem ejusmodi.

1. Ne quis torqueri possit, nisi cui adulterini nummi crimina inferatur.

Ayuntamiento de Madrid

2. Ne

2. Ne vestigalia nova à Regibus imponi possint, nisi detrahius Regni consensu.

3. Ne quis cogatur extra Regnum vadium promittere.

4. Ne quis deducatur ad populos externos comprehensus. Quod si fiat; capitis est pœna constituta.

5. Ne inviti cogamur, ut domus nostræ pateant hospitibus.

6. Ne moveri possit nummus, nisi id prius publica lege statutum sit.

7. Ne Castellum intra Regnum constructum alienigena committatur.

8. Ne cuius Iudici occulte contra aliquem agere liceat criminosè, & ut loquuntur, Ne contra aliquem Processus fiat de Camera.

9. Ne quis possit in privatis custodiis asservari: sed simul ac primum captus quisque sit, ut in publicum carcerem duci debeat.

10. Ne Iustitia Arragoni potestas à Regibus possit impediri.

Denique. Ne cuius unquam fas sit, ipsas violare libertates aut leges; quin imo ut per leges liceat, impune ipsas leges ac libertates defendere, absque eo, quod propterea turpis aliqua, ut passim effertur, resistentiæ nota nomini nostro inuratur.

Verum quia Regii ministri in iracundiam procliviores plerumque esse solent; ut aliqua mora & tarditate eorum ita frangeretur, imperiumque moderari liceret, duo quedam fortissima sunt Arragonum legum omnium & libertatum, quasi defensionis, prasidia. Quorum alterum Iuris firmam; alterum Manifestationem vocant. Iuris firma est, cum de stando & parendo iuri coram ipso Iustitia Arragonum firme & graviter asseveratur, & illius interdicto interposito, fortuna singulorum ab injuria iudicum defenduntur. Iuris autem firmarum plures sunt species, quedam enim sunt quæ vocantur communes, vulgo Bolandera; aliæ casuales: earundem aliæ privilegiatæ; aliæ non privilegiatæ.

Rursus aliæ contra Iudices Ecclesiasticos, aliæ contra Seculares.

Manifestationis simillima vis est, quanquam non tam ad res, quam ad tuendas personas instituta. Ipsius autem manifestationis potestas tam solida ac repentina est, ut homini jam collum in laqueum inserenti subveniat. Illius enim prasidio damnavus, dum per leges licet, quasi experiundi juris gratia, de manibus Iudicum confestim extorquetur, & in carcerem ducitur ad id edificatum, ibidemque asservatur tamdiu, quam diu jure ne, an injuria, quid in ea causa factum fuerit, iudicetur. Propterea Carcer hic vulgo, la Carcel de los manifestados, nuncupatur. A cuius ingressu supremi Iudices omnino prohibentur, ut eorum præcipiti iracundiæ materia subtrahatur. Quod si aliquid contra, ac per leges

leges liceat, factum est, pro irrito habetur & infecto. Si vero nihil decretum fuit contra jus, Manifestationis tollitur interdictum, Regiorumque Iudicum retardata illa excitatur potestas, ut nocentium supplicio scelera & fraudes constringantur.

Magistratus autem hic à Rege mandatur quidem, idque ad vitam; ita tamen ut Rex solus non possit ipsum denuo illo privare; imo ne ipse quidem illo sponte se abdicare. Neque potest de criminibus illius a Rege solo cognosci, sed à Rege & Curia ut loquuntur conjunctim.

Iustitia autem Arragonum per R. M. creatus in principio dicti sui officii & muneris jurat in posse, & manibus Serenissim. D. Regis de bene & legaliter se habendo, & de faciendo ea, ad qua tenetur & obligatus existit.

Quia autem hic Magistratus non potest mandari, nisi militia auctoramento honestatus, (nobilibus enim ut vocant non potest mandari, quia lege regni immunes sunt à gravioribus pœnis, quas si forte mereretur, Magistratum hunc subire oporteret) ii qui fere illiterati sunt: usu jam obtinuit ipsi Locumtenentes dari ab ipsis Regibus; de quibus anno 1528 decretum (nam antiquiora brevitate causa praterco) ut quinque jurisperiti essent.

Hi non solum in muneris ingressu, sed & singulis mensibus iurandum præstant, nihil se contra leges aut libertates facturos.

Habet insuper hic Magistratus sex Notarios, qui aliis minoribus scribis præsunt. Virisque & Locumtenentibus & Notariis hoc privilegium concessum, ut nemo eorum, ne de re minima quidem pecuniaria, coram alio conveniri possit, quam ipsa Iustitia Arragonum.

De Comitibus Arragonum.

In Comitibus Arragonum nisi ad unum omnes assenserint, omnes consentunt dissentire: Comitibus autem à quoquam alio, præterquam ab ipsis Regibus haberi non possunt. Ab iis vero indici tribus potissimum de causis consueverunt; 1. Suppetiarum ferendarum, exigendique (ut vulgo loquuntur) Servicii causa; dum eis magna aliqua premit necessitas, regiumque ararium bellorum sumptibus est exhaustum. 2. in nova cujusque Regis successione: 3. ut pro temporum varietate leges dentur Reipubl. consentaneæ: nam apud Arragones publica lex neque rogari neque abrogari, nisi de Regis ac Regni simul consensu potest. Comitibus hæc dudus quotannis semel Casaraugusta celebrata; mox de biennio in biennium, quocunque loco commodum videretur: sed & hoc

hoc postea mutatum, & inter comitiales quidam magistratus deputati, qui Ordinum faciem præ se ferrent, haberentque publicorum quorundam officiorum, præcipue vero publicæ pecunia, quæ è vectigalibus cogitur, rationem, ac liberum eâ in re recuperatorum iudicium. Hi primum quatuor & fere triennales fuerunt; Dein octo-viri sunt facti, è singulis Regni ordinibus bini, qui Deputati Regni appellantur: quorum fidei totius Regni procuratio est commissæ, statutumque ut ipsi sint Iustitiæ Arragonum custodes & propugnatores. Porro Comititia hæc tribus tantum Ordinibus constabant, Nobilium, equestrium & civicorum sive municipalium; anno demum cIo ccc quartus Ecclesiasticus accessit. Hos quatuor ordines vulgo Los quatro Bracos del Reyno vocant. Evocantur per literas, quas appellant Cartas de Llamamiento. Non possunt autem ultra quadraginta dies differri. Constituta die Reger advocata concione, orationem aliquam habere solent, & in ea Consiliorum suorum rationem fusius explicare. Ea propositio Curiarum appellatur. Huic autem respondetur à Comitialibus per Antistitem aliquem. Deinceps à Iustitiæ Arragonum Comitiale iudicium exercetur, & à Regio procuratore absentes accusantur. & post tertiam accusationem multa absentibus irrogatur. Deinceps quamdiu Regibus ac Regno placet, ex die in diem comitia producuntur. In sedendo autem hic ordo observatur; ut Rex in sublimi solio emineat; ad dextram illius, sit primogenitus illius; ad sinistram Iustitiæ Arragonum: ceteris ordinibus, & eorum singulis sua loca sunt designata. Omnibus autem consentientibus de omnibus rebus propositis, certo die postremus Comitiorum actus celebratur, qui el dia de la celebración del Solio appellatur; quo die Rex, de rebus in Comitibus peractis, novas leges ex communi & publica auctoritate perfert: & de eorum stabilitate fidem suam Omnipot. Deo in Iustitiæ Arragonum certa verba, interposito iurejurando devincit: & mox Iustitiæ, aliique regi ministri ac cuncti ordines in Regis manibus simili religione obligantur.

Ceterum olim in iisdem Comitibus, in Iustitiæ, illiusque Locumtenentes, ceterosque ministros iudicium solebat exerceri. Nunc vero per leges novum iudicium inductum est, quo Iustitiæ illiusque ministri quotannis semel Septendecim-virorum censuram coguntur subire.

De Inquisitoribus Iustitiæ Arragonum, censorioque Septemdecimvirorum Iudicio.

ANNO MDCCCXC quatuor-virale quoddam & intercomitiale munus designatum fuit ex quatuor Regni ordinibus, qui hinc Inquisitores officii Iustitiæ Arragonum dicti fuerunt: qui in Comitibus publicis iudicium de Iustitiæ Arragonum exercebant. Anno demum MDCCCLXVII, in Comitibus Casaraugustanis, amplissima lege, quæ Forum Inquisitionis officii Iustitiæ Arragonum inscribitur, sancitum fuit, ut censorium hoc de Magistratu iudicium mutui exerceatur & Inquisitorum & XVII-virorum officium. Quæ ita ipsis dispersita sunt; ut Inquisitores muniant iudicandi viam; XVII-viri autem sententiam pronuntient. Iam vero Inquisitores hi non publico delicti, ut olim dum inter comitiales erant, sed deputatorum more, sortito quotannis capiuntur. At septemdecimviri sortito quidem, non tantum anni singulis, sed cum eorum opera Respub. indiget. Lege autem sancitum est, ut Inquisitores hi, prioribus decem mensibus Aprilis diebus, cuiuslibet anni, Casaraugustæ in publica deputationis, ut vocant, domo considerentes, amplissimo Comitiorum loco, potestatem sui faciant, ut ab omnibus possint adiri; antiquo autem more comparatum est, ut prima ejusdem mensis die, Inquisitorum jussu, publici pracones maxima voce citent quoscunque, qui se injuste esse à Magistratu laesos arbitrentur, ut apud Inquisitores edant & exponant, ac suam quisque injuriam persequatur; denuntiantes, Inquisitores ipsos singulis diebus definito eo loco, ad omnia, de quibus quisque audiri velit, paratos fore. Quod si nemo adsit, qui intra illos X dies de Magistratus injuria conqueratur, eundem accensandi; tunc omnis aditus est interclusus, nec XVII-viri educuntur eo anno. Si quisquam autem, licet tenuissimus homo, intra dictos dies conqueratur, à Magistratu contra se aliquid inique aut injuriose fuisse decretum, vel non decretum, quod juxta leges decerni debuisset, tunc Inquisitorum potestas in decimum anni sequentis diem prorogatur. Omnes enim hi qui interponuntur dies, & actori ad agendum & reo ad defendendum, definitis intervallis sunt constituti. Id ipsum autem de Magistratu conqueri, vocant denuntiare: petitorisque libellum, denuntiationem. Simulac autem querela instituta fuerit, & legitimis fidejussoribus datis roborata, nulla prorsus consilii mutatio superest; nam et si denuntiator postea jus suum omittat, nihilominus accusati nomen ad XVII-virorum iudicium est deferendum.

dum. Tunc enim Procurator Regni publicus accusator à legibus est constitutus, neque actoris personam ante iudicii exitum per deponere. Accusatus autem non tam de facto, quam de jure facti defensionem arripit. Hic autem jam XVII-viri iudicant, Inquisitores nullam habent suffragii ferendi potestatem; forte in alicujus XVII-viri aut mortui aut suspecti locum sortientur. Habent tamen inquisitores de aliquibus regia jurisdictionis ministris iudicandi potestatem; quos vulgo Sobrejunteros, Lugartenientes, de Sobrejunteros; Porteros, Vergueros, Alguaziles del Rey, &c. Porro XVII-viri illi vigesima Martie & quatuor Regni ordinibus sortito capiuntur, & parem habent potestatem, quam Rex cum Comitibus: eosdem autem educere Deputatis Regni munus est commissum. Sortito educti, ad decem mium Iunii, à Deputatis Casaraugustam vecantur, nec abesse possunt licet sine maxima causa vel culpa; ubi convenerint, fidem suam sancte Deputatu obstringunt, se de singulis causis incorruptum, liberum & occultum suffragium laturos: mox iudicii locum ascendunt; ubi à Notario Inquisitorum omnia ad eos deferuntur, quae ab Inquisitoribus fuerint scriptis consignata. Septendecim autem ita constituti, cessat Inquisitorum munus; ipsi autem per leges non possunt esse Legistae aut Iurisperiti: licet tamen aliquando duos adhibere iurisperitos, quos vocant Asseffores. Non laus hisce XVII-viris quadraginta dierum spatium excedere: Secreta fuerunt suffragia albis, nigrisque calculis, quorum hi condemnationem, illi absolutionem notant. Poenis à XVII-viris constitutis, nullus provocationi locus est. Decretum est autem, ut necque noxa poena par sit, ut in suo vitio quisque plectatur, vii naris, capite: avaritia, multa; honoris cupiditas, ignominia.

De cæteris Magistratibus.

Præterea in singulis civitatibus & oppidis per ipsum Regem Iustitia constituitur, qui de causis habitantium in illis Civitatibus & oppidis, atque eorum terminis, cognoscant & iudicent: in quibusdam autem locis sunt Iudices; in quibusdam Alcaldes.

In singulis item locis Officiales à Rege constituitur; quorum alii Zavallmedinæ, id est Vice-dominum civitatum, dicuntur; alii Batulii; alii Merihni; qui omnes & compulsionem facere, & mandata Regis & sententias iudicum executioni mandare, & poenitentia capere tenentur, secundum juris normam.

Suprajunctarii sunt super junctas constituti; quorum officium est junctas, cum opus fuerit, evocare; & si eas exercitum facere contigerit vel repentinum concursum, appellitum vulgariter appellatum, ipsas junctas vel populum gubernare.

I Æ
à leg
sum po
jure
ri lude
tem;
sum su
risfili
interos
guera
ma Me
m habi
educer
ad de
bess
lem su
ptum
ocum
erant
tende
ntem
men
Non
r: Sen
condem
confir
ut un
vi r
uia.

m Reg
Cron
icent.
aldes.
; qu
ntur;
cere,
re, &
a offic
am fac
ariter
Nob

REGES ARAGONIÆ NVPERI:

Inferendapag.

PETRVS IV. Alphonsi IV ex Tyresia Guilielmi Dantersii F. Jacobi II N. Rex Aragoniæ, ab Ranimiro, quem omnium scriptorum calculi Primum faciunt, Decimus - quartus. Obiit c15 ccc xxvii. Vxor *Leonora*. Petri Siculorum Regis F. ordine tertia.

IOANNES I Rex Aragoniæ xv. Obiit c15 cccxci. Vxor *Violanta* Ducis Ebaris F.

MARTINVS Rex Aragoniæ xvi. Obiit c15 cccc x. Vxor *Maria* Lunæ Comitiss F.

LEONORA nupsit *Ioanni I.* Regi Legionis & Castellæ.

IACOBVS Gerundæ Delphinus, Obiit ante Patrem.

MARTINVS ante Patrem obiit c15 ccccix.

HENRICVS Rex Castellæ.

FERDINANDVS Rex xvii. Obiit c15 cccc xvi.

ALPHONSVS V Rex Aragoniæ xviii.

IOANNES II Rex Aragoniæ xix.

FERDINANDVS V Rex Aragoniæ xx. CATHOLICVS cognomine. Obiit c15 15 xvi. uxor *ISABELLA* Castellæ & Legionis Regina.

IOANNES, post confectas cum *Margareta* Austriaca Maximiliani I Imper. F. nuptias. Obiit *2^{us}*, ante Patrem, c15 cccc xcvi.

ISABELLA *Alphonso IV*, inde *Emanuelis* Lusitaniæ Regibus nupta. Obiit c15 cccc xcvi.

IOANNA Aragoniæ, &c. Regina xxi. Obiit c15 15 lv. Nupsit *Philippo* Austriaco, Burgundiæ Duci, Belgarum Principi.

Aliz Filia

KAROLVS V. IMPER. Rex Aragoniæ xxii, obiit c15 15 lviii. uxor *Isabella* Lusitana.

FERDINANDVS Imper

PHILIPPVS II Rex Aragoniæ xxiii. Obiit c15 15 xcvi. uxor *Anna* Austriaca.

PHILIPPVS III Rex Aragoniæ xxiv. Obiit c15 15 cxxi. uxor *Margareta* Austriaca.

PHILIPPVS IV Rex Aragoniæ

Ayuntamiento de Madrid

Nobilitas Arragonensis.

Apud Arragones olim qualitates & status hominum variis nominibus discerniebantur; nam alii dicebantur *Rici homines*, qui inter optimates genere & nobilitate anteibant, principemque in Republica obtinebant auctoritatem & locum: qui & Barones fuerunt vocati: licet antiquitus etiam Duces & Marchiones & Comites hoc nomine censerentur. Eorum autem quondam tanta dignitas & potestas fuit, ut Regia pene par esset. Duplicesque olim fuere, de natura & de mesnada; quorum illi prosapia antiquitate praecelebant.

Rici homines de natura, quasi majorum gentium patricii apud Historicos celebrantur, *Cornelii, Luna, Azagra, Vrrea, Alagonii, Romei, Focii, Entenza, Lizana.*

Rici homines de Mesnada, quasi minorum gentium patricii, hi commemorantur: *Vergua, Maza, Tramacetii, Atro Silli, Antillonii, Orizii, Atorellia, Ataresii, Tizonii, Caxalii, Santa Cruces, Pardi Costellezvelii, Huerte, Podii, Peralta Vidaurii, Penia Sessessii, Ationessii, Naja, Benaventii, Ayervii, Stada, Galasanzii, Espessii, Alcala, Arrusellia.*

Alter ordo erat Mesnadiorum, iique duplices erant, Equites sive milites, & Infantiones; Equestris autem ordinis viros jam vulgo *Cavalleros*; Infantiones vero *Hyos Dalgo* vocant.

Mesnadiorum familia haec celebrantur ex antiquis monumētis: *Fontova, Pina, Alberii, Gudales, Pomarii, Lirii, Vallimania, Gurtea, Valtorressii, Abaria, Embunii, Azlorii, Toria, Rueda, Vintii, Funesii, Lihorrii, Zapata, Vriesii, Lanuza, Veia.*

Qua autem hi à Regibus assignabantur vectigalia, *Cavalleria* de Mesnada vocabantur.

Ex hisce Reges in supremum ordinem Nobilium quandoque assumebant pro eorum meritis, unde ad distinctionem *Rici homines* de Mesnada dicuntur.

Addantur hic Coronidis loco reges Aragoniae nuperi. De Origine Regni Regumque Aragoniae, Valentiae & Cataloniae, à quibus & quo modo initium habuerint, deque unione eorum, legendi Rodericus Sanctius Historiae Hispanicae Parte I, cap. xiii, Lucius Marineus Siculus lib. viii de Regibus Hispan. & alii. Historiam etiam Aragonum scripsit Frater Gilbertus Monachus Ordinis S. Bernardi; sed quae, si laudes immodicae, quaeque parum ad rem, detrahantur, in exiguum redigi posset opusculum,

CAP. XV.


Catalonia.

Catalonia, vulgo *Catalūna*, Pyrenæis Montibus, & Mediterraneo, Fluminibusque Ibero & Cinga, inter hanc est & Aragoniam, terminatur. Nomen illi impositum putat Volaterranus ab Gothis & Alanis scribendamque esse *Gothalaniam*. Beatus Rhenanus lib. Rer. Germanic. *Cattalaniam* arbitratur appellatam Cattis & Alanis, qui junctim in eam Hispaniæ portum proruperunt. Alii ab Castellanis, antiquis Hispaniæ populis, qui hiæce locis sua habuerunt domicilia, derivatam judicant. Sunt etiam, qui nuncupatam *Cataloniam* tradunt ab Othogero Cathalone; de quo præter alios, Marineus Siculus lib. ix. de Reb. Hispan. & L. Valla de Ferdinando Aragon. Rege lib. i.

Forma triangulari est, extenditurque a Salsis ad Iberiam longa & lata pene iter tridui; Hieron. Paulus in longitudinem ferme centum septuaginta millia porrigi scribit; in latitudinem ubi major, centum triginta: continet quinquaginta & sex partim civitates, partim municipia muris cincta. Civitates sunt Perpinianum, Girona, Vrgel, Vic, Silsona, Lerida, Barcelona, Tortosa, Tarracona: pagorum numerus magnus est. In omnibus quidem circiter sexcenta millia animarum numerantur.

Collocantur hac Hispaniæ Parte ab Veteribus variæ Populi. *Castellani*, Κασιδιανοί Ptolemæo, Ducatum Cardonæ interpretantur Villanovanus & Varrerius. *Indigetani*, Αινδιετῶν Ptolemæo; Ινδιετῶν Stephano, qui & *Indicetani* urbem ibi nominat. *Ilergetes* Livio, & Ptolemæo; Ιλέργετες Polybio lib. iii. *Laletani* Plinio, unde *Laletania* Martialis lib. i, epigr. xxvii; Λαλιετῶν Ptolemæo; Λαλιετῶν Straboni cui & Ελληνεῖς; omnia corrupte pro Λαλιετῶν: his adhaerebant, notante Strabone, Ακρῖοι Λαλιετῶν. *Cempsii* Aimonio; Κεμπῖοι Dionysio & Eustathio. *Cerretani* Plinio, qui eosdem & *Julianos* & *Augustanos* cognominat; Κερρετῶν Ptolemæo; Κερρετῶν Straboni; *Ceretani* Silio; *Ceretes* Avieno; Κερρετῶν Stephano: horum vestigia latere adhuc videntur in *Coimbra*, *Puigcerda*, *Condado de Cerdania*. *Vetteres*, sic enim *Xalander* interpretatur Hispaniæ Tarraconensis populus, qui inter Iberum & Pyrenæos ad Mare, Βιτῆρες Straboni

Montibus, M
o & Cinga
inatur. Non
othis & Ala
Rhenanus il
appellatam
spania post
iquis Hispan
omicilia, des
cuparam Cel
de quo ma
e Reb. Hispan
lib. 1.
sas ad Iberia
in longitudin
in latitudin
inta & sex p
vitate sunt
Barcelona, In
In omnibus
etur.
eteribus
icarum Carth
Indiget, Ar
qui & Ind
emaeo; In
etania Mar
Strabon
his adha
Aimonio; Ne
qui eodem
Ptoleme
vieno; E
dentur in
sic enim
sis popu
Strabon
Hanc



BARCELONA.



Ayuntamiento de Madrid

Isaac
90; ac
lib. 1;
Asylia
ad Py
tola u
nanfes
hoc le
Me
rimar
redol
lapid
Gami
filius
le, à
mibal
Jacin
venti
ment
Isti
fol. c
VII c
COI
FAV
Lau
ker.
Fuit
ture
tiar
am
umb
Lal
Sim
tūq
guit
cent
B
fru
ga
mer
ex
Ila

Isaacus Casaubonus mallet Antonini *Secerras*. *Ligyes*, *Ad-*
ad Sicanim fluvium Thucydidi lib. vi, & Halicarnas.
 lib. i; sorte qui Avieno *Ligures*. *Ausetani* Livio & Plinio;
Asylari Ptolemæo. *Larnenses* Plinio ad Larnum fluvium
 ad Pyrenæi radices. *Isagabres* Ptolemæo, apud quos Der-
 tosa urbs; Livio *Ilercaonenses*, & Cæsari fortean *Ilurgavo-*
nenses: *Μαργαρίτων* item *Πισδίων*, *Fenicularium Campum*, ponit
 hoc loco Strabo.

Metropolin habet hodie *Barcelonam*, Urbem pulcher-
 rimam, quæ in Maris Mediterranei littore sita meram
 redolet Antiquitatem, complures servans rei probandæ
 lapides vetustos. Conditor ejus fertur à plerisque Hi-
 spaniarum Inlustratoribus Amilcar Barcha cognomine,
 filius Annibalis Karthaginiensium Ducis; qui, victa clas-
 se, à Militibus in crucem fuit sublatus; pater autem An-
 nibalis, Magni istius Imperatoris: *Βαρκελών* Ptolemæo;
Barcinus Paullino in Epistolis; *Barcelona* Iornandi: Fa-
 rentia etiam quondam, teste Plinio. *Reip. Barcinonensis*
mentio in Lapide, qui ibidem visitur pro æde Divorum
 Iusti & Pastoris. Extat inter Smerianas Inscriptiones
 fol. clvii, numero 11. Antonius Augustinus Dialogo
 vii de Nummis Antiquis Numisma Galbæ habet, in quo
 COL. F. I. A. BARG. quæ interpretatur COLONIA
 PAVENTIA IVLIA AVGVSTA BARCINO.
 Laudat hanc Urbem multis verbis Marineus Siculus
 Her. Hisp. lib. xiii, qui & Situm ejus describit lib. xv.
 Fuit olim multo minor, quam hodie conspicitur, ab Lit-
 tore Maris uno fere stadio remota. Habebat Portas qua-
 tuor; quæ totidem Mundi plagas spectabant, æquo fere
 omnes spatio inter se distantes, quæ adhuc in ipso pene
 umbilico Urbis visuntur; cælata gerentes Capita Bubu-
 laltæ Pacis, ut nonnulli volunt, & quietæ Agricultræ
 Symbola. Lapsu temporis bis prævalidis Muris super-
 biusque Turribus est cincta, inque tantam paullatim ma-
 gnificentiam excrevit, ut multo merito Caput hodie
 censeatur Cataloniae.

Barcino, hodie Barcelona sita in agro Laetano, loco campe-
 stri (Nonium audis) multis hinc inde villis conspicua; muro cin-
 gunt ex laterculo celsi, quem turrez opportunis locis dispositæ
 custodiunt; fossam habet latam & profundam. Domus sunt
 ex vivo saxo constructæ, quas hororum amœnitas egregie ornat.
 Latam habet latas & apertas, quod in Hispania rarum, cloaca-

rum beneficio mundas, Mercimoniis imprimi floret & opij
industria vini, leguminum & hortensium fructuum ferax;
menti oleique indiga, sed defectum hunc vicini abunde suppli-
Inter geminos amnes sita est, qui sub incolarum pene oculis
se infundunt. Ab Oriente Betullus Mela, hodie Besons, ab
dente Rubricatum. Non procul ab urbe mons se attollit præ-
altus, vulgo Monyui, inexhausta & perennis lapicidina, ubi
colis frequentissima est & opulentissima, nam in urbe optima-
tra confluunt; pilei, cultellique conficiuntur. Hieronymus Pab-
qui peculiarem commentarium de hac urbe scripsit; Am-
illius circiter xxv stadiorum esse scribit Neapoli magnitudi-
mulam, sed frequentia civium & advenarum inferiorem. ta-
num mare hodie illi infestum.

De Barcinonis Comitibus, eorumque origine con-
lendi Rodericus Toletanus lib. vi de Rebus Hispani-
cap. 111, & L. Marineus Sículus lib. ix. Prope Barci-
nem locus, qui dicitur S. Locat, ubi olim Cestrum; in
Ambrosius Moralis, fuisse perhibetur Octavianum. Se-
quuntur hanc Tarraco; Ταρρακὼν Ptolemæo & Straboni
Tarragona hodie; Colonia Tarraconensis apud Tacitum lib. i
Annal. Lego & in antiquo Lapide, COL. L. V. TAR-
RAC. fortean, COLONIA IULIA VICTRI-
TARRACO. Opus existimatur Scipionum. Vrbis o-
lim tam celebris, ut potiori Hispaniæ parti nomen dede-
rit. Maritimarum opulentissima Melæ lib. 11. De ea
Strabo lib. 111: Πρώτη Ταρρακὼν πόλις, ἑλόμεναι μὲν, ἐν ἰστανίᾳ
ἰδρυμένη, καὶ καλισκουασμένη τοῖς ἄλλοις ἰκανῶς καὶ ἔχον ἥττον ἰστανίαν
τῆς Καρχηδόνος. Πλεονεξία τὰς τῶν ἡμετέρων, ἐπιδημίας εὐφυῶς ἔχον
ἔστιν ὡς περὶ μητρόπολιν ἢ τῆς ἑλῆς Ἰστανίας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ἑλῆς τῆς τῶν
λῆς. Sic Silius lib. 111 de bello Pœnico:

Dat Tarraco Pubem

Vitifera. & Latitantum cessura Lyco.

Multa hic Antiquitatum vestigia; innumeri quotidie
periuntur Nummi in Agris & Vinetis; unde conjice-
licet olim multo fuisse majorem. Tarracone Templum
Augusto fuit conditum Principatu Tiberii, scribente Ta-
cito lib. i Annal. Mansit illud ad ævum usque Hadria-
ni, qui conlapsum restauravit. Spartianus in ejus vita
Laudat & Nummum æreum Augusti Imperatoris Albe-
namus Ortelius: in cujus averfa parte Templum erat
cum Inscriptione ÆTERNITATIS AVGVSTÆ
& litteris singularibus C. V. T. T. COLONIA
VICTRIÆ

VICTRIX, TOGATA (vel TYRRHENICA)
TARRACO. *Vigua, Vicque* vulgo, vel *Vich*; *Αῖττα* Ptole-
mæo, *Authetanorum* Vrbs. *Girona, Gerunda* Plinio & An-
tonino; *Γερουνδα* Ptolemæo: *Gerundenses* etiam Plinio noti,
Sic Inscriptio Tarraconensis:

C. MARIO. C. FIL
PAL. VERO
GERVNDENS
OMNIBVS. HONORIB
IN RE. P. SVA. FVNCTO
FLAMINI. PROV. HISP
CITER. P. H. C.

Tortosa, quæ *Διπλοσσα* Ptolemæo; *Dertosa* Vetus Lapi-
di, qui ibi exstat; *Derdosa* Antonino, *Δέρτοσσα* Straboni.
Dertofani (sic enim legendum) Populi sunt apud Plinium.
Dertosa Ilerca *avenia* cognominatur à Populis, quorum hæc
Vrbs erat Caput, in Nummo Tiberii Imperatoris: T. I.
CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS; & in aver-
sa parte infra navis carinam, DERT. I LERGAONIA.
Sic enim ejus ita paucis notat Strabo lib. III: ἐπ' αὐτῇ δὲ τῇ
ἐκείνῃ τῇ ἱερῇ Δέρτοσσᾳ καὶ οἰκίᾳ. *Lerida*, quæ Ptolemæo,
Stephano & aliis Ἰλκεδῶν, *Ilergetum* Vrbs. De ea Strabo:
Ἰλκεδῶν τὴν μὲν ἱερῶν, ὡς ἐπὶ δούτιν ἰστέν ἑκατέρῃ ἐχρονέσθαι;
ταύτῃ δὲ πρὸς νότον παρὶ νότον, πρὸς ἄρκτον δὲ ὁ ἰσκάς παντοκροσίως τετρα-
πασθῆναι. Situs ita delineatur ab Lucano lib. IV belli
Pharsalici:

Colle tumet modico, lenique excrevit in altum
Pingue solum tumulo: super hunc fundata vetusta
Surgit Ilerda manu; placidus prælabitur undis
Hesperios inter Sicoris non ultimus amnes:
Saxeus ingenti quem pons amplectitur arcu,
Hibernas passurus aquas:

& quæ alia ibi de devictis ad Ilerdam ab C. Cæsare Cn.
Pompei Legatis, M. Petreio & L. Afranio: qua de re ple-
ne Cæsar lib. I Belli Civilis, qui etiam opidum in Monte
positum notat, Pontis item faciens mentionem. Acade-
miam habet celebrem & insignis antiquitatis, quam Ho-
ratius putatur intellexisse lib. I, Epist. ult.

Aut fugies Vricam aut unctus mitteris Ilerdam.

Hic Calixtus III P. M. publice Iurisprudentiam doc-
uit teste Platina. *Emporia* SHIO lib. III, *Emporia* Polybio
lib. III,

lib. III, & Ptolemæo; Εμπορίου Stephano; *Empurias* vulgo. Emporienses prius Insulam oppositam habitasse, quæ *Παλαιόπολις*, dicebatur, & Emporium Massiliensibus fuisse conditum auctor est Strabo. *Empurias Phocaicas* cognominat Silius libro, qui à me laudatur Blanda Pomponio; *Βλάνδια* Ptolemæo; *Elanes* vulgo, ut sunt Beuterus, Florianus & Navagierus *Manresa*, qui Florianus, ut antea dixi, *Athanagiam* ab Livio vocat censet. *Rosa*, *Roses* vulgo; *Rhoda* Livio; *ῥόδη* Stephanus *ῥοδόπη* Straboni; *ῥοδίπολις* Ptolemæo, apud quem Casarba nus *ῥόδη πόλις* legit, divisim. *Colibra*, *Κολίβρις* Ptolemæo; *Coliberi* Livio & Plinio; *Κολίβρις* Straboni; *Eliberri* Pomponio, Vicus magnæ quondam Urbis & tenue magnæ opum, addenti, vestigium; *Cliberra* Tabulæ Peutingerianæ, in quis emendandum *Eliberri*, nisi quis velit hodie nam appellationem in Tabulis expressam, ut etiam Theodosii principatu *Colibra* fuerit nominata. Alii tamen *Iliberim* non *Colibram*, sed aliud opidum volunt; *Salsula* Poldus; *Eunam*, Petrus Olivarius; *Illam*, Mercator. Prope *Salsas* sane sub Pyrenæis montibus fuerunt, quarum nominerunt Pomponius Mela & Antoninus. *Salsula* lacus prope Narbonem Galliæ. Is est, quem Strabo juxta *Ruscinonem* locat paullum supra mare, *Salinis* nobilem & *Κεφύρις ὀρυκτὴς* habentem, Mugiles fossiles; cujus rei *Ælian* nus ex Polybio facit mentionem. Fuit &, ubi nunc *Catalonia*, quondam *Iulia Libyca*, cujus rudera putantur esse haud procul Linca opido. Item apud Pyrenæos *Cemua* Antonino, corrupte *Cemuama* Tabulæ Peutingerianæ; *Deciana*, *Δεκίαννα* Ptolemæo, *Declana* eidem Tabulæ mendose, Hispaniæ sub Catalonia ad censerit Terram *Ruscinonem* in Pyrenæis montibus, disputat varie Io. Gerundus lib. I Paralipom. Hispaniæ: sic dictam ab opido, quod Plinio *Ruscino*, Straboni *Ρουσινών*; Ptolemæo *Ρουσιν*; *Ρουσιν* Avieno. Urbis vestigia existant haud procul opido Perpigniano juxta Turrim, quæ nomen ejus retinet. Vocant enim *Turrim Ruscilonis*.

Concluditur hic Comitatus inter duo Pyrenæi veluti brachia, quorum unum ad *Salsas*, alterum ad *Iliberim* tendit, hodie *Catalibre*, defuncto Gerardo Comite *Ruscinonensi* absque herede anno M C L X V I I I, ad *Alfonsum IX Arragoniæ* Regem devolutus est. Sed *Ioannes II Arag. Rex*, *arariuinopia* compulso, *Ludovico XI Gallor. Reg.* trecentis aureorum millibus hunc Comitatum

namque oppignoravit: quem Carolus VIII anno c15 cccc
xci v; Ferdinando Regi restituit non alia condicione (ut scri-
bit Boterus) quam ne illi in Regno Neapolitano subjugando, im-
pedimento esset. Sed Mariana lib. xxvi, hoc quoque fœderis
tabuli perscriptum ait: ne Ferdinandus R. filias cuiquam prin-
cipi iungeret, nisi ex Gallia Regis voluntate.

De Iunquera, quæ olim Iuncaria, dixi cap. III.

Catalaunia duo habet munimenta contra Franciam, Perpinia-
nam & Salsas de quibus supra. Est & tertium ad oram maris,
nec inutile (inquit Boterus) Peniscola dictum, in scopulo py-
ramydali situm & pene undique mari cinctum, Benedicti XIII.
latibulo nobile, cum Romana Ecclesia schismate laboraret sub Si-
gismundo Imperatore.

Denique in Catalaunia, secundum Boterum, sunt Ducatus u-
nus; nimirum Cardona; tres Marchionatus, undecim Comitatus,
multa Baronia & Dominia cum mero & mixto imperio: longe
sætem populosior esset, nisi nimis amor libertatis, animos ipsa
tolleret, quo sit ut agriculturam & pecuariam atque adeo me-
chanicas artes viles ducant, unde non frustra creditur, in hac pro-
vincia supra centum millia Gallorum aut Gallica originis ha-
bitare.

Inruentibus sub Honorio & Theodosto in Hispania barbaris,
castaque & diruta à Vandalis ejus tractus insigniore urbe Tarra-
cone; succrevit habitatoribus Barcino; paruit posthac Gotica gen-
ti & Alanis, ut reliqua Hispania. Gothicam deinde gentem post
ducentos annos in mores latinos pæne transformata, sed diutur-
na pace præseque, plurimoque luxu & variis & flagitiosis eti-
am libidinibus enervatam evertere Sarraceni & Maurorum
permisum genus. Recepta deinde sub Carolo & Ludovico Au-
gusto Barcino, à principibus gubernari cœpit, qui Comites appella-
ti sunt; junctis denique Arragonensium & Catalaunorum impe-
riis, sub Innocentio II conspicua cepit incrementa; capti præser-
tim Balearibus, pulsique è præculta agro Valentia Afris; quo tem-
pore mercatura pariter & militia dedita Barcino, brevique ho-
stium spoliis & commerciorum lucris amplificata, inter primas
Hispania iterum & celebriores Europa connumerari cœpit; con-
tinuata usque ad nostra tempora gloria.

Iter (ut hoc Coronidis instar, tribus, quæ præcedunt,
Capitibus adjiciam) quod Vapineo (opidum illud est Del-
phinatus in Galliis, quod hodie Gap) describit Antoni-
nus, vel quicumque Itinerarii vulgati est auctor, ad Le-
gonem VII Germinam, continet præcipua Cataloniæ, Ara-
goniæ,

goniæ, Navarrae, Castellæ Veteris & Legionis loca, initium usque Galleciæ. Non potui, quin illud Locus proponerem; facta commissione non solum cum iis, qui ad idem iter exstant in Tabula Peutingeriana (publicè nuper juris facta, beneficio Magni Viri, Marci Vellesii Patricii & VII-VIRI Augustani) verum etiam cum hodiernis Urbium Opidorumque, quantum in re tam antiquo nostro remota fieri potest, nomenclaturis. Vnde prius, ut semel Numerorum ratio recte intelligatur, mentionem duxi. In Antonini Itinerario Numerus aliqui Urbi vel opido subjectus, tantum notat spacium vel passuum esse millia inter Stationem cui subijcitur, præcedentem. In Tabula Peutingeriana secus se habet. Quum enim pleraque Itinera producantur (unde inde satis imperite & confuse, Nominibusque & Numeris sæpe vitiosissimis) ab Occasu in Ortum; nonnulla etiam, si cum Antonino sit Comparatio instituenda, ab Occasu in Occasum: illud fere animadverti & didici; si ab Occasu in Ortum Itineris collectio sit facienda, Numerum loco subjectum indicare spacium inter eum, cui subijcitur & sequentem; ideoque in Auferendi casu pleraque esse expressa: sin ab Ortu in Occasum, Numerum inter duo Loca positum eorundem edere intervallum. Iter quod dixi, sic se habet:

ANTONINI ITINERARIUM. TABULA PEUTINGERIA. HODIERNA NOMENCLATURA.

Inde (Papium designat)	Papium, XVII	Gap, Delphinatus Opidum, Episcopatus civitate clusum,
trans Alpes Cottias)	Numeri huius Tabulæ præcedentes congruunt cum sequentibus Itinerarii Antonini: ut, dicis gratia	
ad Galediam, ad Legionem VII Geminam m. p. lxxxxxv.	subjectus hic Papium; Idem designatur cum eo, qui apud Antoninum postscriptus Alamanum, & sic de aliis.	
Alamanum, m. p. XVII	Alavante, XVI	Nominis vestigia videtur esse in opido, quod ad Duranum ripam dexteram Talaris vulgo.
Alii Codices Alapuntum habent; alii Alabuntum, quidam Alaboram.	Si hodie Talaris, certe Tabula propius abesse videtur ab genuinis scriptura.	
	Alavante, XVI	
	Vistula repetitio.	

ANTON. ITIN.

TAB. PEVT.

HOD. NOM.

<i>Segusianens</i> , m.p. xvi	<i>Segusierone</i> , xiv	<i>Cisteron</i> . Episcopalis Civitas, quo loco <i>Bulha</i> & <i>Sassa</i> Durancio commiscuntur in Provincia.
<i>Leg. Segusieronem</i> , vel <i>Seculitronem</i> , ut & alibi Auctor nominat.	In Notitia Provinciarum <i>Segusiorum</i> Civitas.	
<i>Alaunum</i> , m.p. xxiv	<i>Alaunio</i> , xvi	<i>Librellane</i> ad confluentem cum Durancio <i>Larquinum</i> fluvium.
	<i>Catvicia</i> , xii	<i>Gignat</i> , nisi fallor.
	Forte <i>Gagica</i> .	
<i>Apta Julia</i> , m.p. xxviii	<i>Apta Julia</i> , vii	<i>Apt</i> . Verbs Episc. Provincie.
	<i>Ad fines</i> , xii	<i>La cosse</i> . Finis hic hodie versus Occidentem Provincie.
<i>Carvillone</i> , m.p. xxi	<i>Carvilline</i> , xii	<i>Carvillone</i> in Insula Durancii fluvii.
<i>Arles</i> , m.p. xxx	<i>Arles</i> , viii	<i>Arles</i> Archiepiscopalis Civitas.
	<i>Verno</i> , xv	<i>Vover</i> .
<i>Nemuso</i> , m.p. xix	<i>Nemuso</i> , xv	<i>Nismes</i> .
<i>Ambrusium</i> , m.p. xv	<i>Ambrusium</i> , xx	<i>Sambres</i> haud procul <i>A-gatha</i> .
<i>Serratione</i> , m.p. xv	<i>Serratione</i> , inemendate, xv	<i>Sacis</i> , aut aliud prope Montem Pessulanum.
<i>Foro Domitii</i> , m.p. xv	<i>Foro Domitii</i> , xviii	<i>Gizeas</i> , aut circiter.
<i>Araxio</i> sive <i>Ceserone</i> , m.p. xviii	<i>Cesse Rone</i> , Reponendum unica voce, <i>Cessierone</i> , xii	<i>S. Hubert</i> ad <i>Farcum</i> fluvium vulgo <i>Saint Tubernus</i> .
<i>Ptol. Korigen</i> : <i>Flin.</i> <i>Leiro</i> , m.p. xxi	<i>Betrus</i> , xxi	<i>Refiers</i> , ad <i>Orbem</i> fluvium.
<i>Staboni</i> <i>Beltriges</i> <i>ptol.</i> : <i>Ptolemæo</i> , <i>Bail</i> <i>en</i> .		
<i>Narbonum</i> , m.p. xvi	<i>Narbona</i> , vi	<i>Narbona</i> Archiep. urbs,
<i>Uxellum</i> , m.p. xxx	<i>Rustione</i> . Leg. <i>Ruseino</i> <i>ne</i> , vii	<i>Salses</i> ad <i>Pyreneos</i> .
	<i>Illibere</i> , xii
<i>Ad Stabulum</i> , m.p. xlviii	<i>Ad Centenarium</i> , v
<i>Ad Pyrenæum</i> , m.p. xvi	<i>In Summo Pyrenæo</i> , iv
	<i>Detlana</i> , xv	<i>Inquityre</i> .
<i>Lucania</i> , p.m. xvi	<i>Lucania</i> , xii	<i>Gironde</i> , urbs Episc. ad <i>Tarderan</i> fluvium, qui quondam <i>Sambroca</i> .
<i>Gervasio</i> , m.p. xxvii	<i>Gervasia</i> , xii	

Deficit hic Tabula Peutingeriana.

ANTON. ITINER.

VVLG. NOMENC.

Barcelone, m.p. lvi
Barcelonæ *Novum*, m.p. l. . . i.
Torrevent, m.p. xxiv

Barcelone,
 . . . haud procul opid. quod
 vulgo *Garras*
Barcelonæ.

Ayuntamiento de Madrid

ANTON. ITINER.

<i>Ilerdam,</i>	m.p. lxii
<i>Toloum,</i>	m.p. xxxii
<i>Pertinsam,</i>	m.p. xvi
<i>Oscam,</i>	m.p. xix
<i>Casaraugustam,</i>	m.p. xlv
<i>Cascanum,</i>	m.p. l
<i>Calagurrim,</i>	m.p. xlix
<i>Varian,</i>	m.p. xvi
<i>Tiunim,</i>	m.p. xvi
<i>Olbian,</i>	m.p. xviii
<i>Segesamuntum,</i>	m.p. vii
<i>Pirovescan,</i>	m.p. xi
<i>Segesamonem,</i>	m.p. xlv
<i>Lacobrigam,</i>	m.p. xxx
<i>Canalari,</i>	m.p. xlii
<i>Lanciam,</i>	m.p. xlix
<i>Ad Legionem vii</i>	<i>Geminam,</i>
<i>m.p. ix</i>	

VVLG. NOMEN

<i>Leida.</i>
<i>Monçon.</i>
Nomen opidum relictum bitur ad <i>Casabri</i> fluvium
<i>Hasca.</i>
<i>Carragoça.</i>
<i>Cascanie.</i>
<i>Calahorra.</i>
Vicus hodie <i>Varca</i> juxta <i>Legio-</i> <i>niam.</i>
Vicus <i>Tiunio</i> juxta <i>Hajam</i> & <i>ben.</i>
.....
<i>Segura.</i>
<i>Hirbieca</i> in <i>Rioxa</i> regione.
.....
.....
.....
.....
<i>Leon.</i>

CAP. XVI.

Galecia.

Galeciæ (quæ & *Galicia* vel *Gallacia* scribitur, cuius
nomen ab Antiquis populis *Callaici*) ad Septem-
trionem & Occidentem Oceanus est; ad Meridiem
Portugallia, interfluente Durio; ad Ortum Asturia.
Huic Regioni, quum sexta quondam fuerit Hispaniæ
Provincia, ut supra dixi, majores olim, quam hodie fue-
runt fines. Adcensebatur illi versus Meridiem pars illius
Portugallia, quæ inter Durium & Minium fluvios, con-
sulendus Strabo lib. III: versus ortum multo longius
se extendebat ad Pyrenæos fere Montes; *Asturiæ* &
Cantabriæ Galeciæ connumeratis. Antonini Itinerarium
Legionem vii (hodie *Leon*) in Galecia ponit. Scotus et-
iam, Notitiæ Provinciarum auctor, in eadem Provincia
Præfectum Legionis vii *Geminæ* constituit. Quin & Paulus
Orosius *Numantiam*, celebrem olim Pelendonum Re-
gionis Urbem, in capite Galeciæ sitam scribit. Rodericus
denique Santius Parte I Historiæ Hispanicæ, cap.
vi, Galeciæ tribuit *Biscaiam*, *Lepuscuam* vel *Guipuscuam*.
Hæc partes, quas hodie *Castellam Antiquam* vocamus; *Ga-*
lecia, quod ab montibus namis sit aspera, Aquisque carens
rarem

I Æ
ENC


iniret
fluvii

juxta

Tajata

regio

r, cuique
Septem
ad Mer
in Astur
Hispani
odie, f
pars ill
ios; con
longius
Turris
nerarium
otus et
Provincia
e Paul
num Re
Roder
icæ, ca
uscam
mus: Ga
e carea
raremu



ter habitat. Equis adeo abundat, ut Vento con-
dicantur: qua de re antea dixi. Plinius hic locat
Auri ditissimas. Niger scribit in Artabris Am-
Terram Auro, Argento, Stanno mistam ferre; Solum
Auri, Æris ac Plumbi uberrimum esse, adeo ut au-
glebæ sæpe aratro excendantur. Montes magnam
eorum copiam Navibus ædificandis suppeditant.
Subus Galecia supra modum abundat. Salmonibus
cipue, Congris, ejusque generis, quos vulgo *Pescadas*
pellant; aliis item multis lautissimis, qui sale conditi
mas in Hispaniæ partes distrahuntur. Novembri De-
cembrique mensibus infinita Piscium, quos vulgus *Besús*
nominat, vis capitur, duarum aut circiter librarum:
nam adstringens frigus, ut facile ferventur: saporis sunt
ratissimi; gratioris tamen qui in Oceano, quam qui in
Mediterraneo mari capiuntur. Algor enim Oceani Pi-
ces impinguat; ideoque quo propiores sunt Septem-
trionibus, eo solent esse meliores. Porissima hujus Re-
gionis Incolarum pars in Montibus degit; in quibus Do-
milia satis commoda passim visuntur exstructa.

Floruerunt hic olim Triginta, ut Strabo refert, Popu-
lorum præcipui nominantur *Callæci* multis & *Gallæci*;
Ptolemæo & Straboni; *Gallegii* Eutropio. *Kallaikoi*
hic ponit Strabo lib. 111; *Gallaciam* Iustinus lib.
211. *Calaicum Oceanum* facit hinc Martialis. De *Callai-*
corum origine & nomine (quidam enim ab *Gulatu* Græ-
corum populis; nonnulli ab *Galathe* Herculis filio dirivant)
videat Lector, si orium, Io. Gerundensem Episcopum
Malipomen. Hispaniæ lib. 11, Rodericum Toletanum
lib. x de Rebus Hispaniæ cap. 1v, & alios. De *Callaïcis*,
inter alia, sic scribit Strabo lib. 111: *Καλλαικοὶ δ' ὕδατοι τῆς*
ἐπὶ τῆς ἰσπανίας πολλῆν, διὸ καὶ δυσμυχέστοι ὄντες, τῶν τε καὶ ἐμπολιμήτων
ἐπὶ δυσταλῆς αἰσὶ παρὰ τὸν τὴν ἐπινομήσαν. Verum illud. Cogno-
men enim *Callaici* habuit D. Iunius Brutus c o s. anno ab
c. 10 c x v i i, Callaicorum & Lusitanorum ad O-
ceanum usque Domitor: quo tempore, quum Exercitus
Fluvium mali ominis Oblivionem, de quo alibi, transire
nollet, ereptum Signifero signum ipse transportavit, mi-
litescque, ut sequerentur; animosq; stratagemate incita-
vit. Legendus Livius lib. 1v, & sequenti. Ab hoc Bru-
to Templum Romæ in 1x, vrbis Regione, *Bruti Callaici*;
cujus

cujus meminerunt Victor & Plinius lib. nat. hist. xxxv cap. v, qui notat in eo fuisse Colossus Martis & stratus Veneris Gnidia nudæ Callaicos nihil de Diis sensisse, qui scribunt apud Strabonem. De iisdem & Sili lib. III:

*Fibrarum & Penna, Divinarumque sagacem
Flammarum, misit dives Gallecia pubem:
Barbara nunc pat: iis ululantem carmina linguis,
Nunc pedis alterno percussa verbere terra
Ad numerum resonans gaudentem plaudere Cetræ:
Hac requies, ludusque viris, ea sacra voluptas:
Cetera scæmineus peragit labor: addere sulco
Semina, & impresso Tellurem vertere aratro;
Segne Viris, quidquid duro sine Marte gerendum est,
Callaici conjux obit irrequieta Mariti.*

Amphilochi, quos Galleciæ portionem facit Iustinus lib. XLIII. *Cilini* vel *Cileni*, ut in aliis Exemplaribus scribuntur; Plinio; Κιλινι Ptolemæo. *Celtici* Pomponio Melæ, circa Celticum Promontorium; Κελτικινι Ptolemæo; Κατα Straboni: eorum alteros *Nerias*, alteros *Prasammarcos* cognominat Plinius; vocibus Germanicis, quarum illa inferiores Celticos notat, hæc admarinos & Oceano adcolas: habitarunt enim olim longe lateque loca illa Germani *Tamarici* ad *Tamarin* fluvium, qui τάρμα Ptolemæo; hodieque *Tamar. Capo-i* Plinio; Καποιοι Ptolemæo. *Arotreba* Plinio; Αροτρεβα & Αροτρεβας Straboni ad Artabrum Promontorium. *Lucentes* Plinio, Καλλυκτινος Λαυκιντινος Ptolemæo; ab his hodieque *Lugo* ad Minium amnem. *Zeela* Plinio, qui & *Zeelici Lini* facit mentionem. Alios aliis indagandos, suisque & certis locis sistendos relinquo.

Metropolis Galeciæ *Compostella*: ubi Corpus D. Iacobi religiose dicitur, à quo ipsa Vrbs, nonnullam etiam ab Academia sua celebritatem habens, hodie *Santiago: Brigantium* olim, uti censent Franciscus Tarapha, Ambrosius Moralis & Villanovanus. *Brigantium* autem dicitur Antonino; Dioni Βεργάντιον; *Brigantia* Orosio, qui ibi Pharum altissimam exstare addit: Ptolemæus cognomen addit, φλαουδιον Βεργάντιον. *Flavium* tamen *Brigantium* Beutero, Coquo & Io. Marianæ Betancos est; Floriano & Gomecio *Coruna. Compostellam* autem Io. Gerundensis Hisp. lib. I, dictam scribit, tamquam *Compotem Stellam*: sic enim appellatam fuisse *Hesperum*, Regionibus illis salubrem.

Ego hoc in medio relinquo. Exstat Salmanticæ in Bibliotheca Collegii S. Salvatoris Historia Compostellana, in duos libros digesta jussu Didaci primi Archiepiscopi Compostellani: in quibus Primordia, Successus, Incrementa Ecclesiæ Compostellanæ late describuntur. Consulendus & L. Marinus Siculus de Rebus Hispaniæ lib. v, cap. de Sacris Ædibus & Locis in Hispania religiosis, miraculisque celebratis. Minorum gentium sunt *Orensium* ad Minium fluvium urbs; *id est* *Σίγαν* Ptolemæo, ut putat Gomecius in vita Francisci Ximenii; adiens eam ab Suevis Germaniæ populis, qui quondam hanc oram sibi subjugarunt, proprio idiomate *Warense* appellatam. Ortelius scribendum monet *Warmsee*, quod nihil aliud, quam *Calidus Lacus*; *Aqua Cilina* dicuntur Antonino, ab *Cilinis* populis, credo.

Orens urbs (inquit Nonius) sita ad amnis *Miny* ripas, atque non amœno solum sed & felici, sapidissimis undique fructibus egregie ornatur, præter generosi & nobilissimi vini copiam; cathedralis habet templum. Sed præcipue urbem nobilitant, non uno la o erumpentes calidi & salubres fontes, quorum nonnulli ita moderati sunt caloris, ut corpus innoxie illum queat perferre: alii vero tam intenso fervent, ut tactus calorem aspernetur, & ova in illis facile coqui possint.

Lucus Latinis id in Galecia opidum, quod *Lugo* hodie dicitur; *Λύγος* Ptolemæo; *Turris Augusti* Pomponio; *Ara Sextiana* Plinio; *Ἐγίου* etiam *Βουρί*, *Ara Sestii*, Promontorium Ptolemæo ad Oceanum Cantabricum in Artabris. *Pons Vetus*, *Ponte Vedra*; *Ἐλκεν* Straboni, ut putat Io. Mariana. *Ribadeum*, vulgo *Ribadeo*; *Δουλιβιον* Cilinorum gentis Ptolemæo, ut vult Coquus. *Arzua*, *Araduca* Ptolemæo, judice Moletio; Florianus tamen opinatur esse *Araducam* opidum illud, quod hodie *Gummarex*. Fuit ibidem & *Ἰεῖς* *Ῥαυδία* Ptolemæo; quæ *Padron* (Patronium Peregrinantibus notissimum) Clusio videtur & Morali (cui & alibi *Fuente encalada*) quibusdam, inter quos L. Marinus libro III. *Sancta Maria in finibus Terra*. Commemorat reliqua Opida idem L. Marinus Siculus initio libri tertii.

Cetera municipia aut ad oram maris sita sunt; ut *Bajona*, *Vigo*, *Pontevedra* bis mille quingentos focos numerans, *Padro*, *Noja*, *Muros*, *Cea*, *Finisterra*, *Mongia*, *Coruna*, *Pontedeume* hortus *Galacia*, *Ferrol*, *S. Maria*, *Briveo*, *Ribadeo* aut ut ripas fluminum

ut Sarria, Betancos Rivadavia, Monterej; Viana.

Coronæ (inquit Thuanus) duplex oppidum est, alterius perius in declivi montis positum, arce & manibus firmatum, inferius (Pescariam vulgo vocant) ab ima parte manibus cingitur, à cæteris partibus mari peninsula specie alluitur. Portus habet magna cuiusvis classis capacem. Non procul ab hoc oppo præstantissimi jaspide sunt fodina.

Marineus ad Durii ripam commemorat Taurum civitatem in alto loco planoque sitam; & rubeo vino, frugibus & arborum fructibus abundantem.

Oppida Galacia maritima hoc ordine jacent: Avila à quo oppidulo ad Luarcam sex numerantur milliaria; à Luarca ad Ribadeo decem: à Ribadeo ad Vivero; à Vivero ad oppidum S. Marci unum; ab oppido S. Marci ad promontorium Ortega sex, pone quod castellum visitur: ab hoc promontorio ad Sedeira quatuor; à Sedeira ad Ferrol sex: à Ferrol ad Coronnam tria: à Coronna ad Insulam Cysargam sex: à Cysarga ad Queres duo: à Cysarga itidem ad promontorium Bellem novem aut decem; à promontorio Bellem ad promontorium Coriana itidem duo; inter utrumque autem promontorium sinus est ad cuius dextrum latus oppidum Mongia situm est. Deinceps à promontorio Coriana ad promontorium Finu terre duo sunt milliaria: à promontorio hoc ad Sechen sive Corconiam unum: ab eodem ad Pontevedra septem, oppidum hoc longius abest à mari in interiori sinu cuius orae insula objacet, à qua ad Bajonam quatuor sunt milliar. intermedio autem spatio jacent Cannas & Vigo. à Bayona ad Caminam sunt tria; à Camina denique ad Vianam quinque, ubi ora Galacia terminatur.

Galecia Regni titulum adepta est circa annum ab Christo nato C I D L X. Eo enim Ferdinandus Sancti Majoris Regis Navarrae F. Rex Castellæ, quum Vxorem duxisset Sanctiam Alphonsi v F. Veremundi III Legionis Regis Sororem & heredem; sicque Regna duo Castellæ & Legionense uniisset, tres habens filios, Sanctium quidem Testamento Castellæ Regem; Alphonsum Legionis & Asturum; Garciam denique Galeciæ (quæ ab Conjugis Majoribus adquisita Comitatus ad illud usque tempus fuerat) & Portugalliæ nominavit. Sanctus, Divisionis paternæ impatiens, Fratres, Alphonsum quidem Regno deturbavit, Garciam autem occidit. Quum jam Sanctus circiter sex annos regnasset, & ab Vellido per fraudem esset obtruncatus, Alphonsus, qui Toleti

Toleti apud Maurorum regem exsul vixerat, non solum Legionis, quod ex Patris voluntate obtinebat, recuperavit; sed & Castellæ, Galeciæ, Portugalliæque regna est consequutus. Alphonso tres liberi fuerunt legitimi ex eadem Conjugibus: ex Isabella quidem Franciæ Regina, *Sanctia*, nupta Roderico Comiti, qui novas Colonias duxit in Civitatem, quæ vulgo *Ciudad Rodrigo*: ex Zaida Maura, Sibiliæ Regis filia, *Sanctius*, qui acie adversus Satacenos cecidit; ex Constantia denique *Vrraca*, quæ Sanctio Sanctiæque inprolibus superstes, post Raimundum Berengarium Tolosæ Comitem, nupsit Alfonso Aragoniæ Regi; heredemque ex se reliquit *Alphonsum VII*, Regem omnium, qui ante ipsum fuerant, potentissimum, Hispaniæque Imperatorem nuncupari meritum. Ab eo tempore Galecia unum semper habuit cum Castella Legionemque Regem & Principem.

CAP. XVII.

Asturia.

Asturia ad Septemtrionem habet Oceanum; ad Orientum, Biscaiam; ad meridiem, Castellam Veterem; ad Occasum, Galeciam. Auri, variorumque Colorum est ferax; alioquin parum culta maleque habitata; locis, quæ ad mare, exceptis.

Veterum hic sedes *Asturum*; qui sic dicti, ut scribit Isidorus lib. 1x Etymolog. cap. 11, ab *Astura* (sic enim emendandum) Fluvio; cujus mentio etiam apud Florum lib. 1v Hist. Romanæ, & alios. Ab his ipsa Regio *Astura*, Ptolemæo; Latinis *Asturia*, ut & antiquis Marmoribus: in quibus etiam *Astyriam* lego nominatam. Romæ in pavimento Sacelli, quod est ad templum S. Gregorii in Cælio monte, Tabula confracta:

ACONTII

L. RANIO. OPTATO. V. C. COS
CVRATORI. REIP. MEDIOLANENSIVM
CVRAT. REIP. NOLANORVM. PROCOS. PROVINCIÆ
NARBONENSIVM. LEGATO. AVG. ET. IVRIDICO
ASTYRIÆ. ET. GALÆCIÆ. CVRATORI. VIÆ
SALARIÆ. &c.

Ayuntamiento de Madrid

Quin & *Asturicam* video nuncupatam in Tabula *Ma-*
morea, quæ trans *Tiberim* *Romæ* legitur in domo *Præ-*
vata *Civis Romani*. Verba ponam ad *Italiæ* *Delineationem*,
 ubi de *Alpibus Maritimis*. *Asturias* hodieque *As-*
stures *Plinius* lib. III, cap. III, dividit in *Augustanos* &
Transmontanos. Illi cis montes versus Meridiem; hi ultra
 montes versus Septentrionem ad Oceanum. De *Asturibus*
Silius Italicus lib. I:

— *Astur avarus*
Visceribus lacera Telluris mergitur imis,
Et redit infelix effuso concolor Aure.

Asturum Equorum antea memini. Ipsorum Equitum
 Romanis militantium, mentio in Monumento quod vidi-
 tur ad primum ab *Æmilia* lapidem:

SEXTO. CLASENO. SEX. F. SEX.
 NEP. SEX. PRON. CLV. ALLIANO
 PONTIFICI. FLAMINI. VIC
 TORIÆ. ET. FELIC. CÆSAR.
 PERPETVO. PRÆF. COH
 III. ASTVR. EQ. C. R. TRIB. LEG
 II. ITALIC. &c.

Asturum Populos XII fuisse, memoriæ prodit *Plin.* III,
 cap. III. In iis. ut idem notat, erant *Giguri*, vitiose for-
 tean, quum *Ptolemæo* sint *Ἰσθμίοι*: *Pesici*; qui *Ptolemæo*
Ἰσθμίοι & alii. *Narbases* item, ut eos appellat *Isidorus*, hic
 habitarunt; qui *Νάρβασοι* *Ptolemæo*, ubi hodie inter *Le-*
gionem & *Ovetum*, *Arvas*, *Forum Narbasorum* antiquis
 Scriptoribus; apud quos & Montes *Arvases*. Alios præ-
 tereo.

Provinciae Metropolis est *Ovetum*; quod, ut censet *Mo-*
letius & *Coquus*, *Αἰξ* *Ptolemæo*. *Tarapha* *Βε-*
ρβασίων *Ptolemæi* olim dictum putat; quod tamen potius
Brivisca nunc esse monet *Moletius*, unde & *Brigacini* Po-
 puli apud *Ptolemæum*. De *Oveto* multa *Rodericus To-*
letanus lib. IV de Rebus Hispaniæ cap. XVI. ubi eti-
 am exponitur, quam ob causam *Civitas Episcoporum* fuerit.
 nominata. Est & ibidem *Astorga*; quæ *Asturica* *Plinio*
 & *Antonino*; quorum ille *Urbem Magnificam* vocat; hic
 quatuor inde Itinera Consularia describit; priora qui-
 dem *Cæsaraugustam*, cum per *Betuniam*, tum per *Brigecum*;
 Tertium *Tarraconem*; quartum *Burdigalam* in Gallias.

HI E
bula Ma
domo p
delincan
e que J
gustau
; hi ulm
de Altun

Equitum
quod r

o

g

lin. 111,
iole for
olema
orus, hic
nter Le
antiquis
os piz-

set Mo
pha Ro
a potius
ceni Po
cus To
ubi eti
y fuerit
Plinio
ut; hic
a qui
gecum;
allias.
Ashe



Ayuntamiento de Madrid



Legis
N

E
ci
L
C
ma, C
andar
ralip
ab
mopi
mus, r
Han
que fu
m, Ap
mus. I
qu
aten
andi
hoc fi
Ellia
quebr
dendi
Me
que
Leo l
short
Tara
erian
vesti
thans
de r
Abra
fugg
taric
ante
Flori
Ger

Πτολεμαῖο dicitur : *Coloniā* appellant Aul-
ti Nummi.

CAP. XVIII.

Legio.

Legioni conregionales ad Boream, Asturia ; ad Oc-
cidentem, Gallecia ; ad Meridiem & Ortum fere ,
Castella Vetus. Nomen illi ab *Legione* VII Germa-
na, quæ hic olim (Nervæ Imperatoris principatu , ut
quidam autumant stativa habuit. Ioannes Gerundensis
Tarlipom. Hispaniæ lib. 111, initio *Eleonam* dictam scri-
bit ab *Eleona* Provincia Libyæ , propinqua Syriæ & Æ-
thiopiz, in qua, ne scilicet appellationis causam ignore-
mus, maxima Leonum copia invenitur.

Hanc Hispaniæ partem qui hodie habitant, eos pleri-
que fuisse volunt, qui *Vettones* Plinio; Ptolemæo, Strabo-
ni, Appiano *Βεττωνες* ; *Vergones* male in Latinis Exemplari-
bus. *Vettonia* etiam mentio apud Prudentium Hi popu-
lus, quo tempore primum in Romanorum venerant pote-
statem , quum quosdam Centuriones viderent deambu-
landi causa hac illac se flectere , opinati eos (magnum
hoc simplicitatis indicium) insanire , Duces se, ut refert
Elianus lib. 11. Variarum cap. v , ad Tabernacula eis
præbuere : putabant enim aut in Tabernaculo quiete se-
dendum, aut pugnandum esse.

Metropolis, Vrbs illa clarissima Regioni cognominis ,
quæ *Αγρίνιον* & *Γαρμαθιν* Ptolemæo; *Legio Gemina*, Antonino ;
hodie vulgo; quod nomen, quur ab Leonogildo Go-
thorum Rege malit , quam ab Legione ipsa Franciscus
Tarapha dirivare , mihi nondum liquet. Moralis tradit
etiam *Sublantiā* olim dictam , adscribens ejus nominis
vestigia etiamnum exstare in loco, qui sesquimiliari di-
stant Legione, dicitur *Sollanco*. Consulendum moneo hac
de re Thesaurum peritissimi rerum Geographicarum
Abrahami Ortelii. Illud præterea minime omittendum
suggerit Hieronymus Surita Cæsaraugustanus Commen-
tario Antonini Augusti Itinerarium, exstare Auctores, qui
ante cccc annos id prodiderint , huic Vrbi quondam
Flori nomen fuisse inditum. Præfectum Legionis VII
Geminæ *Legione* constituit Scotus , Auctor Notitiæ Pro-
vinciarum.

vinciarum. De Templo Legionensi sic scribit L. Ma-
neus Siculus lib. 111 de Rebus Hispaniæ: *Etsi Tempus*
quod atate nostra Civitas Hispalensis edificat, alia omnia mu-
tudine prastat: etsi Toletanum cunctis aliis divitiis, ornatus
& specularibus fenestris & illustrius; etsi denique Compe-
uum fortioribus edificiis & S. Iacobi miraculu, & rebus
memorabilibus est: Legionense tamen artificio mirabili, ma-
dem iudicio, omnibus est anteponendum: in cuius Claustro Sa-
lum est, in quo jacent Reges septem & triginta, & unus Hi-
nia Imperator.

Illud autem memoria dignissimum est, quod ab
Urbe cæperit circa annum I 5 c c x v i Recupera-
Hispaniæ, quam totam fere Maurorum & Saracenorum
gens occuparat. Pelagius enim, ut cum aliis referunt
Rodericus Toletanus lib. de Rebus Hispaniæ vi
multa capita, & Rodericus Sanctius part. 1 Hist. Bar.
cap. xi, ex regio Gothorum sanguine, Fasila Cantabrigiæ
Ducis filius, ab Christianorum, qui in Montes Asturum
confugerant, reliquiis Rex consalutatus, magna strage
Maurorum edita, vix Regnum orsus, hosti Legionensi
puit; ibique sedem sui principatus figens, novum
bellum, quasi propugnaculum adversus Barbarorum
vim & incursiones, extruxit; unde Comes deinceps
stella dicti, de quibus postea: rejectis autem Gothorum
Regum Insignibus Leonem sumsit Rubrum in alio
Campo ferocientem; quo hodieque Reges Legionenses
utuntur. Pelagium in Regno sequutus est Fasila filius
hunc autem Improlem Alphonsus Catholicus, Petri Cantabrigiæ
Ducis filius, ex genere Ricaredi Catholici Gothorum
Regis oriundus: qui uxorem duxerat Ormildam
Fasilæ Sororem unicam & hæredem. In Alphonsi
familia posterisque Legionis principatus mansit usque
ad Veremundum, Regem Legionis xxiv: quo, anno
c I 5 x x sine successore defuncto, Sanctia Soror, Fe-
dinando Navarreo, de quo dixi cap. xvi, Castellæ Re-
nupta Legionense Regnum ad Castellanum transtulit.

Astorga parvum oppidum sed munitissimum natura; agrum
illius perlabitur flu. Torto optimas trutas nutriens. Astorga
cinus est Sanabria lacus, unam leuc. longus, vix dimidiam latum
permeat fl. Ter, undas volvit instar exigui maris, piscosus admodum.
Comes Beneventanus in medio lacus magnificas ades habet
super rupem conditus.

Orto de Madrid

Zamor

APHIE
scribit L. M.
: Esti Temp
ia omnia m
tiis, ornate
que Comp
& Rel
abili, mo
Claustro
& unu

quod ab
Recupera
Saraceno
aliis refe
banis vi
I Hist. B
le Cantab
ontes Alt
magna fir
regionem
novum
Barbaro
deinceps
Gothoru
um in
Legione
Fahila fil
is, Perri
Catholici
rat Orm
In Alph
manit u
quo, a
a Soror
Castellae
transita
atura; ag
Amidiam
piscosus
icas ades

Zamora



Ayuntamiento de Madrid

P
Zamor
et ag
ant No
du Cyat
du ex
ermone
Salam
della ve
riam a
sed E
Mar
ant cor
Cuida
quond
rtugall
Sunt p
enti, Vili
nat, Pas
am immu
da vice
Mar
sico,
Meth
ui incer
no com
ffigali
ex face
area qu
unque

C
A
R
c
Hispan
circum
Portug
ere pe
ibus;

Zamora urbs ad ripam flum. Durii, pontem habet magnificum & agrum supra modum fertilem. urbs egregie munita est; (ait Nonius) totiusque tractus Zamorensis scatet divite vena Cyaneæ, vulgo Turquesa. In ditione illius est Segiagus pagus exiguus habitata à gente rustica, & invenusta tam sermone, quam in corporis cultu atque vestitu.

Salamantica Academia toto orbe illustris (inquit Nonius) illa veteri nunc accensetur, fluvio Tormis appesita, qui se in ripam amnem exonerat, non solum lato agrorum proventu fecunda, sed & Episcopali dignitate & Equitum frequentia conspicienda. Marinæus hic suo tempore septem millia fuisse recensita ait eorum qui literis dabant operam.

Cuidad Rodrigo a Ferrando Rege Legionis condita, eo loco quondam fuit Mirobriga, ut munimentum esset adversus Portugallios.

Sunt præterea hic multa municipia, inter quæ maximi momenti, Villa Franca, Cacabelos, Ponferrada, Vierzi agri copiosissimi, Ponte della Reina, Orzanaga, Ledesma à natura admodum munita, & annona copia dives, habet sub se trecentos octuaginta vicus, qui circiter sedecim millia focorum continent; Betanzos, Mansilla, Villalpando, Beneventum, Saldagna, Medina de Rioseco, Tordesillas, Toro vino & fructibus abundans.

Methymna (inquit Marinæus) cognomento Campus, etsi sæpius incendium passa, soli tamen ubertate, modinis & mercatores commercii ditissima: honorificis privilegiis à tributis & fiscalibus immunis. in qua neque Rex habet officium, nec pontifex sacerdotium; quæ res potius mali quam boni causa est, propterea quod in sacerdotiis conferendis & magistratibus incolæ plebique crudelissime dilabiantur.

CAP. XIX.

Castella Vetus.

Castellam (cui nomen ab Castello, quod Pelagius Rex, Legione ab Mauris recuperata, ut Propugnaculum, contra hostes exstruxerat) duplicem faciunt Hispaniarum Delineatores, Veterem & Novam. Veterem circumdant ad Boream Asturia & Biscaya; ad Occasum Portugallia; ad Meridiem Castella Nova, Montibus qui ferre per Longitudinem Hispaniæ incedunt, intercurrentibus; ad Ortum Aragonia & Navarra de Madrid

Fuerunt

Fuerunt hic olim cum aliis Populi *Carietes*, ut eos vocat Plinius in Conventu Clunienſi : de quibus & Venerabilis Brixia Inſcriptio ; Veſtigia exſtant in *Ciria* opido, ut Pineto videtur : *μυρρίκη*, quos nominat Ptolemæus : *Pelodones* Plinio, *πελιδόνες* Ptolemæo ; ubi hodie *Medina de Reuilla del Campo*, *S. Pedro d' Arlança*, *Salas*, iſſque viciniora opida, ſcribentibus Pineto & Floriano : *Vaccæ* Plinio *βακκῶν* Ptolemæo, *Βακκῶν* Stephano : *Arevaci* Plinio, *Αρεβάκι* Straboni, *Αρεβάκι* Ptolemæo ; *Αρεβάκι* Appiano Alexandrino ; *Arbachi* corrupte Auctori de VV. Illuſtr. cap. LXI : Memoria *Arevacorum* ſervari videtur in Pago *de ravacca*, qui tribus paſſuum millibus diſtat Madrito Septentrionem verſus : Navagierus putat Urbem *Arevaci* nomen antiquum *Arevacorum* retinere : eorum Urbem hoc tempore *Marqueſiam* dici colligit ex antiquis ruinis Carolus Cluſius : *Arevaci*, inquit Plinius lib. III nomen dedit *Fluvius Arevæ* (hodie *Ereſma* nominatur Navagierus in Itinerario, quod Italica lingua conſcripſit.) Horum ſæpe Populi, *Seguntia* & *Vxama* : qua nomina crebro alii in locis uſurpantur : præterea *Segovia* & *Nova Auguſta*, *Termes* ipſaque *Clunia*. Eædem Vrbes in *Arevaci* recensentur à Ptolemæo : cui, ut & Appiano *τῆρμων*, quod Plinio *Termes*, à quo *Termeſtini* apud Salluſtium ; Hi *Salibus* inquit occupatus *Termeſtinorum* agros invaſere : ſic emendat v. C. L. Iuſtus Lipſius, commentario ad lib. IV Annalium Taciti, quum antea corrupte legeretur, tum externorum agrorum *Termeſtinorum* etiam & *Termeſtina* nationis mentionem faciit Tacitus libro, quem indicavi.

Metropolis Veteris Caſtellæ *Civitas Burgenſis*, vulgo *Burgos* : *Βουρῶν* putatur Ptolemæo. Urbs antiquiſſima, multisque rebus inſignis, & inter primarias Hiſpaniarum merito referenda ; C. L. ſub ſe habens minorum gentium oppida ; magnis, pulchris, commodisque ædificiis paſſim adornata ; Foris venalibus, Plateis, Vicis, Pontibus, Templis, Cœnobiis, Amnibus exculta ; ob incredibilem Incolarum cujuſcumque ætatis, ſexus, conditionis, induſtriam & diligentiam memoranda. Laudat eam lib. III de reb. Hiſp. L. Marineus Siculus ; qui & ibi multa de Monafterio Monialium, quod *Huelgas* vulgo, ejuſque divitiis & ampla Iuriſdictione. Scribunt nonnulli hanc Urbem olim nomen etiam habuiſſe *Masburgi* ; quorum auctoritate freti, neſcio : niſi fortean ex lecto

parum

cietes, ut eos
quibus & Ve
ria opido, m
Ptolemaus: P
die Medina C
hisque vicini
o: Vacca Plin
Arevaca Plin
Appiano Alb
VV. Illustr. co
tur in Pago
tat Madriti So
Vrbem Arevac
eorum Vibent
antiquis ruin
lib. III nomen
atur Navagien
pfit.) Horum
ro alii in locu
Termes isle
entur à Ptole
linio Termes
s inquit occup
at v. CL. Iu
alium Tacit
eternorum agru
mentionem fa
rgensis, vulgo
antiquissima
rias Hispania
minorum gen
isque aedifici
Vicis, Pontie
ob incredibil
conditionis
Laudat eam
s; qui & ibi
ligas vulgo, e
bunt nonnul
de Masburgi
tean ex lecto
parum

BURGOS



caute Ptolemæo, qui *Bravum Mourbogis* ad censet:
Mourbogis enim *Masburgum* arbitror exstructum ab
 qui parum Græce noverant.

Argos, magnis concinnisque adibus ornata (inquit Nonius)
 mercatura student templa & cœnobia habet frequentia,
 sedalis sedes est ab ann. c. lxxvii. Castellum habet
 Boterus) magis à natura quam ab arte munitum. aer
 rigidior & humidus. Multa habet edificia splendida, inter
 excellit amplitudine & splendore, Palatium Com. stabuli.

Circumdant suam Metropolin jucundissimo commo-
 dissimoque situ: Palencia ad Carrionis marginem sita:
 Plinio & Pomponio Melæ: Παλencia Ptolemæo
 Appiano; Παλencia Straboni; Peralancia corrupte apud
 Antoninum. Hanc alii Vaccæorum, alii Arevacorum o-
 ptum faciunt. Strabo: τὴν δ' Ἀρεβαίων ἐστὶ καὶ Σίγιδος καὶ Παλ-
 enciæ; nam statim ab eodem auctore Vaccæorum sit
 mentio. A Palantia Palantini apud Frontinum de Limiti-
 bus Agrorum; male in Vulgatis Codicibus Palatini: ab
 eodem Palantini Campi Orofio, qui item Gothici nuncupa-
 tione nunc Regio Gothorum dicta. Palantiam ab Rege Hi-
 spaniæ Palatuo conditam quidam fabulantur. Hic olim
 Academiam fuisse volunt, quæ nunc Salamanticæ. In
 Palantina Dicecesi Sacerdotia Gentilitia, quæ Iuris-Pa-
 lantini vocant, quadringenta esse memoriæ prodit Ma-
 rianus Siculus lib. 111 de Reb. Hispaniæ. Valdoledum,
 Sedes olim Regia; locus in amœnissima Pisuergæ ripa,
 non Hispaniæ solum, sed Europæ totius pulcherrimus;
 cui quæ Urbs anteponebatur, non invenitur: agro beatus
 fertili Frugum, Animalium, Vini, omnisque generis fru-
 ctuum: Forum ibi pulcherrimum amplissimumque; cu-
 jus ambitus lxxccc passuum: quumque multis aliis de
 causis hoc opidum valde sit nobilitatum, multo tamen
 magnificentius illud reddidit illustrissimus Philippi Re-
 gis Hispaniarum ortus. Vulgo Valladolid; quod Vallem O-
 leti sunt qui interpretantur. Πάλια Ptolemæo, Pintia An-
 tonino, ut censet Carolus Clusius. Videndus tamen Hie-
 rozyrous Surita ad Antonini Itinerarium, qui notat mul-
 ta plura milliaria Valle Oleti Raudam (ea autem Aranda ad
 Durii ripas est) interesse, quam isthoc itinere proponun-
 tur ab Antonino Pintia Raudam: Vallem enim Oleti dex-
 teris per aliquot milliaria derelinqui. Simanca, Anto-
 nino Septimanca, Camora Ptolemæo Σεπταμάνη, ut Clusio vi-
 detur:

142 P. MERVLÆ COSMOGRAPHIÆ
 detur : quæ vitiose *Sabaria* apud Antoninum : *Salmantica*
 tamen esse putant Florianus del Campo & Gomerius
 pidum illud, quod vulgo vocatur *Toro*, Latinis *Tanro-*
Durium fluvium. Non autem postremi hic visitur
Salmantica Antonino; *Σαλμαντική* Ptolemæo, *Σαλμαντία* Poly-
 no lib. VII de Annibale : *Salamanca* vulgo. Hinc
Salmaticensis apud Iulium Frontinum de Limitibus Agri-
 rum; & in vetusto lapide, qui in templo ibi S. Pelagi-

D. M. S
 L. IVLIO. CAPITONI
 SALMANTIC
 ANN. LXX
 IVLIA. RVSTICILLA
 SOROR
 PIENTISSIMA
 F. C
 H. S. E. S. T. T. L

Salmaticenses proprie *Vicanos* dici scribit Aggenus Vro-
 cus. *Salmanticam* à Salaminis & Atticis, Græciæ Popu-
 lis, conditam notant Ioannes Gerundensis Paralip. Hi-
 span. lib. 11, ubi de Adventu Teucris & aliorum Græco-
 rum in Hispaniam, deque Urbibus ab iis conditis, & Io-
 annes Vassæus Hispaniæ Chronico ad annum post Dile-
 vium c I O C X X X I X. Clarissimam habet hæc Urbis
 Academiam, variis Pontificum Regumque Privilegiis
 ornatam, Disciplinarum omnium genitricem : à qua om-
 nes fere Hispaniæ Urbes & Populi, tanquam à Domina,
 Leges petunt & Iura. Hinc Consiliarii, Theologi, Iuris-
 consulti, Medici, reliquarumque Scientiarum Magistri
 varias Hispaniarum Provincias & Regna peti proficisci-
 que consueverunt. Iura ibi sunt professi Didacus & An-
 tonius Covarruviæ; uti ipse Didacus in Variis Resolu-
 tionibus testatur, non uno loco. Dominicus à Soto lib.
 I de iustitia & jure suam vocat Academiam. Haud pro-
 cul hinc ad fluvium, qui vulgo *Gada*, Civitas Roderici Co-
 mitis, de quo dixi cap. XVI, *Ciudad Rodrigo*; quæ, ut pu-
 tant Vassæus & Clusius, *Μυροβριγία* Ptolemæo, Celticorum
 opidum in Lusitania; à quo *Mirobrigenses* Celtici apud
 Plinium, quos Civitatis ejusdem Incolas interpretatur
 Iacobus Delgadus, quasi *Rodrigo* corruptum esset nomen
 ex *Mirobriga*. Tendentibus hinc versus Meridiem oc-
 currit

: *Saragorica*, *Caurita* quondam, ut scribit, nullo nominato
 omerius *Clusius* : *Cauriam* ab Latinis Iunioribus appella-
 Tagrus *Andr. Schottus*. *Cauriæ* versus Ortum ad no-
 ifitur *Leucam* est *Placentia*, urbs pulcherrima; cu-
 eris *Polonia*, ceterique Arborum fructus, nec non Panis
 Hinc *Placentia* maxime solent commendari & expeti:
 bus *Agro* *Placentia* vulgo. *Ambrocium Pagum* ibi quondam fuisse
 Pelagius *Ioannes Mariana de Rebus gestis Hispaniæ*. Ha-
Placentia sub sua ditione Opida amœnissima, in quis
Placentia *Nemoribus* superbiens, & *Pisaro* in Con-
 jacens, velut altare, ut *Marineus* notat in *Testudi-*
 templi. Montes *Placentiæ* adjacentes ab ipsa Vrbe
de Placentia cognominantur. Quæ *Avila* hodie, *Pto-*
lemaeo *Avila* nuncupatur, ut vult *Clusius*. Haud procul
 tribus *Areva*, cujus antea memini, *Segobia* jacer, quæ
Plinio & *Antonino* *Segevia*, ut hodieque, *Ptolemæo* *Segis-*
 Sunt vetustissimi Nummi ærei, qui ex una parte *Ca-*
 decora facie juvenis præferunt, cum litteris ad fini-
 us *Vrbe* *C*, dextram autem *I*; ex altera vero Viri effigiem
 iæ *Populi* *SEG* *GO* *VIA*. Vrbs est lanificio & A-
 alip. *Hispania* *visendo* *Romani* operis nobilis: in qua, ut *Va-*
 Græci *scribit*, illud memorabile, quod illic nemo conspi-
 s, & *Idem* *ociosus*, nemo mendicus, nisi qui per ætatem aut
 ost *Dilectus* *opus* facere non possit: quum nulli desit, unde
 nec *Vitæ* *quærat*, aut in quo se exerceat.

quæ *Arrium* hic est *visendum*, in quo omnium pene *Hispania* Re-
 quæ *effigies* *conspiciuntur*: *præcipuum* vero urbis ornamentum
mirandi operis. Hic nostra memoria *Germanorum*
 & *aquarum*, inventa ratio *audenda* *moneta*, non *malleis* col-
sed *fuso* ac *liquato*, *demumque* *impresso*, *ductili* *are*, *auro*, *ar-*
que. Solum *secundum*. *Episcopatus* *splendidus* & *opimus*.
septem *milia* *casarum* *numerat* (*inquit* *Boterus*) *Palatium*-
que *habet* *regale*, *situ* & *fabrica* *magnificentia* *nulli* *secundum*.
 Quæ nunc *Aranda* ad *Durium* flumen, *Ptolemæo* *Vaccæo-*
um *urbs* est *Ptolemæo* in *Hispania* *Tarraconensi*; *Rauda*
Antonino ex *emendatione* *Hieronimi* *Suritæ*; nam an-
tea *Raudaclunia* cum altera *mansione* *mista* *legebatur*.
Rauda etiam *Regum* *Legionensium* *tempore* *vocatam*
fuisse *constat* ex *Vetusto* *Exemplari*, in quo *descriptæ* *le-*
gentur ab *nescio* quo *Auctore* *Res* ab *Legionensibus*
gentis. In eo ubi de *Ranimiro* *Legionensi* *Rege*, qui
 Cæsar.

Cæsaraugustam Saracenis vi eripuit, hæc inter alia memorantur : *Tunc temporis popularit Roderi. us Cenomajam. Didacus etiam Comes popularit Burgi per justitiam Regis. Popularit etiam Munio Munia Raudam, & Gondis tollit Exomam, & Gondis saluus Ferdinandi Axiam, Dux (emendandum Cluniam, de qua paullo post) & S. Stephanum. Quæ incerto scriptori Exoma, Vxama Plinio est addit nomen hoc crebro aliis in locis usurpari : comen adscribit Ptolemæus; cui *Ἐξομα* *Ἀγρίναιος* vocatur, vacorum urbs : *Vxsama* per S in antiquo marmore legitur : *Osma* hodie dicitur. Reliquas nominatis à me proponendas Curiosioribus relinquo.*

Fuerunt olim hic etiam aliæ Vrbes nobilissimæ; quæ vel dirutæ, vel tantam passæ calamitatem, ut de eo certo parum constet. Inter eas principem facile cum tuebatur Numantia, totius quondam Hispaniæ bur, fortiumque Militum genitrix; quantum, inquit, *Ærus lib. II histor. Rom. cap. xviii, Karthaginis, Cap. Corinthi opibus inferior, ita Virtutis nomine & honore paribus, summumque, si viros astimes, Hispania decus: quippe sine Muro, sine Turribus, modice edito in tumulo apud flumen Durium situata, quatuor millibus Celtiberorum XL milia exercitum per annos xiv sola sustinuit: nec sustinuit, sed saevius aliquanto perculit, pudendisque sæderibus adfecta. Novissime quum invictam esse constaret, opus quoque esset, Karthaginem everterat. Bellum Numantinum, Resque Numantinis contra Romanos variosque eorum Duce præcipue vero P. Cornelium Scipionem Africanum, per annos xiv, vel ut Strabo xx, gestas describunt L. Iulius Florus loco, quem dixi, & Epitomis librorum Livii & quatuorque sequentium, Appianus de bello Hispanico tropius lib. iv, Paterc. lib. ii, Strabo lib. iii, Valerius Max. lib. vi, cap. vi, Auctor de VV. Inlustr. cap. lvi, Veget. lib. iii, cap. x. Orosius lib. v, cap. vi, Augustinus lib. iii de Civit. Dei, cap. xxi, & alii. Deleta est ante ab v. c. I c c x x i. P. Mucio Scævola & L. Calpurnius Pisonem c o s s. De Interitu ejus fama duplex. Alii Cives ipsos ad incredibilem famem, humanarumque Calamitatum Dapes & ipsissimam Desperationem adactos Scipionem Patriamque ferro, veneno, subjectoque undiq; igne peremisse produnt; ne quid præter nudum nomen Victoribus esset, quo triumpharent: Alii à Scipione deletam narrant.*

ant, etiam sine Senatus auctoritate; vel quod Victor
 republica esse censeret, vel quod natura crudelis in
 ellet, quos vi caperet; vel certe quod maximis ur-
 uerfionibus clarius se nomen suum esse redditu-
 rentaret: sane ab Vrbe debellata *Numantini* cogno-
 sibi sumsit, testibus Auctore de VV. Inlustr. & Pli-
 lib. xxxiii natur. hist. cap. xi, ubi & de Scipionis
 umpho. Tanti erat Numantia victa momenti, ut mox
 o reliquam Regionem in fidem acceperit; ceteras-
 quæ defecerant, Civitates Hispaniæ, partim vi, par-
 titione in potestatem suam redegerit. Agri Nu-
 minorum, post eam Victoriâ, Urbibus vicinis sunt
 tributi. *Numantia* Ptolemæo & Græcis, *Νουμαντία* Stephe-
 nauer Arevacos & Durium flumen: *Garrai* hodie, ut
 Ambrosius Moralis; *Soria*, ut Tarapha & Antonius
 Morissensis lib. v, Dec. i, cap. iv; Haud procul *Soria*
 esse, censet Clusius; quatuor millibus supra *Soriam* ad
 garai pontem non longe ab ortu Durii fluminis rudera
 Numantiæ monstrari notat Ioannes Mariana lib. iii,
 Plinius lib. iii nat. hist. cap. iii *Numantinos* Pe-
 donibus, Celtiberorum populis, attribuit; Ptolemæus
 eracis. Strabo *Numantiam* ab Cæsaraugusta abesse
 tribet stadiis octingentis: quorum rationem cum nu-
 meris Mansionum, quæ apud Antoninum sunt in Itinera-
 re, conferre non oportet; quod apud hunc viæ per Di-
 mica quædam Mansionum sæpe ducantur. *Numan-*
 tiæ quasi coronabant præsignes aliæ Vrbes. *Gracurris*
 monino, *Γρακურρις* Ptolemæo, *Gracuris* etiam nonnullis.
Gracurrim scribi debere complures ærei nummi testan-
 tur; ex quibus unum profert Surita cum hac Inscriptio-
 TI. CÆSAR DIVI AVG. F. AVGVSTVS; in
 versa autem facie cum Tauri effigie mitrati, infra cuius
 pedes GRACCVRRI S. *Agridam* hodie appellari o-
 rantur Clusius & Moralis: subdubitatur Antonius Au-
 tinus an sit *Grail*. *Grachurim* Iberæ Regionis Urbem
 ita *Murcim* denominatam tradit Festus lib. vii de ver-
 bor. signific. Plinius *Cascantenses*, *Ergavicenses* & *Graccu-*
 ran Cæsaraugustanum conventum adire memorat.
Gracurrim à Ti. Graccho conditam dictamque ex Epi-
 to Liviana lib. xli paret: Ti. Sempronius Gracchus, in-
 tit, Proconsule Celtiberos victos in deditionem accepit: moni-
 tantamque operum suorum *Gracurrim* opidum in Hispania
 constituit.

146 P. MERVLE COSMOGRAPHIE
constituit. Strabo perhibet Polybium prodere trecentas
 Celtiberorum Vrbes à Ti. Graccho esse subverfas, quo-
 ritu Comico in Ti. Gracchi gratiam dictum intelli-
 gunt vult ab Auctore, qui Turres *Vrbes* appellavit, ut in Trium-
 phalibus Pompis fieri solitum. *Turiaso* Antonino, *Turiaso*
 Ptolemæo; urbs olim celebris, quam *Taraconam* hodie
 dici volunt Clusius, Florianus & Varrerius; alii aliam
 censent. Surita duos profert Nummos: in quorum uno
 Capitis Feminae visitur effigies, cum hac Inscriptione
 S I L B I S, quod Numinis alicujus videtur esse nomen
 in averfa facie Viri equitantis imago, protenta dextera
 habitu Pacificatoris; & infra equi pedes T V R I A S O
 in altero Augusti facies cum Inscriptione I M P. A
 G V S T V S P. P. & in averfa parte, in media Corona
 Civicae area M V N. litteræ, quæ Municipium fuisse di-
 cent: sub corona denique T V R I A S O: à qua *Turiaso*
nenses apud Plinium. *Augustobriga* Antonino, *Ayuntamiento*
 Ptolemæo Pelendonum urbs: opidulum esse, quod hodie
 die *Aldea el muro* vocant, tradit Ambrosius Moralis: ru-
 nas ejus in opido *Muro* VIII M. P. supra Urbem Agri-
 dam conspici norat Hieronymus Surita: qui & lapides
Augustobriga mentionem facientes producit, anno cl
 I O X L V I I Via Consulari inter eandem urbem
 Numantiam erutos: quorum

I in Ecclesia Vici, quem *Pozo* vocant, ante fores:

..... CÆSAR
 CLV
 PONTIFE
 P. XXX
 ... AVGVSTOBRIGA
 M. VIIII

II supra Vicum *Pozo* Numantiam versus, in media via

IMP. CÆSAR NER
 VA. TRAIANVS
 AVG. GER. PONT. MAX.
 TRIB. POT. PP. COS. III
 FECIT. AB. AVGVSTOB
 M. P. X

Clunia, cujus meminerunt Plinius lib. III, cap. III, &

Ayuntamiento de Madrid

Sutro

trecentis in Galba cap. ix : Plutarcho in Galba ; Dio-
 lib. xxxix, & Ptolemæo καλὴ vocatur, Arevacorum
 idum : hodie, ut volunt Antonius Nebriffensis, Clusius
 Florianus, *Coruna* ; ut alii, *Cruna*. *Coruna* hæc cogno-
 scitur del Conde ad differentiam ejus, quæ est in Gale-
 Cluniam corruptam esse ex *Colonia* verisimile est.
 alii aliam *Colonia Sulpicia* dicitur in Nummo Galbæ. Nebris-
 Comitem illius opidi *Cluniacensem* appellat. Va-
Corunnam non vere *Cluniam* esse, sed quæ olim *Clu-*
 fuisse ab *Corunna* quarta Leucæ parte docet ; ibique
 antiquæ Urbis vestigia, & Sacellum D. Virgini sa-
 rum, appellarique *Castro*. Exstant ibi Amphitheatrum a-
 que Antiquitatum reliquiæ : quin & Sigillum *Con-*
Cluniensis (tam enim celebris fuit olim *Clunia*, ut
 Civitatum Conventus illi fuerit adtributus,
 quo dixi cap. ix) ante aliquot annos repertum, penes
 Comitem Cluniensem hodie adservatur. *Segisamunculum*
 Antonino ; Σεγισαμόνικον Ptolemæo ; Σεγισάμνα Vaccæorum
 Straboni ; *Segisamonenses* Plinio : hodie, ut videtur
 eto, *Segura* ; ut Garybaio, *Veçama*. Alia item Σεγισάμνα
 Ptolemæo est ; unde *Segisamejulienses* apud Plinium ;
Segesamo simpliciter nominatur Antonino. Haud pro-
 Palantia stetit floruitque *Intercatia*, nota cum Geo-
 graphis Straboni & Antonino ; tum aliis scriptoribus, ut
 Polybio, Appiano, Auctori de VV. Inlustribus, & aliis.
 Ptolemæus duas habet *Intercatias*, unam in Orniacis, al-
 teram in Vaccæis. Hinc *Intercatienses* apud Plinium lib.
 viii. Ex horum numero fuit, quem singulari certami-
 ne Provocatorem superavit P. Cornelius Scipio Æmi-
 lianus. Epitoma Liviana lib. LVIII : *Vaccaos Cantabros &*
ad huc incognitas nationes in Hispania subegit. Ibi P. Cor-
nellius Africanus Scipio Æmilianus L. Paulli F. Africani N.
adoptivus, Provocatorem Barbarum Trib. militum occidit :
in expugnatione Intercatie Urbis majus etiam periculum ad-
est. Ita in MS legitur. Librariorum imperitia Intercatia
in Intercaptæ substituerat. Sic Plinius libro xxxvi,
cap. i : Est apud auctores & Intercatiensem illum, cujus patrem
Scipio Æmilianus ex Provocatione interfecerat, pugna ejus ef-
fectu signasse, vulgato stilo, plerumque Incommodum valere ali-
quid : non enim hoc fuisse acturum eum, si Scipio a Patre ejus
interemptus esset. Adeundus & Auctor de VV. Inlustr. cap.
 viii. Marmor Intercatiensi positum in radice turris
 Ecclesiæ

cclesiæ D. Mariæ, cognomine *de Revilla*, extra Crania
egitur apud Hieronymum Suritam doctissimis in
onini Itinerarium Emendationibus. Pluribus commo-
morandis, ne molestus sim Lectori, supersedebo.

Castellæ porro Regno tale legitur fuisse initium. Pe-
lagius, ut capite xvi i i ex probatissimis Veterum Scri-
ptorum monumentis narravi, erepta rursus Mauris Le-
gione, Castellum quasi Propugnaculum adversus Barba-
rorum vim exstruxerat: cui qui Præfecti, *Comites Castellæ*
nuncupati, Regem Legionensem, ut Principem, di-
gnoverunt usque ad Ordonium i i, decimumquartum
Asturum Legionisque Regem: qui quum Comites Prae-
ceresque Castellæ per speciem Colloquii ad se evocari
obtruncasset, Castellani pessimo scelere indignati, pro-
prio Regum Legionis iugo, ex suo corpore duos, ut Ro-
dericus Sanctius scribit Parte i Histor. Hispaniæ cap.
xi, & part. i i i multis capitibus, elegerunt Iudica-
Nunium Rasuram & Lainum Calvum; unum, qui In-
cundo, alterum qui rebus Bellicis præesset: quorum Li-
beri horumque Posterii (indicati ab Alphonso Karthagi-
niensi in Regum Hispan. Anacephal. cap. lxx.) *Comites*
Castella sunt appellati usque ad Sanctium Majorem Na-
varræ Regem, qui quum bello fortis Cordubam & To-
letum Saracenis eripuisset. Mauros omnes Navarra,
Aragoniam, Castella, Legionem, Portugalliam, aliisque His-
paniæ locis exturbasset, totamque Hispaniam Christianis
Nomini restituisset, ducta Elvira Sanctii Castellæ Comi-
tis filia, Garfiæque postremi Comitis Sorore & ex Alphon-
so herede, se dotis nomine non Comitem, sed Regem Cas-
tellæ scripsit, Regnumque ad Ferdinandum Filium Le-
gionis etiam Regno per Conjugem Sanctiam, ut cap.
xvi dixi, locupletatum, transmisit. Ferdinando successit
Filius Sanctius; huic Frater Alphonso; cuius Filia Vi-
sigothica (nam Stirps mascula obierat) quum, post Raimun-
dum Berengarium Tolosæ Comitem, Alphonso Regem Ara-
goniæ nupsisset, Aragoniæ, Castellæ & Legionis Regna
fuerunt unita. Videndi & Rodericus Toletanus de Rebus
Hispaniæ lib. vi, cum aliis, tum præcipue cap. ix. &
Ioannes Vassæus Hispaniæ Chronico ad annos 1000
xcvi, 1000ccxviii, 1000xi, & alios.

CAP. XX.

Castella Nova,

Castella Nova, ad Septemtrionem adhærens Veteri,
 reliquis lateribus clauditur Portugallia, Extrema-
 dura, Andaluzia, Granada, & Valentia. Abundat
 agro aliisque Segetibus, ad utramque Tagi ripam sita.
 Mobilitarunt quondam hanc Hispaniæ partem Carpi-
 tani, Ptolemæo; *Καρπιτῶν* Straboni: quos etiam
Carpetani & *Moralis Regnum Toletanum* interpretan-
 tur, *Καρπιτῶν* vocat passim Polybius; ut & Livius: apud
 etiam, ut item apud Plinium, *Carpetania* legitur
 sita. Horum pars videntur fuisse *Caraccitani*, vel, ut Plu-
 tarchus nominat *Χαρχαίτων*; quum eorum Vrbs *Καρχαία* po-
 sita à Ptolemæo in Carpitaniis. *Consaburense* Plinio, ubi
 sita, scribente Morali, *Consuegra*, florentis quondam
 civitatis servans etiamnum ruinas; vel, uti placet Pineto,
Calatrava. Non abludit etiam nomen opidi *Cosarubios*: *Con-*
saburi Antonino scribitur inter Laminium & Toletum.
Liminitani Plinio: quos Pinetus *Alambra* vertit: Ho-
 norio Ager, *Liminitanus*, ubi Anas oritur; P. Methymnæo
Clusio, *Campo de Montiel*; *Mancha d' Aragon*, Varrerio;
Archaeiega, Coquo: *Laminium* in Carpitaniis nobile
 quondam opidum à Ptolemæo locatur: ejus mentio est
 apud Antoninum: *Cotes Laminitanas* ex Hispania Cite-
 re invenio apud Plinium nat. historiæ lib. xxxv I, ubi
 sita *Flaminitana*: *Laminobrensem* Episcopum cum aliis
 Hispaniarum Præsulibus subscripsisse Conciliis quibus-
 dam lego. *Oretani* *Ορετῶν* Ptolemæo & Straboni; *Germa-*
nia Plinio: unde Vrbs eorum Ptolemæo *Ορετὸν Γερμανῶν*;
 Plutarcho simpliciter *Ορετῶν*, Straboni fortean inemenda-
 tum: hodie *Oreto*, ut scribit Morali: Clusio tamen
 non est *Calatrava*. Quum vero magno veteris Lusita-
 niæ portio versus Ortum hodie Castellæ cum Veteri,
 Castellæ Novæ adcreverit: putantur & nonnulli ejus Populi
 occupasse loca illa, quæ in Occidentalioribus sunt Ca-
 stellis, ubi Portugalliæ adhærent: præcipue vero quos
 Ptolemæus loquitur Inscriptio stipem contulisse Ponti, qui
 Tabulæ quatuor marmoreæ quondam fuerunt;
 una *Alcantara* perficiendo; in cujus

150 P. MERVLE COSMOGRAPHIA
 quarum una hæc superest, verba, quæ sequuntur,
 ferens:

M V N I C I P I A
 P R O V I N C I A E
 L V S I T A N I A E . S T I P E
 C O N L A T A . Q V A E . O P V S
 P O N T I S . P E R F E C E R V N T
 I C A E D I T A N I
 L A N C I E N S E S O P I D A N I
 T A L O R I
 I N T E R A N N I E N S E S
 L A N C I E N S E S . T R A S C V D A N I
 A R A V I
 M E I D V B R I G E N S E S
 A R A B R I G E N S E S
 B A N I E N S E S
 P A E S V R E S

Icaditanorum, quos habet Marmor, memoriam fer
 notat Ioannes Vascæus in obscuro Vico *Edania*: Vas
 rius scribit vulgo *Idanhas* dici, & nova voce Latina
niam: Morali est hodie *Idania la veja*. Quod ad *Lancia*
Opidanos, *Λαγυζία Οπιδανών* est apud Ptolemæum in Lus
 itania: *Lancia* item apud Dionem libro LIII, & Oro
 lib. VI, cap. XXI: *Lancienfes* etiam *Ocellenses* appella
 scribit Plinius; Ptolemæo tamen *Lancia* & *Ocellum* di
 fa sunt opida Vettonum: cognominantur & *Trasca*
 in Lapide. *Medubrigenses*, apud Plinium V, cap. XXI
Medubricenses Plumbarii cognominati (ad quorum
 ferentiam, ignoro) ab *Medobriga*, quæ Lusitaniz urbs
 Hirtio; *Armena* hodie Vascæo. *Arabrigenses* ab *Arabi*
 Ptolemæo Lusitaniz urbe; *Rabida*, Ariæ Montano,
 ut legit Varrerius, *Arrabida*. De *Talori*, *Interannien*
Aravis, *Baniensibus* & *Pasuribus* præterea nihil reperi
terammum quidem & *Lancia* sunt in Asturia: quorum
 lud *Ponferrada* Coquo est, Morali *Fuente Encelada*; h
 autem maxima Asturiz Urbs Floro lib. IV: sed re
 tiora hæc oppida, quam ut ad Occidentiales Cast
 pertinere possint. Alii proculdubio tam in Veteri, qu
 Nova Castella fuerunt olim populi, sed quorum me
 ria pexiit.

Metropolis Castellæ Novæ *Toletum*, ut Latini voca

PHIA
untur,

NI

riam fer
ia : Va
Latina
ad Lan
n in Lu
& Oro
appella
ellum di
& Tra
p.xxii
uorum
niae urbi
b Ara
ontano,
amien
reperio
quorum
elada; h
sed re
es Caste
eteri, qu
um men

ini voca
Ta

TOLEDO



unfamiento de Madrid

Ptolemæo : hodie *Toledo*. *Toletanos* nominat Plin-
 ius : *Colonia Toletana* est in Nummis Augusti apud Hu-
 num Goltzium : Serezolam etiam scribit appellatam
 Villanovanus ad Ptolemæum. De Conditorebus,
 Hercule, nunc aliis, quæ adferuntur, fabulosa ma-
 gis, quam vera. Centrum est & quasi umbilicus Hi-
 spaniæ : Situs clivosi, inæqualis, & asperioris, ascensus
 salationisque difficilis. Majorem partem adluit &
 extra hostes tuetur Tagus : qua Arcticum spectat Po-
 rtus, muris munitum est validissimis Turribusque CL;
 eorum auctore memorant circa annū 15 CCLXXIII
 Regem, quem etiam hos Versus in Turri qua-
 sito nitido lucidoque marmore, insculpendos curasse,
 habent Rodericus Toletanus Archiepiscopus lib. III
 de Hispaniæ cap. XI, & in Chronico Ioannes Vasaus:


EXIT, FAVTORE DEO REX INCLYTUS VR-
 BEM

ADA, SVÆ CELEBREM PROTENDENS GEN-
 TIS HONOREM.

hodie extra Muros Septemtrionem versus
 patri magni, sed diruti, complanatique rudera. Nobi-
 lissimus ingens in hac Vrbe numerus : Cives admodum
 industrii : Disciplinis omnibus (Academiam enim
 de Borentem) Artibusque Mechanicis magnus ibi ho-
 noris Lanificio Sericoque vitam quærent hominum mil-
 lere decem. *Vrbis Regiæ* cognomen adeptum est To-
 letum post adventum Gothorum, qui sedem Regni illuc
 transtulerunt, quum antea, ut Rodericus Toletanus tra-
 dit, ab Vandalis, aliisque Germaniæ populis, qui una in
 Hispaniam commigrarant, Hispalis Vrbs Regia & voca-
 verit & habita. Cum aliis amplissimis ædificiis, tum
 templo nobilitatur augustissimo, pulcherrimo, ditissimo :
 ubi Archiepiscopum Urbanus II Pont. Max. Hispa-
 niæ totius instituit Primatem. Est idem secundus ab Re-
 ge, maximusque Regni Cancellarius : quo inconsulto,
 fieri solitum, nihil decerni. Sententiam statim di-
 citur post Regem : tantæque est non solum dignitatis &
 auctoritatis, verum etiam potentiae, ut sub se præter pa-
 ucissimos opida celebria habeat septemdecim, exque
 aliisque Vectigalibus Reditum annuum ducentorum
 Ducatorum, quæ quum Regibus parum grata,

Viri plerumque, ut Rerum Hispanicarum Scriptores
 produnt, mediocris quidem fortunæ paucorumque
 Clientum, sed qui Virtutis Probitatisque spectatæ,
 hanc dignitatem ex instituto Ferdinandi & Isabellæ Re-
 gum evēhuntur. Multa Toleti Concilia leguntur cele-
 brata: certe ultra XVI numerantur, quot alibi nusquam.
 Est ibi celeberrimum Palatium ab Carolo V restaura-
 tum, novisque structuris regio adparatu exornatum: in
 quo, præter alia multa singularia, Machina visitur hy-
 draulica, miro Italorum ingenio fabricata, quæ ex Tagi
 flumine, opera magnæ versatilis & excavatæ rotæ, &
 quas in Fistulas & Tubos per Canales in summum
 Arcis & Montis artificioso impetu cogit & impellit,
 unum in locum & amplum receptaculum collectæ in
 varios Arcis Urbisque totius usus dilapsæ distribuuntur:
 quæ rivulos deinde & fontes Hortis, Magnatum ædibus
 Balneis, Fullonibus, Civiumque necessitatibus abunde
 suppeditant. Pons ad Urbem est super Tagum, quem
 nus Arcus opere mirando sustinet. Describunt Toletum
 Gomecius lib. VI de rebus Iacobi Aragoniæ Regis, Na-
 vagierus in Itinerario, Petrus Medinensis, L. Marinus
 Siculus lib. II de Rebus Hispaniæ, ubi de Lusitania To-
 letum, ut Matrem Reginamque suam, venerantur *Madri-
 tum*, vulgo *Madrid*: aëris situsque saluberrimi; ubi Ca-
 rolus V Imperator dies paucos commoratus, Morbo
 Quartanæ, quo diu laboraverat, est liberatus: Rebus
 omnibus abundans gratum nunc est Hispaniæ Regibus
 Domicilium; Incolis hinc plenum, multisque primæ no-
 bilitatis & equestris dignitatis viris, illustribusque fa-
 miliis nobilitatum. Silicum illi sunt in Circuitu Lapidæ-
 cinæ: unde *Cinctum Igne* cecinit Hispanus Poeta Ioannes
 Mena. Terminos habet latissimos, Camposque fertili-
 mos, quos *Matricios Lumbos* appellant. Non procul hinc
Villamanta est; quæ, ut volunt Montanus, Tarapha, & Vil-
 lanovanus, ^{secundum} est Ptolemæo, Carpetanorum in Tarra-
 conensi Hispania opidum. Quinta Madrito leuca versus
 Occidentem conspicitur magnificum illud & summo-
 sum Monasterium S. Laurentii in *Escoriali* vulgo, Ordini
 D. Hieronymi; Philippi II Hispaniarum Regis o-
 pus; quod merito certare potest cum Ægyptiorum Py-
 ramidibus, cum Veterum Græcorum Romanorumque
 Templis, Theatris, Amphitheatris, Ludis, Circis; Ther-

com
que
la
Pa
cel
qui
aura
r in
Tag
la
atam
; am
z in
ture
ibus
unde
m a
eran
Na
neat
To
ad
Ca
orbo
ebat
ibus
e no
e fa
oidi
mnet
liffi
bine
Vil
arra
rfus
tuo
ordi
s o
Py
que
her
mis



Ayuntamiento de Madrid

is item, Balneis, Sepulchris; cum aliis denique vario-
rum Regum & Principum Monumentis. Operi tanto
ex quid est par, vix quid secundum. Frontispicium e-
ius, Occasum spectans, tribus superbit portis: quarum
media primariaque in Templum augustissimum,
cenobium, Collegiumque ducit; quæ ad dextram, in
officinas Monasterio consecratas; quæ ad sinistram in
domos Scholæ destinatas. Quatuor Angulos totidem
ornant mirabiles arte sua Turres; quas etiam duæ
operant, ad ipsius Templi pedem hinc inde fastu quo-
dam consurgentes. Supra Ostium Templi magnificæ
cyclobatæ Statuas sustinent ex Marmore Tophoque sex
Israhelitis Regum, pedes altas xviii. Ad Septem-
tionem Palatium Templo adsitum visitur, Regi Regio-
que Comitatu commoissime excipiendo paratum. Ad
Meridiem variæ sunt Porticus; Hortus omnis generis
structus Herbis Floribusque, & plurimis ornamentis;
comarium gratissimis conlitum fructibus: item Noso-
comium, Pharmacopolium, & alia. Videre ibi est inter
alia depictum artificiose Conflictum inter Ioannem I
Legionis Regem & Mauros Granatenses; extractum ex
Anteo cxxx pedum, quod totam Historiam conti-
nens repertum fertur Segoviæ in pervetusta Turre.
Quid superest? quicquid ibi occurrit, stuporem injicit
spectanti: ideoque de iis, quæ dicenda restant, filere
tum modestia præstat, quam jejune pauca in medium
proferre. Ad reliquas Vrbes opidaque pergo. Quæ vul-
go, voce Arabica, Hispanis hodie *Alcala de Henares*, tam-
certo creditur *Κίμωλον* Ptolemæi, ut Latine etiam non
aliter in publicis Actis & Monumentis audiat. Situm est
in loco plano, ad Fluvium, quem *Henarem* vocant; rerum
omnium, quibus humanus usus indiget, copia, suisque
proventibus adeo ubundans, ut nullis aliunde bonis o-
pus habeat. Ecclesia ibi, cujus omnes Canonici sunt
Theologi. Facit hoc omnium Disciplinarum Academia;
qua nobilitatum est Complutum ab Francisco Ximeno
Cardinali, Archiepiscopo Toletano; cujus & auspiciis
omnibusque (qui superasse dicuntur lx millia Duca-
torum) Biblia ibi edita, anno cIdIdxv, quæ ab lo-
co *Complutensis*. Erasmus Epistola ad Franciscum Verga-
tam Græcarum litterarum ibi Professore, Gratulor, in-
quit *Compluto*, quod duorum *Præfules* *Francisci & Alphonsi*
felicibus

felicibus auspiciis sic efflorescit omni genere Studiorum, ut jam optimo *παραπλῆξιν* *appelletur.* D. Ifidorus Complutum dicit esse sexagesimo milliario à Toletō. Segencia Antonino inter Complutum & Cæsaraugustam medio fere itinere. Siguença nunc appellatur Varrerio & Morali judicibus *Alcantaram* in ripa Tagi scribunt Varrerius, Tarapha & Clusius esse, quæ *Νεφέλη Κουσέσσα* Ptolemæo; *Norbenfi* Columnæ Plinio. Opidum est insigni conspicuum Ponte, veneranda & antiquitatis & majestatis, in cujus ingresso existit Sacellum, hodie D. *Juliani* appellatum, habens limen superius sic inscriptum:

IMP. NERVÆ. TRAIANO. CÆSARI. AUGUSTO

GERMANICO. DACICO. SACRVM
TEMPLVM. IN. RVPE. TAGI. SVPERIS. ET. CÆSARE. PLENVM

ARS. VBI. MATERIA. VINCITVR. IPSA. SVA.

QVIS. QVALI. DEDERIT. VOTO. FORTASSE. REQVIRET

CVRA. VIATORVM. QVOS. NOVA. FAMA. IVVAT.

INGENTEM. VASTA. PONTEM. QVOD. MOLE. PEREGIT

SACRA. LITATVRO. FECIT. HONORE. LACER

QVI. PONTEM. FECIT. LACER. ET. NOVA. TEMPLA

DICAVIT. ILLIC. SE. SOLV.
VOTA. LITANT

PONTEM. PERPETVI. MANSVRVM. IN. SECVLA. MVNDI

FECIT. DIVINA. NOBILIS. ARTE. LACER

IDEM. ROMVLEIS. TEMPLVM. CVM. CÆS. DIVIS

CONSTITVIT. FELIX. VTRAQVE. CAVSA. SACRI

C. IVLIVS. LACER. H. S. F. ET. DEDICAVIT

AMICVM. CVRVO. LACONE. ICÆDITANO

Quæ *Talavera* nunc, Livio lib. xl. *Æburam* nominari
 videntur Beuterus & Moralis. *Caucensium*, quos Hispani
 populos habet Plinius, memoriam adhuc exstare in
 loco, quod vulgo *Cuença*, Pinetus arbitratur. Opidulum,
 quod *Lebariza*, vel, ut alii, *Lezuza*, hodie nuncupatur, circa
 Alcares urbem, *Libisofam* Antonini esse non est dubium;
 monent illud, adducto etiam antiquo Lapide, Moralis
 & Frias Albornoziæ, suffragatorem habens Hierony-
 mum Suritam: *Λιβισόσα* apud Ptolemæum est pro *Λιβισόσα*:
Libisofa cognomine *Feris Augustana* dicitur Plinio lib. III,
 cap. III. Docent ibi ruinæ celebrem olim fuisse locum.
Castulonem ejusdem Antonini, quæ *Καστῶν* Appiano &
 Ptolemæo, *Κασάλων* Polybio lib. x, Florianus & Moralis
 esse censent, quæ hodie *Castona la veia*. Apud Strabonem
 lib. III nomen hujus Urbis aliquoties depravatum est,
Κασίων pro *Κασάλων*. Apud Stephanum Regio; cui *Castulo*
 solet adcenseri, male habet; *Κασάλων*, inquit, *μεγίστη πόλις*
Ἰβηρίας; reponendum enim *Ὠρετάνις*: De *Oretanis* antea
 dixi. Silius Italicus *Parnassiam* cognominat, quasi *Casto-*
nam. Strabo etiam Bæticæ terminos ad Ortum Castu-
 lonem usque Veteres constituisse, memoriæ prodit. Ab
 hac urbe *Saltui Castulonensi* nomen: is hodie nonnullis,
 qui *Portus S. Stephani*, *Santistevan* vulgo. Cæsar Commen-
 tario Belli Civilis I. M. Terentium Varronem, Cn. Pom-
 pei Legatum, Hispaniæ Bæticæ Regiones tenuisse ab
Castulonensi Saltu ad Anam scribit. C. Asinius Pollio Cice-
 roni indicat suos Tebellarios tenuisse semper *Saltum Ca-*
stulonensem. *Castulonenses* habet Plinius, quos Cæsari *Venales*
 vocari ait.

Perro regnum hoc dividitur hodie in *Sierram*, *Algariam* &
Menciam; *Sierræ* caput est *Cuença*, quæ rupes est (inquit Bo-
 euterus) aspera inter duo flumina & montes, ædificiis optimis or-
 nata & multis fontium scaturiginibus; superius aream habet cui
Cathedralis Ecclesia superstructa, & *Palatium Marchionis Can-*
ta aliæque ædificia.

Algarria à *Mancia* flu. *Tago* dividitur, frumenti, vini, olei,
annonabis, croci, mellis, fructuum dives: *Tajuna* amne secatur.
Marchionatum habet *Mondegia*, & ducatus *Pastrana* & *In-*
statatus & multa ampla & splendida municipia; quorum caput
Guadalaicara, mille & quingentorum focorum, ubi dux *In-*
statatus *Palatium* habet magnificum & armamentarium in-
 fructuosissimum, sita est urbs (inquit Gaspar Barreiros) in colle
 haud

haud ita edito ad ripam flum. Henares, antiquis muris cinctus est, & ades habet satis commodas.

Mancia à Tago rigatur, illius caput est Civitas Regalis; Marchionatum habet Vigliena & Prioratum Castella, & plures alie regiones & municipia.

Cifuentes urbs à multitudine fontium sic dicta.

Medina Cœli jam olim ampla civitas, & nunc Ducatus est, ad quem octuaginta circiter pagi pertinent.

Arangivez locus delitiosus, à Tago & Xarama flu. rigatur multis fontibus, hortis & fructiferis arboribus ornatur.

Hipes, sedulus agricolu frequens oppidum.

Ocana bellum municipium supra tria millia focorum numerat.

Talavera ad Tagi ripas salubri aëre & solo fecundo posita est: ab hac in Prioratum Castella transitur.

In Prioratu Castella tredecim magna municipia numerantur, quorum præcipua, Tembleque, Consuegra, Alcastar, sequitur princeps antiquissimus Vigliena Marchionatus, in quo sunt Rueda, Albacete, Cinciglia, Villar, & Clemente, Vigliena.

Trans Anam jacet Civitas Regalis, in planicie satù depressa, ager illius est vineis sæcundus & optimi vini ferax, sed aquae fere insalubres sunt.

Almagrum huic vicinum, magnum municipium, ab aliis fontibus ita dictum.


Præterea commemorat Boterus loca à se visa in itinere, quod egit cum principe Sabaudia.

Ab Ocana profecti, (inquit) transivimus per S. Crucem de Zarza; per Vetes, caput ordinis S. Iacobi; per Campilium, per Peblam, per Vtiel, & per Richenam; municipia trecentorum & octingentorum focorum; quorum Richena in consinibus regni Valentini sita est loco perquam delectabili. In reditu autem viderunt Salinas Mengranilla, ubi pene ducentis gradibus sub terram descenditur in speluncam, quæ ab immensa columna salis Crigallini sustentatur, sunt hic quoque Salina Infesta.

Hita (Caspari Barrerio) urbs Infantatus, ad latus editi collis condita & muris cincta; cum arce in ipso collis vertice, ad quam ab imis radicibus oppidi muri sensim ascendunt. Circiter quadringentas familias illi attribuit.

Iter, quod ab Antonino Emerita Caesar-Augustam ducitur, nobilissima Castellarum hodie loca aperit:

TE
ciad
Ma
s ad
tu r
at
m no
pofa
antur
der di
meda
epref
agua
acilo
gud
em de
er Pe
O
na Va
vade
ttam
gial
ti col
e, ad
reiter
duci
ITI



Ayuntamiento de Madrid

ITINER. ANTON.

VVLG. NOMINA.

<i>Alcantara,</i>	m.p. xxvi	<i>Alcantara,</i> aut circiter.
<i>Alcalá,</i>	m.p. xx	<i>Carceres.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xx	<i>Cannaveral,</i> vel haud procul inde.
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Galindo.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Capara.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxiv	<i>Salamanca.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Cannora,</i> aut circiter.
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxvi
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxiv	<i>Simancas.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Alcalá.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Coca.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxviii	<i>Segovia.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxiv	<i>Vannocura.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Guadarama,</i> forte.
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxz	<i>Alcala de Henares.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Guadalajara.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Hiza.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxvi	<i>Sigüenza.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Arco.</i>
<i>Alcalá,</i>	xvi	<i>Rio Xileo : Aliis Los Baños de Al-</i>
<i>Alcalá,</i>		<i>hama.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Ruinae haud procul Calatayuta, in</i>
<i>Alcalá,</i>		<i>colle qui vulgo Lambola.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xxi	<i>Almunia.</i>
<i>Alcalá,</i>	m.p. xiv	<i>Lamuda,</i> forte.
<i>Alcalá,</i>	m.p. xvi	<i>Caragosa.</i>

Est & aliud, quod quum minus celebre, & pleraque superioris repetat, omitto.

CAP. XXI.

Valentia.

Valentia ad Meridiem Murciam respicit; ad Occasum utramque Castellam; ad Septemtrionem Aragoniam; ad Ortum littora ejus pulsant Mare Internum. Nomen illi ab *Valentia*, Emporio Nobilissimo, venerandæque Antiquitatis. Habet Valentia duos Montes, quibus nomen *Mariola* & *Penna golesa* (*Rupes cupedia* Latine sonant) in quos, quum Stirpibus rarioribus Herbisque variis abundant, quotidie magnus Medicorum & Herbariorum numerus, ex diversis Hispanie partibus

tibus confluit. Numquam non rari quid ibi se offe
 Qua Tortosam itur, & Iberum versus ascenditur, Arg
 ti sunt Fodinæ: locus, ubi præcipuæ, Buriel ab Inco
 dicitur. Reperiuntur & Lapides aureis venis lineo
 que interstincti in loco, qui *Aioder* nominatur. Ad P
 montorium *Finistratum* sunt ferri Mineræ: circa Seg
 biam Lapidicinæ vestigia in Piacento Alabastrum ec
 ditur. Passim Alumen, Rubia, Calx, Gypsum. Maxim
 Incolæ quæstum faciunt ex Fictilibus, quæ ipsis Porre
 na vocantur, elegantia admirabili confectis. Plura
 hoc Regno videat Lector apud Bernardinum Goma
 cium IX, XII & XIII libr. Vitæ Iacobi I Aragon
 Regis. Petrus etiam Antonius Bèuterus Theologus V
 lentinus Res Hispaniæ memorabiles tribus Tomis
 complexum profitetur: cujus præcipuus videtur fut
 scopus, ut *Valentiam* Patriam suam quam maxime in
 straret.

Valentia regnum (inquit Boterus) patet in longitudinem
 in latitudinem ubi maxime XVII leucas continet quatuor
 tates, sexaginta municipia muris cinctâ, & mille pagos trig
 quinque annibus qua parvis qua magnis rigatur, quorum
 que principales Migliar, Morvedre, Guadalviar, Xucar, Seg
 Inter Guadalviar & Xucar visitur famosa *Albufera*, tres le
 longo, unam lata, plena canneto, grata piscibus habitatio. præ
 tim anguillis, sed magis avibus palustribus. Regnum hoc inc
 bit duobus sinibus, inter quos promontorium eminet, quod ant
 Hemeroscopium & Artemisium & Dianium & Ferrarium
 xerunt, hodie puto Imperatoris Cornu appellari. Alter sinus
 cronensis dicitur à flu. Sucrone, alter Illicitanus ab Illice m
 pio grandi hodie Alicante. Portus habet Vineri, Denia, Xabia
 Alicante. Regnum universum circiter centum millia fami
 rum putatur continere, qua veterum Christianorum, qua Ma
 rum conversorum, quos vocant Moriscos; quorum in hoc reg
 major numerus quam alibi in Hispania. Baptismus quidem
 ceperunt, sed cum impune licet, ritu Mahumetano vivunt: q
 mi sunt agricola & locis ripestribus & irriguis delectantur, p
 admodum in victu atque vestitu. Regnum in quatuor reg
 dividitur, quarum prima à sinibus Catalaunia pertinet ad
 gliarez. montibus magna sui parte aspera, cæterum serici, olei,
 ni, pecorumque dives. Continet magisterium S. Georgii & p
 niciem sæcundissimam, ubi sunt Benicardo, S. Mattheo, Cap
 neq amplâ minuscipia, niento de Madrid

Secunda à Migliares ad Morvedro, continet inter alia, Villam Borrianam in planicie montibus cinctam, præterquam ad mediterraneum, multu fontibus & rivis irriguam.

Tertia à Morvedro ad Melinellum, in qua parte flos regni, Segura, Valentia, Villar, Livia, Xelua, Xativa, Alzira, Benifagio, Saguntum, Gandia, Oliva, Albardja, Alcoi & multa valles frum. ecera.

Quarta à Melinello ad Seguram, in qua sunt municipia Xilix, Denia, Sabia, Alicante, Biar, Elche.

Plura Valentiam habitasse quondam præter alios deprehenditur Hedetani, Ἡδῆται Ptolemæo forte non alii ab Segontanis. de quibus ad Aragoniam mihi dictum: Est & regio Hedetania apud Livium & Plinium. Biscargitani; ex membranis lego apud Plinium: Metropolis ipsorum Biscargis, cujus mentio in Nummo Germanici Cæsaris, teste Huberto Goltzio: videntur pars fuisse Hedetanorum, quum in iis Βισκαργίτιν nominet Ptolemæus. Leontes Plinio; quorum Metropolis Λεοντίνα etiam à Ptolemæo in Hedetanis collocatur: Mentio ejus in Goltzii Caslauro. Contestani, Κοιτησανοί Ptolemæo; à quibus Contestania Hispaniæ Tarraconensis Regio apud Plinium: hodieque in memoria servatur hodieque in Opido Contayna, vel aliis effertur, Contentaina ad fontem ejus amnis, cujus adpositum videtur opidum Oliva contra Pytiusas Insulas. Lusones; quos ad Iberum fluvium ponit Appianus in Ibericis, Numantinis vicinos; ad Tagi fontes perungere scribit Strabo. Lobetani, quorum Metropolis Ἀλβου Ptolemæo; quam Beuterus scribit antea Turiam, postea Averazin, tandemque, ut hodieque, Albarrazin dictam. Appiano in Ibericis, Saguntinis vicini, à quibus Turbula Ptolemæo, Torres hodie fortean. Celtiberos, ut eos appellant Plinius lib. III, cap. III, Pomponius Mela lib. III, cap. I ceterique Latini; qui Κελτισες, Ptolemæo; quidam Castellæ Veteri adscribunt, plerique Valentia.

Illud satis constat Celtiberorum Pomeria huc illuc longe lateque se extendisse. Clunia, de qua dixi cap. XIX, Celtiberia finis Plinio vocatur. Posidonius apud Strabonem lib. III, auctor est M. Claudium Marcellum Tributum ex Celtiberia exegisse Talentum Ioc: ex quo conjecturam facere licet, inquit, quod Celtiberorum natio frequentissima fuerit, & auri atque argenti copia excellens, tamen si agrum incolerent, sterilem. Nomen compositum

160 P. MERVLE COSMOGRAPHIA
positum ex Celtis & Iberis. Lucanus lib. IV:

profugique à gente vetusta

Gallorum Celta, miscentes nomen Iberis.

Sic Silius Italicus lib. III Belli Pœnici II:

Venere & Celta, sociati nomen Iberis,

His pugna cecidisse decus, corpusque cremari,

Tale nefas caelo credunt Superisque referri,

Impastus carpat si membra jacentia vultur.

Celtiberi, apud eundem Strabonem, & confinales ipsi
Boream versus habitantes Deo cuiusdam, cujus nomen
ignoratur, plena Luna, tempore nocturno Pervigilant
celebrant, choreas ducendo. In Celtiberis vicinis V
Segedæ ponit Appianus in Ibericis *Tithos* populos.

Metropolis *Valentia*, *Valencia* vulgo: cujus antea me
mini. Hanc Contestanis Ptolemæus (cui *Βαλάντια*) He
tanis autem adscribit Plinius. In Nummo quodam
apud Goltzium est COL. IVL. VAL, id est COL
NIA IVLIA VALENTIA. Habet etiam Nummum
Surita in cujus una facie *Mercurii* videtur esse Caput,
cum Inscriptione C. LVCIE N. C. MVN. I. Q: altera
vero *Cornucopiæ* figura, fulmine transverso; & infra co
nu, VALENTIA. Mirum est Strabonem nullam face
re hujus Urbis mentionem, quum *Cherronesi*, *Oleasiri*, *Dre
tosa* ad Iberi transitum meminerit: eaque celeberrima
fuerit bello Sertoriano; conflictu, quo Cn. Pompejus
juxta eandem urbem Herennium & Perpennam, ma
gnos Sertorii Duces, devicit. M. Tullius Prælium illud
Turiense vocat; quod inter *lava mœnium* & *dextrum flumen*
Turiam, ut Sallustius scribit lib. II Historiarum, fuerit
commissum. Urbs Hispaniæ primariis, ut olim, sic &
hodie, conlocanda: duodecim ædificiorum habens mil
lia; præter quæ in Suburbiiis & Hortis, Urbana suo nu
mero fere exæquantia. Sita est in intimo Sinus Sucro
nensis recessu ad dextram fluvii Turia ripam: à mari
remotam tribus passuum millibus tradit Plinius. *Valen
tia* Moribus & Institutis clara. Disciplinis liberalibus
exculta; Mechanicis Artibus nobilis; magnis Ingeniis
felix: Pacis Concordiæque Cives inter servandæ studio
sissima: Multorum Equitum splendore illustris: Mercat
orum Commerciis dives. Academiam habet celebrem,
in qua S. Dominicus, Ordinis Prædicatorum auctor, bo
nis Artibus Sacræque Theologiæ operam dedisse scri
bitur.

Præter hanc in regno Valentia est & Academia
Andiana, quam non ita pridem erexit Illustrissimus
 Andia Dux; ut ibi præcipue Patres Societatis Iesu,
 equam seipsum quoque contulisse fertur, philosopha-
 tur. Silentio non prætereundum, quod de Valentinis
 ait L. Marineus Siculus; iis in more positum esse sin-
 tis annis, Festo D. Matthiæ, fufis precibus factisque
 orationibus, ad locum Suppliciis destinatum ire, ibi-
 de Damnatorum Corpora, siue suspensa sint, siue humi
 ceant, suscipere, ossaque sparsa colligere; mox autem
 omnia feretris imposita ad commune Civibus omnibus
 pulchretum devecta honorifice, Sacrificiis Orationi-
 que peraetis, Terræ mandare. Memoriae prodit Pe-
 trus Medinensis esse in hac Vrbe supra decem millia Pu-
 blicorum Aquæ Vivæ. Tritum est apud Hispanos Prover-
 bium, quo *Barcino* fertur *diver*, *Cæsar* *augusta* *satura*, *Valentia*
erosa. Infinita hic Antiquitatum Romanarum rudera
 & plurimæ Inscriptiones: quarum quædam apud Beu-
 rium, Ambrosium Moralem, Hotomannum in Cæsaris
 obemerides, & alios. Exacta ejus descriptio Lausque
 apud Ioannem Marianam lib. xii, cap. xix. & Marineum
 Siculum lib. iii extremo. Stetit olim ad ripam Turia
 austram, haud procul Valentia (Strabo lib. iii. Plinius
 lib. iii, cap. iii, mille passibus ab Mari separant) Sa-
 guntum; *Ἡλεκτινῶν* urbs; *Σαγυντῶν* Ptolemæo; *Σαγυντῶν*
 Straboni; *Σαγυντῶν* & *Σαγυντῶν* Stephano: *Secundum* & *Se-*
guntum vitiose apud Antoninum. Hodie putatur à ple-
 beque *Morvedre*, sic dictum, ut quidam censent, ab *Muris*
interibus. Theatrum certe & nunc ibi, cum Scena, alia-
 que multa Antiquitatis vestigia. *Zacynthorum* Coloniam
 faciat Appianus: *Σαγυντῶν*, *ἡλεκτινῶν*, inquit Strabo lib. iii,
Σαγυντῶν: quidam *Saguntum* Herculis filium conditorem
 opinantur: sunt & qui ab *Sagis Ibericis* nomen accepisse
 volunt. Situm describit Silius Italicus lib. i. *Sagunti*
Muris Cæmenta tribuit Livius lib. xxx; quæ calce du-
 rata erant, sed interlita luto, structuræ antiquæ genere.
 Constat ex Plinio Saguntinos olim coluisse Dianam, eo-
 dem ab *Zacynthiis*, ipsorum Progenitoribus, advectam;
 annis ducentis ante excidium Troiæ. *Saguntus*, Fide &
 ærumnis incluta, Pomponio Melæ. De expugnatione
 Urbis nobilissimæ, Cladeque, quæ ob admirabilem con-
 stantiam & egregiam in Romano fidei, incidit in an-
 num

num ab v. c. Id xxxv. M. Livio Salinatore, L. milio Paullo C o s s. consulendi Livius lib. xxI, Ptolemaeus lib. III, Orosius lib. IV. cap. xIV, Eutropius lib. I Florus lib. II histor. Roman. cap. vI, Silius Ital. lib. V Valerius Maximus lib. VI, cap. VI, Augustinus lib. III Civit. Dei, cap. xx, Auctor de VV. Inlustr. cap. XI Æmilius Probus in Annibale, Cicero in Philippicis, qui non? Superest memoria *Senatus Populique Sanguis* quo loco Vrbs fuit, in Muro Veteri; his verbis:

SENATVS. ET. POPVLVS. SAGVNTINORVM
CLAUDIO. INVICTO. PIO. FELICI. IMP. CÆS.
PONT. MAX. TRIB. POT. P. P. PROCOS

Non ignobilis in Valentia loci sunt hodieque *Segobrica*, *Σεγοβριχα* Ptolemæo & Straboni, uti placet Valsartio Clusio, Taraphæ, Emanueli Enrico, & aliis: *Segobrica* habent Nummi Augusti. Incolæ Plinio *Segobricenses*; in capite Celtiberiæ ponenti. *Segobrica* tamen Moricensesetur *Injeſta*, vel *Cabeça el Griego*; cujus sententiæ & Ioannes Mariana. Hieronymus Surita, ubi fuerit *Segobrica*, dicit se ignorare. *Segobrica* meminit antiquum Marmor, quod Tarracone:

L. ANNIO. L. F. GAL
CANTABRO
FLAM. ROMÆ. ET. DIVOR
AVGVST. P. H. C
OMNIBVS. HONORIBVS
GESTIS. SEGOBRICAE
DECRETO. ORDINIS. PECV
NIA PVBLICA SEGOBRICENSES

Denia, *Dianium* (ut volunt Florianus, Moralis, Clusius) apud Ciceronem & Plinium, qui *Stipendiarium* cognominatur: *Ἀσπίδιον* & *Περπορνωτίον* est Straboni, haud procul *Ferraria* Promontorio. *Castrum Altum*, arx Hispaniæ Citerioris valida, Amilcaris Pœni cæde insignis apud Livium; hodie, ut vult Beuterus, *Castralla* vocatur; Florianus non est *Castel-Serás*. Incibilis Livii; quæ *Indibilis* Frontino, ubi Annonem Carthaginensium Ducem ab Scipione fugatum narrat, *Chelua* censetur Floriano, subdubitantiamen. *Illici* Plinio; *Ιλίκια* Ptolemæo, *Illice* Pomponio, *Illici* Colonia Nummis; *Ιλίκια* etiam Ptolemæo (unde *Illici*)

hodie aliis *Alicanta*, aliis *Elche*, quod propius
 edit. *Belgida* Celtiberiæ Vrbs, quam Orosius lib. v,
 scribit à Cn. Pompejo Magno captam, nomen
 retinet. *Alicanta*, quæ & *Edicta* Ptolemæo (unde *Hedi-*
populi) *Liria* hodie est Clusio & Morali; Floriano
Oliste Orosio; Ptolemæi, *Horivela* & *Oriola* Gome-
 est & Clusio; *Zamora* Nebrissenfi. *Bigerra* Livii, *Bi-*
 Ptolemæi; hodie *Bejar* Beutero & Vafæo; Clusio
 est. Quæ *Setabis* Straboni, vel *Setabis* antiquis La-
 bus, teste Clusio; hodie Floriano iudice, *Xativa* cluit.
 hæc sufficiant; ne proferendis in medium omnibus
 immensum excrescat volumen; tædiumve pariat
 tori.

Secundum regni oram maritimam Carolus V circiter viginti
 turres locis opportunis fabricari curavit, in quibus duo pe-
 & unus eques jugiter excubant, ut piratarum aut hostium
 specularentur & incolis obnuncient.

Regni porro Titulum accepit Valentia circa annum
 1111, uti auctores sunt Petrus Medinensis
 Petrus Antonius Beuterus; qui omnino, cum aliis,
 legendi.

CAP. XXII.

Murcia.

Murciæ Regnum ab Occasu Granatam tangit; ad
 Septentrionem Castellam Novam: cetera clau-
 dit Mare Mediterraneum: olim, ut ex Strabonis
 delineatione, *Spartarius Campus*, de quo dixi
 p. 111. Nomen habet ab *Murcia*, Vrbe Regni prima-
 ria. Optima in hac Provincia fiunt Vasa ex Creta,
 utraque hic Serici quantitas.

Obtinuerunt quondam hæc Loca *Bastitani* *Bastitani*
 Ptolemæo; *Vastetani*, corruptius in prima littera, Livio:
Bastitani Antiquæ Inscriptioni in Agro, qui hodie *Madri-*
 ubi Boves quinque Marmorei, singuli cum sequen-
 titis Titulis:

habet in Latere dextro, LONGINVS. PRISCO. CALVO
 in sinistro; LAVINIO. PRI. F. C
 in Latere dextro; CÆCILIO. METELLO
 in sinistro; CONS. II. VICTORI

III in Latere dextero,
in sinistro;IV in dextro,
in sinistro;

V habet

EXERCITVS. VICTOR
HOSTIBVS. FVSIS
L. PORCIO. OB. PROV. OPT
ADMINISTRATAM
BATESTANI. POPVLI. F. G
BELLVM. CÆSARIS
ET. PATRIÆ. EX. MAGNA. PAB
CONFECTVM. SEX. ET. CN
MAGNI. POMPEI. FILIIS. HI
IN. AGRO. BATESTANIORV
PROFLIGATIS

Eorum Regio *Bastitania* apud Plinium. Videntur
esse, qui hodie *Baça* opidum colunt. Nam & *Basti* Anto-
nino *Bastetaniæ* urbs. De *Bastetanorum* moribus singula-
laria quædam commemorat Strabo lib. III. Præter
stitanos fuerunt & *Belli Biddoi*, Appiano in Ibericis; qui
litani à Plinio videntur appellari. Item *Deitani*, quorum
regionem *Deitaniam* circa Carthaginem Novam collocat
Plinius.

Metropolis *Murcia*, sita ad Fluvium, qui *Tietes* Prole-
mæo. Ipsum Opidum *Murgis* Plinio, *Mæyis* Ptolemæo,
cujus populos *Murgos* vocat Antoninus. Aliis tamen
Murgis Plinii *Muxæra* putatur, *Mæyis* autem Ptolemæo
Murga. Sepultus hic est Alphonsus Ferdinandi Regis
lius: qui ex Rege Castellæ Romanorum Rex Imperii
Occidentis creatus est in Schismate contra Richardum
Ioannis Anglorum Regis Filium, pridie Calendas Apr-
lis anno CIO CCLVIII; regnavitque annos XV,
menses VI. Quum autem anno CIO CCLXXIII
sponte Imperii molem deposuisset, in Hispaniam rever-
sus parum gratus fuit filio Sanctio; passimque exclusum
sola recepit Murcia, Privilegium inde consequuta, ut se-
ptem coronas Insignibus suis imponeret. Summus fuit
Astrologus, & Sideralis Scientiæ peritissimus; ejusque
extant Tabulæ, quæ Alphonsinæ ab eo dictæ. Est ibi &
Carthago Nova, ab Asdrubale, Pœnorum Duce, ut Strabo
lib. III notat, quo tempore contra Romanos bellum
gerebat, condita. Hæc Appiano, Plinio, Antonino, Isido-
ro, aliis *Spartaria*, *σπαρταρία*, cognominatur, à *Spartano*
Campo. *Κυβέπολις* etiam ad differentiam Veteris appellatur
Polybio lib. I LI, & Stephano. *Phanissa* dicitur Polyano,
militar

istius in Africa, quæ à Phœnicibus condita. Idem
 Anus censet prius Saguntum nominatam; sed post-
 Annibale excisam, & Carthaginienſium Coloniam
 am, Carthaginem Spartagenam fuiſſe nuncupatam. Sed
 aginem & Saguntum duo diverſa eſſe Opida, nimis
 notum. Labitur & alias in Hispania Appianus, Ibe-
 in Septentrionalem Oceanum evolvi ſcribens,
 in Mediterraneum erumpat. Novam autem dictam
 bit Ioannes Gerundenſis Episcopus Paralip. Hispa-
 lib. I ſub finem, & lib. III, non ob Africanam illam,
 Veterem aliam in ipſa Hispania. Certe Carthago Vetus
 emæo eſt Elarcaonum urbs in Hispania Tarraco-
 ni; quam Pœnorum cognominat Plinius; cuiusque
 antio apud Ciceronem de Lege Agraria: Cantavilla ho-
 ut ſcribunt Varrerius & Beuterus; Canta Vera Anto-
 Auguſtino; Villa Franca Gerundenſi. Καρχηδών ἡ νέα,
 bitur Straboni lib. III, καλλιῆ πολὺ τῶν τῶν πόλεων. Καί
 ημολάτη, καὶ τεῖχος καὶ ὀχυρώσεσσι καλῶς, καὶ λιμῆσι καὶ λιμνῇ ἑ-
 καὶ τοῖς τῶν ἰεργουρίων μελάλλοις, περὶ ὧν εἰρήκαμεν. Addit de-
 de, Ibi & propinquis locis frequentiffima eſſe Salsa-
 ta: item ampliffimum eſſe Emporium, ſive rebus è
 ad Mediterranea inportandis, ſive ex penitioribus
 pania locis ad tranſmarinas Provincias exportandis,
 Italicus lib. xv ita deſcribit:

*Urbs colitur Teucro quondam ſuadata vetuſto
 Nomen Carthago, Tyrius tenet Incola muros.
 Vt Libya ſua, ſic terræ memorabile Iberis
 Hac Caput eſt: non ulla opibus certaverit auri,
 Non portu celſove ſitu, non dotibus arvi
 Vberu, aut agili ſabricanda ad tela vigore.
 Invade adverſis nate hanc ductoribus Urbem.
 Nulla acies fama tantum, prædave paravit.
 Carthago impenſo Natura adjuta favore
 Excelfos tollit Pelago circumſlua muros;
 Arctatas Ponti Fauces modica Inſula claudit,
 Qua Titan ortus terras adſpergit Eoo.
 At qua proſpectat Phæbi juga ſera cadentis.
 Pigram in planiciem ſtagnantes egerit undas,
 Quas auget veniens, reſluusque reciprocatur æſtus,
 Sed gelidas à fronte ſedet ſublimis ad Arctos
 Urbs impoſta jugo, pronumque excurrit in aquor.
 Et tuta aeterno deſendit maria fluctu.*

Madrid

Hanc

Hanc P. Cornelius Scipio Africanus, anno ab v. c. I
 XLIV M. Claudio Marcello IV, M. Valerio Lævinio
 II. COS. belli Punici II, anno IX, oppugnatam undecim
 die cepit; Magone mox Se, Arcem & Præsidium dedecit
 te, scribentibus Livio lib. XXVI, Eutropio III, Oro
 IV, cap. XVIII, Polybio lib. X, Silio lib. XV, Auctore
 VV. Inlustribus cap. XLIX, Plutarch. in Vitis, Plinio lib.
 XXVI, cap. IV, Appiano de reb. Hisp. Floro lib. II, cap.
 XVI, & aliis: Hic idem Scipio Captivam Virginem Car
 thaginienſis formæ Sponſo Allucio Celtiberorum Principi im
 tam reddidit; iisdem testantibus, cum Valerio Maximo
 lib. IV, cap. III, & Agel. VI, cap. V: hic denique
 in Ludis, ab ipſo Scipione factis, duo Hispani Principes
 Corbis & Orſua Patruelles, de Regno diffidentes, imperio
 facto, perierunt; quod ſuperiorum plerique memoriam
 produunt.

Porro Cartagena portum habet ampliſſimum & tutiſſimum
 ibidem & Scombrorum piſcatio opulenta, à quibus inſula
 qua portum concludit, Scombraria dicitur; & in ditione
 maxima copia ſparti naſcitur. Nonius ſcribit à Philippo II
 ſtaurari cœpiſſe, ne à piratis aut Turcis occuparetur.

Sex leucis à Cartagena verſus occidentem ſitum eſt caſtellum
 Almacarron, ubi ingens aluminis copia reperitur, è qua dux
 ſcalona & Marchio Velæ maximum capiunt emolumentum.

Reliqua nobiliora loca ſunt Guardamar, Portilla, Vera
 Virgi unde ſinui nomen; Muſſacra.

Haſtenus Citerioris vel Tarraconenſis Hiſpaniæ, quæ
 antiqua Romanisq; uſitata Diſtributione principem
 cile locum tuebatur, partes recensui, ſequuntur, quæ
 tica attribui ſolitæ: quas antea quam ingrediari, operam
 precium me facturum arbitror, ſi prius Iter illud nobiliſ
 ſiſſimum, quod ex Gallia Narbonenſi in Beticam uſque
 per maritimas ejuſdem Tarraconenſis Stationes Antiquum
 Itinerarium ducit, proponam; conlatum magna parte
 cum Itineraria Peutingeri Tabula, cujus antea mem
 ni, cumque hodiernis Urbium Opidorumque appellatio
 nibus.

ITIN. ANTON. IT. PEVT. TAB. | HOD. NOM.

Nemaſum, m. p. XIII	Nemaſo, leg. Nemaſo, xv	Niſmes.
Ambruſſum, m. p. xv	Ambruſſum, xx	Santbrès.
Extentionem, m. p. xv	Serratione, Leg. Sextatio.	Sant.
		xv

Thiar,	m.p. xxv
Cythrinem Spartariam,	xxv	Carragea.
Elstrocum,	m.p. xli	Lorca.
Ad Morum,	m.p. xxiv
Basil,	m.p. xxvi	Baza.
Acci,	m.p. xxvi	Gnaxix.
Acasucei,	m.p. xxviii
Vineulas,	m.p. xxviii
Montesam Basiliam,	m.p. xi	Montexa.
Castuloncom,	m.p. xxv	Castonia la Vieja.

Sequitur perambulanda jam *Ætica*, cujus Partes
xi, statui *Granatam*, *Andaluziam*, & *Extremaduram*.


C A P. XXIII.

Granata.

Granatæ Conregionales sunt ad Ortum Murcia;
Septemtrionem Castella Nova; ad Occasum
daluzia: Meridionale Latus ab Iberico Mari
luitur, oppositas habens oras Africanas. Nomen illi
Urbe Granata, Metropoli. Longitudo Granatæ, in
L. Marineus Sculus lib. xx de rebus Hispaniæ, est
suum millium circiter ducentorum, & latitudo fere
tum; patetque circuitu ad passuum millia septingenta
Est enim Longitudo ab Ronda usque ad Oscam; Latitudo
vero ab opido Cambili usque ad Mare Mediterraneum
& Portum Almugnecaris. Qua Meridiem spectans
ex una parte planicies habet amplas & fertiles Campi
pos; ex altera Bastanos Montes altos, & ascensu difficiles:
Vulgus *Alpuxarras* appellat. Est ibi omnium
rum, quæ sunt ad hominum vitam degendam necessaria,
magna fertilitas; saluberrima semper aëris cœlestis
temperies, ubi neque Tellus nimio Solis ardore torretur,
neque frigore coarctabitur: hominibus perpetuo
temperamento perfrue. us.

Commoratos olim in hac Hispaniæ parte lego, cum
illis proculdubio, *Sexitanos*: quorum opidum *Sex* Plinius
sic Ptolemæo post Manocam & Menobam in Bæstul
quod τὴν Ἑξίτανον πόλιν, Straboni; *Sexitanum* (alia Exe
plaria habent *Saxetanum*; *Saxetani* etiam *Lacerti* mem
nit Martialis lib. vii, Antonino; *Hexi* apud Pompei
Melam





GRANADA.



Ayuntamiento de Madrid

am : Floriano Motrel hodie ; Coquo & Pineto Velez
ga ; Clusio Salobreña ad mare : Σεβίγια legitur apud
mzum lib. III. Sexitanis vicini fuerunt *Bastuli* : Bz-
qui & Πόντοι, cognominantur Ptolemæo, Populi Hi-
zæ Bæticæ ad Fretum Gaditanum. Certe *Pæni* suas
utraq; Freri parte Sedes fuisse, testantur etiam Se-
de de Consolatione, Plinius lib. III nat. hist. cap. I,
Componius lib. II, cap. VI. Eo, ut bene censet, etiam
Criticorum illum Parentem Hadrianum Turne-
m, Abrahamus Ortelius, respicit in Odis Horatius
II, Od. II :

*Latius regnes, avidum domando
Spiritus, quam si Libyam remotis
Gadibus jungas, & uterque Pænus
Serviat uni.*

Metropolis Granata : sic dicta ab Malo Punico, quod
metum vocatur. Nam ut *Malum Puricum* granolum
& Acinis, hoc est *Granis* densissimis refertum ; sic &
quit Georgius Hoffnagel, Civis Antverpianus, qui
hic Urbem coloribus suis optime delineavit) Vrbs Gra-
ta densissimas domos, & dehiscantis *Granati* similitu-
nem habet. Alii aliunde dirivant : quidam *Granatam*
pellari perhibentes ; à Cocco ; cujus in ea Provincia
gens copia legi solita, quam rem *Granam* Hispani di-
cunt ; quidam quasi *Gar Nata*, ab *Gar*, quod lingua Puni-
Antrum, & *Nata* Nympha, cui in isthoc Antro Domici-
m erat, quæque iis in locis ab Incolis olim colebatur.
Regis (ab *Illiberia* Hispani Regis filia, ut quidam som-
niant) Ptolemæo multorum iudicio ; *Illiberi* vel *Liberini*
Stephano. Vasaëus tamen *Granatam* *Illiberi*
centiorem censet, & ab ea duabus leucis distare. Suf-
ragatur Moralis ; scribens *Illiberim* non procul Granata
esse in eo Colle : qui vulgo nunc *Elvire*, immutata non-
nil antiqua voce ; ubi *Elvira* erat opidum ; ab eoque &
hodie Granatæ Portam esse *Elveriam*. *Illiberim* hac ætate
Amariam nominari putat Episcopus Gerundensis ; Gra-
natam autem esse, quæ Ptolemæo *Ιδρίπυλα μεγάλη* ; Plinio
simpliciter. Circuitus Granatæ passuum millium
circiter est duodecim. Mœnibus undique cingitur, tuen-
tibus eam mille triginta Propugnaculis. Portæ, quæ sunt
numero duodecim, ad Occidentem faciles habent exi-
tus, & Campos amœnos ; ceteræ vero ad Orientem, sub-
difficiles.

difficiles. Vrbs communi nomine *Granata* dicitur, *Granat* inter
 demia nobilis, duos comprehendens, præter minores amo
 lios, nonnullius altitudinis Colles, quos *Daurus* flum. noble
 (*Daurum* Bernardus Gentilis Poëta nominat, quasi *aurum* hant, ha
tem Aurum, quod in eo quam optimum legi consue Gra
 unde & vulgo *El Rio del Oro*) per Vallem mediam flum, ,
 dividit. Vrbs in quatuor hodie distributa est Partes, numer
 separatas, suisque appellationibus distinctas. Prima Est &
 culiari voce *Granata* nuncupatur, Loca declivia & Reg
 les occupans. Habitant hic Ecclesiastici, Nobiles plurimod
 que, potentiores Mercatores; in Ædificiis omnes magni si al
 ficiis, quibus Horti conjacent amœnissimi. Templo que fal
 coratur longe maximo, sumtuosissimi mirabilisque op mani
 ris; in quo Sacellum splendidissimum, corpora servat, va
 Ferdinandi & Isabellæ, qui Granatam Maurorum tyr armor
 nidi ante centum, & qui excurrunt, annos eripuerat ere p
 Iuxta est perantiquum Maurorum Fanum, *Mesquita* icas
 rum lingua nuncupatum. Est in eadem Urbis Regiæ qu
 Summum Iudicium Tribunal, ad quod supremæ Iusticiæ que
 ciorum omnium Appellationes devolvuntur: cui præsentian
 præsunt *Oidores* appellantur. Est ibidem Platea vel Re-tiaq
 rum Venale, conspicuæ magnitudinis, nuper à Christiano rantu
 nis instructum: *Bivaramblam* Mauri vocant, *Arenam* ce ele
 significari dicentes. Forma est quadrangularis, ad magni aut
 sæ similitudinem: Longitudo pedum est quadringentum a
 rum, Latitudo ducentorum. Ibi Fons est excelsus & continen
 signis. Foro conjuncta est domus *Alcaceria*, Tabernaculuz,
 habens fere ducentas, in quibus serici panni ceterarum mobilie
 que rerum merces quotidie venduntur. Secunda Vrbanale
 Regio in altiore sita Colle, qui Solis spectat exortibus
 (unde & *Sierra del Sol*) voce Maura *Alhambra* dicitur, deud
 Mauri *Rubram* significari notant, sicque nominari velum hu
 Conditore, homine rufo; vel ab rubra Terra, quæ nunc, cin
 etiam conspicitur in ædificiis. Habitat plurimum Mauri
 Mauris & Hispanis. Occurrunt ibi multa singularia cætur;
 primis Arx Nova, ab Philippo II Hispaniarum Rege Monte
 forma quadrata, ex cæruleo lapide, qui singulari Arci-entes
 tecturæ artificio ad normam sectus, condita: Aream h
 bet rotundam, valde elegantem, & amplam; Ambituæ, I
 autem, triplicibus Menianis (quæ Columnis Marmoreis
 venusto ordine dispositis, sustentantur) lætaque ambu
 tione distinctum. Multa et varia ibi Conclavia; in qu
 ra

interiore ornatu Ars & Sumtus decertare videntur. amœnus illi undique prospectus, ut oculi incredi-
 oblectatione sese pascant; nusquam non, quoquo se
 habentes, quo DEI ac Naturæ bonitatem, Agri-
 Granatensis felicitatem admirentur. Opus sane, di-
 quod decantatis totius Vniversi Miraculis non
 meretur modo, verum etiam optimo jure præfera-
 Est & in eadem Urbis Regione antiquum Mauro-
 Regum Palatium vastitate visenda; Defensores
 amode admittens ad quadraginta millia. Hoc uni-
 si alia deessent indicia, quanta magnificentia, quan-
 ne saltu gens barbara Granatense Regnum possede-
 manifeste loquitur. Interior Structura valde sumtuo-
 valde superba, ex Porphyrite constans, Iaspide &
 Muri, Trabes, Tabulata auro sunt obducta:
 passim est Emblemata, Hieroglyphicas Notas, A-
 Litteras, varia Signa, Musivo opere incrustata.
 quum sint exquisita, & raræ notæ ornamenta, ma-
 Mauritanicæ gentis opes & singularem magni-
 Christianorum cura dili-
 interitu, quantum fieri potest, con-
 collapsaque restaurantur. Locus est in eadem
 elegans & spaciosus, forma quadrata, vulgo *El Qua-*
ut Los Leones: in cujus medio duodecim Leones La-
 admodum capax ex candido Marmore in dorso
 medium spacium Fons exornat limpidissimæ
 in altum ad instar erectæ hastæ rapidissimo motu
 in idem Labrum deinde recidens; unde
 & delectabiles Aquationes promanant, in
 Maurorum Reges cum Reginis æstivos Calores
 lavandoque mitigare perhibentur soliti. Lo-
 hunc Meniana, quæ marmoreis innituntur Colum-
 Ex hac Arce, in quantum oculorum acies
 ascendere se potest, universa propemodum Granata vi-
 læta etiam Arva, *La Vega de Granada* nuncupata:
 Montes insuper conspiciuntur, perpetuis Nivibus cœn-
La Sierra Nevada vulgo; Ferarum quoque Viva-
 in eoque omnis generis Animalia; Cervi præci-
 Damæ & Capreoli. Ultra hanc Arcem paullulum
 elegans & splendida Domus, *Generalipha*, se
 natura, arte, situ ad venustatem & recreationem
 composita, Aëre sereno semper paudet. Multis abundat
 Fontibus

Fontibus, suavissimo murmure undique discurrentibus, ad
 quorum unus, mirabile & jucundissimum visu, Aquæ
 miram altitudinem copiosissima eructatione, brevitate
 crassitudine evomit, quod extra istius domus muros
 gissime prospici potest, maxime splendente Sole. In de
 tereo hic consitas arte Silvulas; Arbores patentibus
 mis generosis fructibus graves; Sepimenta reticulata
 inque iis feras magno numero bestias. Ipsissima via
 Sedes Voluptati Deliciisque ab Maurorum Regibus
 consecrata. In Verticem porro montis enitenti occurrer
 ætate multa conlapsum fere Maurorum Fanum, ab
 stianis *S. Helena* nunc dedicatum: ad quod fere omnes
 qui Granatæ videndæ desiderio flagrant, conscendunt.
 ut ejus Templi Muro suum Patriæque nomen inscribitu
 bant: quod quidem ea consuetudine Vulgique opinio
 receptum, ut is Granatam non censeatur vidisse, qui Ma
 non præstiterit. In eodem hoc Monte Maurorum Regibus
 suos olim habuerunt hortos, vario Florum & Herbarum
 genere decenter vestitos; quorum nunc etiam man
 satis supersunt indicia. Iuxta Cisterna est publica,
 dicta; Imbris colligendis quomdam ab Romanis
 rata: Aqua inibi non solum nullum Putredinis inco
 modum sentit, verum etiam medendi vim habet & san
 cultatem: quod Hispani longa experientia sunt do
 Nam pota Ventris fluxum sedat. In Latere ejus
 Montis *Ædicula Sacra* est, multa antiquitate & ven
 randa Martyrum memoria nobilis: *Los Martyres* vulgo
 ubi Putei & Antra in Rupibus excisa, & scalpellis en
 vata conspiciuntur: quorum ut Ingressus sunt angustius
 res, ita interiores recessus latioris sunt spacii: in
 Mauri Christianos, quos ingenti numero captivos tene
 bant, crudeliterque tractabant, noctu protrudere &
 nibus demittere solebant, diuturnis laboribus fractos
 confectos. Hispanis *Masmoros* dicitur. Tertia Urbis
 gio, *El Alveysin*, duos complectitur Colles, admiranda
 ædium frequentia cultos. Hæc, quia à solis Magnæ
 quomdam habitabatur, non altera Civitatis Regio,
 diversa plane Natio habita & Idiomate ab reliquis
 Granatæ Incolis separata esse videbatur: Agricultura
 & Serici Textrinis ut plurimum victum quærebant:
 quantum Vxoribus luxui Serico, aureoque & argenteo
 vestitu indulgere, tantum sibi viliori habitu Viri sol
 ba

adimere ; sacco semper onusti, etiam si prædivites,
 Aquæcentes, ut qualiacumque onera, Mercedis conse-
 re, brachia gratia, petentibus ferrent. Nomen Fidemque
 muros cum pietate exstimulari, tum Poronarum adducti
 Sole. dederunt. Hujus Partis Porta est illa, per quam
 entibus Rex, *Il Ró Cicho, Rex Parvulus* nuncupatus, Se,
 reticulatam, & Arcem tradens Ferdinando Regi, exivit, &
 na viam pugnat Granatensis Regni memoriam sempiternam
 Regnum flagitavit hanc, ut nemini post se ea umquam
 ti occurreret. Quod ab Ferdinando facile impetravit : ideo-
 m, ab eo tempore semper clausa mansit ; &, ne un-
 re omnia aperiretur, firmum illi oppositum fuit Propugna-
 scendum. Fertur Rex Maurorum egressus, inque Colle
 nen institutus, quum magnificam, quam deserere coge-
 e opinari Urbem tristis intueretur, in lacrumari cœpisse. Quod
 Te, quæ Mater ejus videret, quæ & ipsa in fuga salutem quæ-
 rum Regem, Filium adfata, *Merito*, aiebat, nunc extra Urbem pue-
 Herbae emittit lacrimas, in qua, tamquam Vir, cordate pro Aru &
 manibus pugnare noluit. Quarta denique Urbis Pars, quæ
 lica, temporis successu ob majorem Civium frequentiam ad-
 manita, *Antiquerula* nominatur, præstans etiam & populo-
 is in- situ plano. Incolæ *Antiquerulani* vocantur ab *Anti-*
 pet & opido, unde huc prolecti memorantur. Hi Byssum,
 unt de Mosericum, Karmesinum, Bambacium, Damascenam,
 e ejusque præstantioris pretii telas magna copia neque
 & Veneremendo quæstu conficiunt. Sed ad Metropolis hu-
 tes vulgari Regni delineationem hæc sufficiant : perlustremus
 ellis et nonnulla ejusdem Opida. Quod ab Interni Maris
 angulus hodie *Malaga*, *malaca* Straboni & Ptolemæo voca-
 i : unde, *malaca* Stephano ; *Malaca* Antonino ; *Malacha* corru-
 ivos te & contra Veterum Codicum fidem, cum adspiratio-
 ere & in Vulgatis Plinii Exemplaribus ; *Malecha*, corruptius
 fractio Mariano in Decretis. Urbs est Episcopalis. Situ, Civium
 Urbis frequentia, Rerumque omnium copia celebris. Eo va-
 dmirari nationum Mercatores, potissimum vero Belgæ,
 lis Maris numero singulis annis confluunt, ad exportan-
 egio, quos Vindemia hoc loci suppeditat, delicatissimos
 reliquias. Portum enim habet commodissimum ; cujus
 riculorum Festus Avienus meminit in Maritimis :

Et rursus inde si petat quisquam pede
 Tartesiorum litus exsuperet viam
 Vix luce quarta. Si quis ad nostrum Mare

Ayuntamiento de Madrid

Malaga

*Malacaque portum semitam tetenderit
In quinque Soles est iter.*

Vrbs contra hostiles insultus usque adeo munita, firmis-
que mœnibus est secta, ut Valli invictique Propugnaculi
vicem contra Africam obtineat: ideoque ab Rege Ar-
mamentarium totius fere Hispaniæ hic locatum; omni-
Armorum, Machinarum bellicarum, Commeatusque ge-
nere instructissimum; ex quo maximis Impensarum
sumtibus perpetuum Præsidium in suis Africæ opida
sustentat atque communit. A Phœnicibus conditam
nonnulli adserunt, anno ante Christum natum I c c c
x x x x. Fictilia Vasa conficiuntur hic nitidissima. Ci-
ves *Malacitani* in antiquo Marmore, quod Romæ. Flo-
men ejusdem cum Vrbe nominis, memorat Avienus,
quem dixi:

*At propter hos mox est Iugum Barbetium,
Malacaque flumen Vrbe cum cognomine.*

De Malaca etiam auctor Commentarii belli Alexandri-
ni: Ipse omnibus rebus celeriter correptis, *Malacam* contendit.
Ab hac Vrbe Gados usque iter describit Antoninus,
c x l v millium passuum, per hæc opida, *Sivel* (sive Pro-
lemæo, *Molena* vulgo putatur) *Cilnianam*, *Barbarianam*, *Cal-
pe-Cartejam*, *Portum Album*, *Mellariam* (*Bejar de Melena*, vel
Bejar de la miel, aliis *Tariffa*) *Belonem Claudiam* (*Tariffa*, qui-
busdam *Brabate*) *Barsipponem*, *Mergablum*, *Ad Herculem* &
Gades. Quinto hinc lapide, versus Solis ortum, distat *Velo*
Malaga, haud procul Mari Mediterraneo: opidum amœ-
nissimis cinctum campis, fructiferisque collibus, in qui-
bus Arx ab Afriis olim condita conspicitur. Ibi Vvæ pal-
sæ, tam quæ vulgo *Passa de Lexia*, quam quæ cæruleo co-
lore *Passa de Sol*, colliguntur. Aspera Montium juga tam
hic sunt præcellsa, ut ex eorum cacuminibus *Herculeum*
non solum Fretum, verum etiam *Barbariæ* (ut vulgo vo-
catur) littora, ac Montes, atque adeo *Africæ* Opida *Ceu-
ta* & *Tingis*, in faucibus Freti sita, commodissime con-
spici queant. Incredibilem Pagorum frequentiam soli-
tere Mauri, ex postrema profligatione superstites, inhabi-
tant: Christianam Fidem professi peculiari suo, ex anti-
qua consuetudine, utuntur vestitu & Lingua: Montes
Vitibus Arboribusque fructiferis conserunt, vicinaque
loca tam decenter suo labore exornant, ut Spectatu val-
de sit jucundum, uberrimosque annuo proventu fructus
colli-

ligant; quos hujus opidi Incolis divendunt; à quibus
 Mercatores exteri coemptos, navibusque onera-
 tis impositos in varias totius Univerſi partes expor-
 unt. Ad maris littus ampliffima eſt Domus, *La Torre de*
Alcazar, appellata; in qua varia ſunt loca peropportune di-
 poſita, in quæ omnia, quæ vicinum Territorium ſuppe-
 ditant, Bona comportata, antea, quam evehantur. Veſtigal
 regi perſolvunt. *Almeria* etiam Littori eſt adpoſita:
 à *Ptolemæo*, & *Ardo* Straboni; *μαγας* etiam *λαμην*
Ptolemæo, Magnus Portus, ut vult Coquus: Conditâ pu-
 blicè ab Thracibus, nomenque adepta ab Abdera Thra-
 cibus Vrbe, quam Diomedis Soror Abdera condidiſſe
 tribuitur, conditæque ab ſe nomen impoſuiſſe. *Alhama*,
 à *Ptolemæo*, *Artigi* Plinio, qui eos *Iulienſes* cogno-
 ſcit: Opidum ſeptem diſtans Granata milliaribus; ab
 Naturis, ut Hiſtoriæ loquuntur, conditum, ſitu amœniſſi-
 ſſimo: ab Natura variis locupletatum dotibus, & ob vo-
 ptatem ubertatemque Genio Gratiſſique dicatum.
 Quidquid hic ab DEO Opt. Max. largiſſime conloca-
 tum ſuperant infinitis modis uberrimi Thermarum Fon-
 tes; quibus meritiffimo jure princeps inter Hiſpaniæ
 miracula locus. Aquæ illis tam illimes, limpida &
 ſpicua, ut vel exiguus in fundo Numulus perfacile
 noſci queat. Moderati ſunt caloris, quem nudum ho-
 minis corpus fert commodiſſime: Grati Saporis, quæ-
 re potæ variis corporum Morbis curandis efficaciſſi-
 ſſima. Multis inde votis expetuntur; adeunturque undi-
 que, Martio præcipue Septembrique Menſibus, quibus
 maxime ſalutares. Iuxta eſt Domus ampla Hôſpites ex
 omnis Hiſpaniæ locis accurrentes ſuſpiciens; non Equis
 ſolum ipſorum & jumentis omnem commoditatem; ſed
 etiam Cubicula, Lectos, quidquid denique neceſſa-
 rium liberaliter præſtans. Prope Opidum præcípites
 duorum Montium rupes viſuntur; inque earum una
 Crucis conſpicitur Signum, quod quænam Mortalium
 res, quæque Industria in Dorſo Montis, quum non modò
 ſenſu difficile, ſed plane inacceſſum ſit ejus ſaſtigium,
 collocaſſet, prorsus ignoratur. Ex his Montibus Rivulus
 gravi murmure delabitur, qui ex nivofis haud procul
 Granata Montibus tanto frigore promanat, ut nomen in-
 e fuerit ſortitus. Dicitur enim *El Rio frio*, Rivulus fri-
 gidus, Thermarum muros adlatis, calidam Thermarum
 aquam

aquam absorbtam secum abripiens. Quæ *Antea* vulgo *Anticaria* est Antonino; *Singilia* dicitur Plinio cognominis ibidem est Fluvius *Singulus*. Opidum Mauris constructum, situ montoso & inæquali. Castellum habet in Montis Vertice amplum & bene munitum, nomen *Alcassalia*, peramœna Regum Granatensium, rimum olim, sedes. Portæ omnes sunt ferreæ. Servatur ibi hodieque multa bellica Maurorum Instrumenta, Lorica, Spicula, Gladii, Scuta ex pelle ferroque adfecta, squamosa item & ossæ Instrumenta, quæ anteriorem sinistri brachii partem communiunt, ne Sagittas sæpius in hostem contorquent, recurrentes cum nervi Manicarum plicis impediuntur. Videntur & oblongæ Maurorum hastæ; Sagittæ, hamato, acutum valde, ferro præmunitæ; Arcus ex nobiliori confecti Ligno, quod ob subtilitatem humoris extremam facilitate in priorem redit situm. Arci adhabitæ Loci amœnitate capti Aerisque puritate adducti, Nobiles: Planiciem Agricolæ incolunt, magnum faciunt quæstum partim ex Agris, partim ex opera Salaria. Næ in vicinis opido Montibus plurima sunt Loca, Salinis iuræ beneficio oportuna: ubi passim incredibili abundantia candidi Salis grumos est conspicerè, quod Ignis adminiculo, sed Solis ardore concoquitur. *Aut* enim Mensibus tam fontana, quam pluvialis Aqua in montibus collecta vehementi Solis ardore concreta ac tandem excoquitur: unde tantam Salis copiam incolæ sufficiunt; ut magnam partem huic Hispaniæ & sui sufficiat. Fiunt hic illa suspiciendæ Capacitatis scæ fictilia, quæ *Ventriosa* quis non inepte dixerit; ad condenda & adservanda Cibaria, & cujuscunque generis Liquores, Aquam, Vinum, Oleum, Cappares, Oliyas, & genus alia: Vulgus *Tenatas* nuncupat. *Loxa* situs tam mænus est, tamque elegans, ut universæ Granatæ *Hortus*, tanta excultus diligentia, ut in eum Ops, Mater Rerum omnium Mater, plenum efficacium Herbarum Fructuumque optimorum cornu larga manu escudat videatur. Fervent etiam hoc loco Venationes, eo quod ob miram Pabuli abundantiam passim Leporum & Coniculorum greges in patentibus Campis, Pascuis, atque Nemoribus Venantium oculis obversentur: quibus indidæ struuntur vel Canum sagacitate, vel solertia Multa

Ante
Plinio
Opidum
i. Gali
nitum
nsum,
e. Sen
trume
ue adf
ta, qu
nt, ne
rentes
Vide
ato, q
obilis
exten
habita
ti, N
facie
aria. N
Galini
ili ab
quod
r. Aff
qua in
ncrele
piam
anize
itatis
; ad e
e gene
yas, N
us tam
e aud
s, Mag
erban
ecfud
eo qu
n & C
s, are
bus in
Mulle
larn



nam, quas in specus & occultiores Terræ recessus in-
 surgunt ad Cuniculos è Cubilibus suis exturbandos, ex-
 troatosque capiundos. *Septenilium*, vulgo *Settenil* Gra-
 natæ opidum in Monte, positione prorsus mirabili; ple-
 que Incolarum Domicilia habens subterranea, in ca-
 vernosis excisa rupibus. Solum quale in montibus fre-
 quens, asperum & lapidosum, Aratri impatiens; sed pe-
 nis, varii generis, dives. Quæ haud procul Malaca, vul-
 go *Fenda* nominatur, Plinio *Arynda*, Ptolemæo *Αρύνδα*:
 quæ *Guadix* nunc, *Ακκί* Ptolemæo est, *Accitana Colonia*
 Plinio: quæ *Veria*, Ptolemæo *Βέρεια* dicitur, *Barea* Plinio:
 quæ *Ofsa*, *ὠσίδα* Ptolemæo appellatur: quæ denique
Menobæ hodie, *Menoba* creditur Plinio, Ammiano, &
 Antonino vocata, *μάνοβα* in Bastulorum regione ab Iberi-
 cum mare Ptolemæo; *μάνοβα* Straboni: corrigendus vi-
 detur Stephanus, apud quem legitur, *Μανόβα* *πάλαι μανίτη*.
Menoba etiam Fluvi meminit Plinius hoc tractu,
 quem navigabilem esse perhibet.

De Ortu & Initio Regni Regumque Granatæ legen-
 dum alii, tum Rodericus Sanctius Parte 1 de Rebus
 Hispan. cap. xv. Bellum autem Granatense, Regnique
 expugnationem delinearunt Petrus Sancteramus Sicu-
 lus Civis Messanus, Ferdinandus Pulgarius Hispanice,
 totius Historiam in Latinum convertit sermonem Anto-
 nius Nebriffensis, qui & ipse lib. 1, Dec. 11; Petrus
 Martyr Protonotarius; Gonfalus Ajora Cordubensis, Re-
 gius Historicus; Alphonsus Palentinus, Tristanus Silvius,
 Carolus Verardus. L. Marineus Siculus de Rebus Hispa-
 nicis libro xx, & alii.

CAP. XXIV.

Andaluzia.

Andaluzia ad Ortum habet Granatam, ad Septem-
 trionem Castellam Noyam, ad Occasum Pacensi
 Silvensique Dicecesibus & Ana Flumine termina-
 tur ad Meridiem Atlanticum spectat Mare. Nomen ade-
 pta dictaque quondam *Vandalia* putatur ab *Vandalis*,
 Germaniæ populis, quos olim ad hæc usque Loca deve-
 nisse, multi memoriæ produnt, & nos alibi dicimus:
 Videndi præter alios Rodericus Sanctius parte 1 Hispa-
 niæ

178 P. MERVLE COSMOGRAPHIÆ
 niæ cap. VII, Antonius Nebriffensis in Decadum
 legomenis, Ioannes Vafæus Hispaniæ Chronico
 VIII. Sic igitur, ut nonnullis nomen penitus rim
 placet, *Andaluzia* appellatur quasi *Wendenhuys*, *Vandalu*
domus. Marius Aretius *Andaluziam* vocatam auguram
 quasi ante *Lusitaniam*, mutatis nonnihil litteris. Re
 est, quæ insigni rerum omnium fertilitate luxuriat, c
 Etas universi Terrarum Orbis Provincias eo nomine
 cile superans.

Tenuisse quondam hæc Loca existimantur *Cunei*,
 Appiano in Ibericis; quorum urbs eidem *Knigopolis*
 Straboni lib. III *Knigopolis*; ubi hodie *Chucena* ad Fluvium
 cui nomen *Guadimar*; aliis ubi *Niebla* inter fluvios
xiam & Vrium, quorum hic *Rio Tinto* vel *Rio d' Azecche*
 die, olim etiam *Iberus*; ille *Rio Odier*. *Celti*, *Kllei* Straba
 ad Bætium Fluvium. Herodotus eos locat extra Cippi
 Herculis; Cynesis, de quibus mox, finitimos. Corru
 sunt *Celti*, opidoque misti apud Plinium lib. III: sic
 nim legitur: *Opida Hispalensis Conventus Celtivana*, *Cana*
ma, *Acua Ilipa* cognomine *Illa Italica*; Emendandum *Cel*
Ara. *Tupadai* simpliciter (nam tria erant illorum genera
 sic dicti; à quibus, Augusto Imperante, *Tupadai* habita
 batur, Strabone teste; cui ea circa ostium Bætis Flumi
 nis delineatur: Calpe contiguam facit idem Strabo et
 Eratosthene; & *Erythiam* Insulam Fortunatam etiam
Tartesiadem vocatam scribit. Eo referendum Silii illu
 libro XVI belli Pœnici:

Nam repeto Hercules Erythraa ad littora Gades.
Tartesiacum Tractum Campos *Arganthonios* vocari solitos
 notat Iosephus Scaliger in Aufoniuni, ab *Arganthonio*
 Regulo, quem ibi regnasse Veterum historiæ testantur.
 Hodie *los Campos de Tarif*. In hac Hispaniæ parte ad Bætium
 Fluvium fuit Locus, qui *Ianus Augustus* dicebatur; unde
 ad Oceanum usque Viam stravit Tiberius Imperator.
 Loquitur Inscriptio, quæ Cordubæ:

TI. CÆSAR. DIVI. AVGVSTI. F
 DIVI. IVLI. NEPOS. AVGVSTVS
 PONTIF. MAX. VI. COS
 V. IMP. TRIB. POTEST. XXXVII
 AB. IANO. AVGVSTO. QVI. EST
 AD. BÆTEM. VSQVE. AD

Ayuntamiento de Madrid

LXIII

Metre

Metropolis est, quæ *Hispalis* Plinio; Ἰσπυλῖς, Ptolemæo; Philostrato; *Hispal* κατ' ἀπασπὴν Silio Italico lib. Belli Pœnici:

Et celebre Oceano atque alternis æstibus Hispal.

Spala (unde *Spalense Concilium*) Gratiano in Decretis. Hoc *Sevilla*; quod nomen antiquius, quam putatur; quum hoc loco Tartesiæ Urbs ^{Ἰσπυλῖς} ponatur Stephano; pro qua *Sevilla*, quemadmodum Salmantica pro ^{Ἀλμάντα} Polybii, vel ^{Ἐλμάντα} Stephano; pro *Exitania*, *Sexitania* & similibus. *Hispalis* etiam apud Plinium legitur *Colonia Hispalensis*. *Hispalis* Etymon sic indicat Arias Montanus, scribens ad Abrahamum Ortelium: *Hispalis*, inquit, nomen Punicum est ex *Spila* vel *Spala* deflexum, quod planiciem siue viventem regionem significat, qualis ejus Territorium conspiciatur. *A* Græcis vero addita est *Adspiratio*. Arabes autem, quod *P* litteram non habent, ob idque pronunciare nequeunt, *Sevilla* ad nativam vocem referentes, *Sbilla* dixerunt: deinde Christianorum vulgus *Sevilla*, ut nunc, appellavit. Audiamus & *Ælium Antonium Nebrissensem* in Prolegomenis, qui, quum dixisset hanc urbem *Romuleam* dictam, *Hæc à Romis*, addit, deinde *Ispilia*, & à barbaris postea in versis litteris prioribus, & *P* in *B* mutata, *Sibilia* dicta, nunc *Sevilla* denominatur. Alii, inter quos *Franciscus Tarapha*, ad *Hispalim*, *Herculis Libyci filium*, nomen conditionemque referunt. Quidam ab Hispano *Herculis Nepote* extructam & denominatam censent. Ridere soleo, ut in multis, *Isidorum*; qui lib. *Originum* xv, cap. i, quum ab *Julio Cæsare* conditam, exque ipsius & *Romæ Urbis* vocabulo *Juliam Romulam* notasset appellatam, à *Palis* suffixis in loco palustri sic dictam memorat. Io. Gerundensis Episcopus *Paralipom. Hispan. lib. xii*, non improbens *Isidori* Etymon adscribit, videri vocatam *Hispalim* à *Palude*, quæ maxima Urbem circumdat. Urbs ad *Bætiam* Situ amœnissimo excellens, Ambitu magna, Forma fere rotunda, Visu pulcra, Templis celebris. *Ædium pulcherrimarum frequentia nitidissime culta*, *Plateis Vicisque insignis*, *Hortis Fontibusque Hilaris*, *Mœnibus Turribusque valida*, *Propugnaculis tuta*, *Campis jucunda*, *Frugibus abundans*, *Olivetis felix*, *Civibus plena*, *Mercatorum commerciis dives*, *Mechanicis Artibus nobilis*, *Academia* (in qua, præter *Avicennam* & alios, floruit *Leander*, qui sua industria *Hermigildum* & *Richardum*

Gothorum Reges ab Arriana Hæresi ad Religionem
 tholicam adduxit) & Studiis liberalibus inlustris, O
 lentia sua plerisque Hispaniæ Civitatibus antepone
 Ostio Oceani (cujus vere perhibetur Regina) naviga
 li Fluvio, ligneo Ponte, quem parva Navigia cate
 compactum sustinent, (vulgo *Puente de Triana*) delecta
 lis. Carmen, quod in Vulgaris Ausonii Exemplari
 inter Urbium Encomia Emeritæ adscribitur, Codic
 cum primitus editi, tum calamo exarati *Hispali* tribu
 verbis hoc modo conceptis:

HISPALIS:

*Iure mihi pest has memorabere, nomen Iberum,
 Hispal, æquoreus quam præterlabitur amnis:
 Submittit cui tota suos Hispania fasces:
 Corduba non, non arcæ potens tibi Tarraco certant,
 Quaque sinu pelagi jactat se Bracara dives.*

Et sane *Hispali* magis, quam Emeritæ conveniunt Auso
 niana illa. Probat, præter alia, Argumentum illud val
 diissimum, quod *Hispal* Iberum Hispanumque sit nomen
 Emerita autem Latinum. Cætera vide apud Eliam V
 netum doctissimum Ausonii Interpretem. Portas habet
Hispalis XII, quibus hæc vulgo nomina, *Puerta del Arce*
nal, *II de Triana*, *III de Golis*, *IV de S. Iuan*, *V de la Almo*
nilla, *VI de Macarena*, *VII de Cordoba*, *VIII del Sol*, *IX de*
Osorio, *X de Carmona*, *XI de la Carne*, *XII de Gerez*. Subur
 bia primæ Classis illa, quæ vulgo *El Tablado & Triano*: hoc
 à tribus circiter Civium millibus habitari dicitur; in qua
 ad Pontis Caput Palatium superbit, Inquisitioni (unde
La S. Inquisitione) sacrum: in illo infinita nuper, præci
 pue anno CIO IO LXV sunt eruta, hodieque eruuntur,
 ex terra venerandæ Antiquitatis Monumenta, Tymbi, la
 pideæ ac vitreæ Lampades, Vrnæ, Numismata, idque ge
 nus alia. Inter Tempia sane primas tenet illud, quod
D. Maria consecratum; quo nullum habet Christianus
 Orbis excellentius, si quis operis amplitudinem spectet
 & majestatem, Turrinque summæ altitudinis, editissi
 mo operosissimoque fastigio admirabilem: unde in uni
 versam Urbem Camposque lætissime lætissimeque cir
 cumjacentes jucundissimus est prospectus. Cochleam
 intus habet, per quam Eques commode adscendere po
 test. Qua fere summa est, ambitur ab hac Inscriptione,

VIRIS FORTISSIMA NOMEN DOMINI,
 PROVERB. XVIII. In supremo Apice *Fidei* est Sta-
 tua aerea magnitudine hominem referens, versatilis
 Ventorum Index. Nihil hic dicam de Arcis regiae orna-
 menti vere regii; de sumtuosis Ducum, Comitum, illu-
 strumque Procerum Palatiis, deque aliis cum publicis,
 tum privatis Aedificiis. In vicino Vrbi Agro Domus am-
 plissima visitur, *El Mattadero* nuncupata; in qua, optima
 solitiae ratione; mactantur Oves, Boves, aliaque Ani-
 mantia; quorum Carnes Hispali Civibus mox divendun-
 tur. In patentissimo vero Campo juxta hanc Domum ju-
 cundissimum spectaculum præbet Taurorum, quos ro-
 bustissimos ibi saginant, Capitis Pectorisque robore
 præstantes. In hos, spectaculum edituri, Molossos Ma-
 gnosque exstimulant Canes, quibus satis alioquin per se
 feroces, truces ac torvos, prius quam eos mactent, effe-
 rare solent. Illi in Canes magna rabie insilientes ignem
 naribus spirant, terram pedibus feriunt, in altum spar-
 gunt arenam, frontes adversariis obferunt, tantoque ad-
 oriuntur impetu; ut eos Cornibus exceptos in aërem
 alte projiciant, inque cornuum cuspides rursus dela-
 bentes expectent. Est & ad Hispalim Aquæ ductus in-
 credibilibus impensis opere fornicato ab Mauris extru-
 ctus; qui excavato viæ dimidiati Miliaris spatio jucun-
 dam Incolis Aquationem præbet, unde quamplurimæ
 Fontes ad Civium necessitates digrivantur. Mirabile di-
 citur quando itinere, sex nimirum milliarium, per cæcos
 tetrae meatus à Carmona opido scaturientes Fontes in
 hunc Aquæductum deducantur: unde *Los Canos de Car-*
mona Hispani nuncupant. Haud procul Hispali vasta ja-
 cent convulsæ Urbis atque Theatri rudera: Locus Hi-
 spanis *Sevilla la Vieja* audit. Putant Viri Magni eam hic
 fuisse Urbem, quæ *Italica* Ptolemæo, Antonino, aliis,
 Nummum laudat Abrahamus Ortelius Tiberii Cæsaris
 in cujus averfa parte hæc leguntur: DIVI. AVG.
 M. V. N. I. C. I. T. A. L. I. C. P. E. R. M. Onuphrius inter Colo-
 nias Romanas numerat ex Agellii lib. xv 1, cap. xiii, a-
 pod quem D. Hadrianus (qui, ut & Trajanus, hinc or-
 tus) in oratione, quam de Italicensibus in Senatu habuit,
 peritissime disseruit; mirarique se ostendit, quod & ipsa
Italenses, & quædam item alia Municipia antiqua, in
 quibus *Vicenses* numerat, quum suis moribus legibusque

uti possent, in Ius Coloniarum mutari gestiverint. *Eger Italicesia* dicitur Stephano. In vetusto Exemplo Historiæ Lucæ, Tydensis Episcopi, in Limitatione, circumfertur, Diœcesium Hispaniarum Provinciarum hæc habentur : *Inveni in Chronicis ; quod Italica est Hispania Antiqua, unde populata fuit hac Hispalis, quæ nunc est.* *Hispalis* enim cum *Italica* facile antiquitatis nominat certat. Pagus sane, qui *Vetus Hispalis* cognominatur, non immerito censetur *Italica*, quum & in limitatione Agrorum ab Ferdinando Rege, qui eam Mauris extorsit, aliis infinitis, facta, nomen *Talca* retineat. Temere credidit Petrus Crinitus, ab hac *Italica* genus cognomenque duxisse *Silium Italicum*. Dici enim debuisset *Italicesis*, uti docet Surita. *Ierenna* famosus est prope *Hispalim* locus ob mirabilem Saxorum in circuitu dispositionem tanta copia in terram defixorum, quasi cœlesti pluvia huc essent delapsa. Terræ motu illud putatur factum, quo multa ædificia *Hispali*, *Cordubæ*, inque vicinis locis frequenter corruerunt. Emporium porro est *Hispalis* omnium Europæ Urbium florentissimum, & amplissimum Mercium Indicarum, quæ ex Occidente advehuntur, Receptaculum ; quodque ad illud Negociationis culmen adscendit, ut Privilegium fuerit consequutum, ne quæ Naves in Indiam, quod Aprili mense fieri solitum, solvant, nisi quæ mercibus in hujus Urbis Portu onerata, quæque Machinis & Tormentis bellicis, Commeatu, Milite, aliisque ad tantam navigationem necessariis, serenissimi Hispaniarum Regis nomine, ibidem instructæ : quæ ex India Auro, Argento, preciosissimisque Thesauris, quos antea sæcula non noverunt, constipatæ mensibus Augusto & Septembri quotannis feliciter recurrentes necesse itidem habent ad ejusdem Urbis litus adpellere, Mercesque ibi primo exponere. In eum finem magnifica ibi est multoque adparatu nobilis Domus, cui ab Indicis Negociis, geri tractarique ibi solitis, nomen impositum. *La Casa de la Contracción de las Indias* ; Gubernatorem habens & XII Consules, quorum consilio auctoritateque omnia ibi administrantur. *Hispalis* Divitiis adeo pollet, ut sola Regi suo, cujus Nomini Numinique devotissima est, sesquimilionem Aureorum in singulos annos obsequii & vectigalium ergo, libentissime reddat ; quantum multi Principes ex integris Regnis

int. Eadem vix possunt. Tam multa de hac Vrbe præcla-
 xempla commemorari possent, ut natum sit inde & tritum ve-
 one, cunctate Proverbium, *Qui no ha visto Sevilla, no ha vista Ma-*
 inciaru *riella*. Cum aliis felicis ingenii alumnis gaudet, tum
 st Hisp. benedicto Aria Montano, nobilissimo & summo Theolo-
 est. Ego, plurimarum Linguarum cognitione stupendo. Te-
 nominantur id Opera ab ipso edita, quæ summam ejus admi-
 rationem apud omnes excitant: inter quæ primas meri-
 ne Agri sibi vindicat Veteris ac Novi Testamenti ad Græcam,
 orfit cu Hebraicam, Chaldaicam & Syriacam Linguam transla-
 ere cu to: deinde Commentariorum opus in xii Prophetas,
 ynomo & in reliquos Majores Paraphrasis; Liber Generationis
 Italiane & Regenerationis Adam sive de Historia Generis hu-
 Hispalit mani; Opus de Optimo Imperio, sive in Librum Iosue
 rationem Commentarium: alia prætereo. Primo ab Hispali La-
 i pluviale Veteris Castri sunt ruinæ incredibili magnitudine,
 actum in Colle ad Bætim fluvium: nominantur vulgo *S. Iuan*
 his loci *del Forache*. Ex Ruderibus erutisque Antiquitatum titu-
 Hispali lis patet ab Gothis quondam constructum. Hispali Ne-
 mpliis mus adjacet ad xxx milliaria expansum, Oleis consi-
 vehunt tum. Ab hac urbe tria procedunt apud Antoninum Iti-
 tionis nera: i *Cordubam*, ii *Italicam*, iii *Emeritam*.

Metropoli visa, reliquarum Urbium nonnullas indica-
 bo, Ordinis incuriosior; sic tamen, ut quasque Metropo-
 si suæ proximas primo loco. Offert se quinta ab Hispa-
 leuca *Palatium* vel *Palantia*, quod vulgo *Palacios*, sic di-
 ctum ab Arce perantiqua, quam lateri habet adhaeren-
 tem. Via situm, quæ ad S. Lucæ Fanum Fretumque Ga-
 ditanum ducit, cum ex Agricultura victitat satisque flo-
 ret, tum ex frequentia Viatorum, qui hac Nebrissam con-
 tendunt, Viam depressiorem tenentes, qua Paludes &
 festuaria Fluminis (*Marisma* nominant Hispani) ad quin-
 que milliaria late se extendunt, & hiemali tempore ex
 Bæti flumine Itinera tam sunt uliginosa, tamque invia;
 ut hac commodus non pateat transitus, sed altior sit te-
 nenda via Alcantaram & Caberam. versus: vice autem
 versa ætate tam densis obsita sepultaque pulveribus, ut
 transitum fere denegent; sed, quemadmodum in mari
 navigantibus, opus sit Indice Magnetico, ne quis in ma-
 ximo Solis ardore, via consueta aberrans fiti conficiatur.
 Mirum enim non est invenire hic subinde Viatores Solis
 actu sitique enecatos. Nunc iter hac de *Itinerario* de Vino sibi
 provi-

provident, coriaceas Lagenas Equorum Ephippiis pendere soliti : *Boratejas* lingua patria vocantes. Ne enim in tanto quinque magnorum Milliarium spatio veniuntur Hospitia: quum totus ille tractus ob Aquarum abundantiam Hieme, ob intolerabilem Calorem Aestate inhabitabilis, & proinde incultus horridusque ne quidem Arbore occurrente, sub cujus umbra refocillari se viresque debilitatas & amissas recuperare quis quærat.

Alcantara, Hispanis *Alcantarilla*, Pons est in Palentini quædam Paludibus, sed ad latus sinistrum, Meridiem versus à Flumine Bæti aliquantulum dissitus & paullo editior loco. Structuræ magnificentia opus esse Romanorum ostendit. Vtroque in latere Majoris Turris Peristylli Bases & Capita Columnarum apparent, quæ hic ex viridi Iaspide positæ erant, nunc in templum Hispalense ad Altaris ornatum translatae. Hic Pons ad superandam Paludis difficultatem constructus, ab L. Marineo Siculorum Segoviensi celebratur, lib. I de Rebus Hispaniarum capite de Regni Fluminibus. Est enim altitudine operis & artificio mirabilis. Altera ex parte Mesquita est veterum Maurorum Delubrum, nunc pietati Christianæ dicatum semperque clausum: ex altera *Venta*, id est Hospitium, qualia per totam Hispaniam multa conspiciuntur. Postquam transgresso ad primum lapidem offerunt se *Cabezas*, opidulum in Montium, qui in Meridiem Malagam versus se extendunt, aditu situm. Urbem quondam fuisse magnam, Rudera loquuntur & Moeniorum Vestigia. Quia vero *Cabezas* idem quod *Capita* sonat, Opidani vulgare hoc jactare sunt soliti, sibi que laudi ducere: *Non se haze nada nel Consejo del Rey senza Cabezas*: quod interpretantur, *Regis consilium sine Capitibus*, id est prudenti judicio, cui sedes solet esse in cerebro, numquam coire. *Cabezas* versus Libonotum ad tertiam Leucam succedit Opidum, quod vulgo *Lebrixa*; *Nisibis* Ptolomæo. Plinius *Veneriam* cognominat. Situm fuit olim inter Bætis Aestuarium, hodie octo passuum millibus ab Flumine, oblimato sinistriori Alveo (ut lib. I dixi, cap. vi) distat. Conditor perhibetur Liber Pater. Silius ab Satyris cultum canit, propter ipsum nomen. *Nisibis* enim Cervina Pellis, qua Bacchantes Sacerdotes induti Libero sacrificabant. Silii verba lib. IIII sunt hæc:

At Nebrissa Dionysii conscia Thyrsis,

Ayuntamiento de Madrid

Quæ

*Quam Satyri coluere leves, redimitaque Sacra
Nebride, & Hortano Menas nocturna Lyao.*

Idulum est peramcenum & pulcrum cum Arce per-
teri, Agro undique beatissimo cinctum. Quocumque
gressus te vertas, versus Meridiem præsertim Ortum-
patentes te excipiunt Campi, Prata Floribus læta;
frugibus onusta, Vineta & maxime frequentia Oli-
vis. Cive nobilitatum est Ælio Antonio, Hispaniæ to-
tus Ornamento; qui, ex Grammatico & Rhetore Hi-
spaniographus factus Regius, Rerum ab Ferdinando Hi-
spaniarum Rege gestarum Decadas duas, magna cum
laude, conscripsit. Quæ Carmona vulgo, Καρμὼν Straboni
& Carmo Antonino, ut & Auctori de bello Alexandrino,
quod quem tamen alio loco corrupte Carbona, vel, ut in a-
liis legitur Codicibus, Carniona; ex quo Narbonem nonnul-
li temere fecerunt. *καρμῶν* Ptolemæo, parum forte an e-
mendate. Incolæ Plinio Carmonenses, Cæsarique lib. II
de bello Civili, qui longe fortissimam totius Provinciæ
Civitatem ipsorum appellat. Nummum habet Surita,
vetustissimæ notæ, qui in una parte Veri effigiem præ-
sert; in aversa vero facie sculptum gerit Opidi nomen,
CARMO, inter duas Spicas, fertilissimi Agri ad idem
Opidum Symbola. Marchena hodie, Colonia quondam, in-
quit Onuphrius ex antiqua basi, Marcia. Conditam pu-
tant quidam ab M. Marcello, vel L. Marcio, qui Cn. Sci-
pione apud Vrsanem mortuo, Romanorum duxit in
Hispania Copias. Situm est hoc Opidum in Colliculo
quodam, ubique planicies spectante. Suburbium est
Opido majus, ad Solis Occasum, qua Hispalim (unde
novem miliaribus dirimitur) est iter. In eo fons est è
regione Xenodochii, magnam, quæque Civibus omnibus
sufficiat, Aquarum copiam eructans. Notatu illud di-
gnum censui, quod Ager hujus Opidi, quamvis rerum
omnium, præsertim Olivarum feracissimus, omnino ta-
rent Fontibus, Rivulis, Aquæque ductibus careat; ita ut
Agricolæ sæpenumero Aquarum laborent penuria, quæ
Messiem facit rariorem. Est ibidem hoc ævo nostro Du-
cum Arcobrigæ Sedes gentilitia; qui è Pontiorum nobi-
lissimo stemmate orti Marchionatum Gaditanum cum
Hispaniarum Rege commutarunt; atque hoc suum Mu-
nicipium longo temporum intervallo ita exornarunt, ut
cum vicinis opidis de Civium frequentia, Aedificiorum
pulcri-

pulcritudine, Messiumque abundantia audeat concurre. L. Marineus Siculus opinatur eam esse, quæ Cæsar Plinioque *Ategua*, *Arly*, Dionii. *Ategua* tamen vestigia haud procul ab *Alcala Regali* indicat Navagierus, foretque ibidem nomen quodammodo servare notat; necari enim *Fuente de Teivela*. *Ategua* Morali est *Tebala* *ja*, qui eam quoque *Tegum* nuncupari addit. Tebe nunc appellari memoriæ prodit Io. Mariana, distareque ab Corduba xvi lapide. Sunt & Andaluziæ Opida *Lex* ad dextram Bætis ripam: *Axalita* vetustis lapidibus, teste Clusio; *Flavium Axalitanum* Ambrosio Morali ex antiqua item Inscriptione: inter Hispalim est & Cordubam. *Moron* olim, ut scribit Clusius, *Arucci*; notantibus Plinio, Antonino, & prisco Lapide. *Offuna* *Opūva* Appiano in Ibericis, *Opūva* Straboni; *Vrso* Plinio, cui & *Genua* (forte *Gemina*) *Urbanorum*; *Vrfaon* in antiquis hujus loci Inscriptionibus, uti tradit Navagierus; *Vrfaon* Belli Hispanienis Scriptori, qui antiquissimum esse hoc Opidum, & maximi aliquando fuisse momenti his docet verbis: *Cæsar* *Gadibus* rursus ad *Hispalim* revertit. *Fabius Maximus*; qui de eo relictus erat ad oppugnandum *Præsidium*, tandem *Vrbem* cepit: ac deinde *Vrfaonem* proficiscuntur, quod Opidum magna munitione tenebatur, natura firmissimum. *Aqua*, præterquam in Opido ipso, nusquam reperiebatur proprius millia passuum est, nec habebant ligna vel materies ad oppugnandum. Ita necessarij deducebantur nostri, ut à *Munda*, quam proxime ceperant, *Materia* illo deportarent. Apud eundem & alio loco legitur hodie vitiose *Saonem* & *Versaonenses*, pro *Vrfaone* & *Vrfaonensibus*. Conveniunt autem *Hirtii* verba cum hodierno situ. A *Munda* *Vrfaonem* usque unius diei est iter: Opidum *Aquam* nullam habet conterminam; *Arborum* genus similiter nullum; præter *Olivarum* copiam; quæ proculdubio *Pœni*, Romanis Hispanisque ad terræ cultum procliviores, post immanem illam *Gothorum* *Provinciæ*que totius *Cladem*; ibidem plantarunt. *Inventa* commemorantur ibi *Fragmenta* quædam testacea, quæ sequentes litteras præferebant: OFF. PATR. VRSA. Interpretantur nonnulli *Officium Patris Vrfaonis*, vel *Officinam Patritiorum Vrfaonis*: fieri addentes in hac Regione *Vasa* & *Dolia* multa fictilia; eo quod *Gleba* his talibus fingendis sit aptissima. Est autem nostro hoc ævo *Ducatus* *Caput*, *Sedes*que primaria *Gironum* *Familie*; quæ relicto

relictæ *Vrenia* Comitum titulo, Ducum *Ofuna* anno CIO
 IO LXII, Rege Philippo adnuente, vindicare sibi cœ-
 pit. Historiam hujus Stirpis contexuit Hieronymus Gu-
 diel. Academiam hic Principes erexerunt anno CIO
 IO XLIX; in qua omnes fere scientiæ docentur. *Egeia*
 ad Singulim fluvium, hodie *Xenil* vel *Chenil*. Ptolemæo
 cluit *Axyis*: quod *Astigi* vocetur in antiquis Inscriptioni-
 bus docet Clusius: *Augusta Firma* cognominatur à Pli-
 nio. Dictum *Astygis*, ut quidam fabulantur ab *Aster* Me-
 monis auriga. Hujus opidi Divitiæ & negotiatio po-
 tissimum in Lanæ mercatura consistit, ob incredibilem
 Orium hoc loco copiam. Pontem habet ad Latus Ori-
 entale ex Lapide vivo fornicato. Iuxta Supplicii est locus;
El Reillo appellatus. Quod opidum non adeo magnum,
 hodie tredecim ab Hispali leucis visitur, inter eandem
 Hispalim & Cordubam medio fere itinere, ad dexteram
 Bætis oram, *Pena Flor*, Ptolemæi putatur *Ἰλλίπυδα μεγάλῃ*,
 in mediterraneis Turdulorum; *Ilipa* cognomine *Ita ica*
 Plinii, qui Hispalensi Conventui attribuit. Decimo hinc
 miliari ad ejusdem Fluvii ripam est *Corduba*, *Κορδούβη* Ptole-
 mæo, *Cordoua* vulgo: Plinius *Coloniā Patriciā* tradit co-
 gnominatam; quod etiam ex antiquis Marmoribus pro-
 bat Moralis. Nummum item æreum Augusti Imperato-
 ris vidisse se scribit Abrahamus Ortelius, in quo legeba-
 tur COLONIA PATRICIA *Μαρκέλλον κτίσμα καὶ δόξα καὶ*
ἀρετή, inquit Strabo lib. III. Hanc C. Julius Cæsar scri-
 bit in Ephemeridibus & Provinciæ suæ caput, & de Po-
 pulo Romano bene semper fuisse meritam. *Corduba* tam-
 quam *Cor Batis* dicitur Ioanni Gerundensi Episcopo, lib. I
Paralipomen. cap. de Fluminibus. Alumnos habuit rei
 militaris gloria, doctrinæque studiis præcellentes. Suos
 olim habuit Reges, qui finem acceperunt in *Humeia* quo-
 dam, circa annum CIO III. Beata hodie est *Corduba*,
 præter alia multa bona, fertilissimis Agris, Hortis amœ-
 nissimis, Aquis saluberrimis. Solum *Corduba* vocat au-
 teum Silius Italicus lib. III:

Nec decus aurifera cessavit Corduba terra.

Ab hac Vrbe tria describit Antoninus Itinera; Duo *Castu-*
lonem (*Castona la veia*) Tertium *Malacā* (*Malaga*) Prius,
 quod Castulonem, per Millia passuum procedens XC
 XIX, Vrbes transit *Calpurnianā* (*Carpio nunc*) *Vrgaenem*
 (*Argione*) & *Iturgi* (*Aldea el rio*) Posterius, per millia pas-
 suum

188 P. MERVLE COSMOGRAPHIE
 suum LXVIII, Vrbes permeat *Eporam* (*Montero*
Vciense. Tertium, quod *Malacam* ducit c c x c i est
 lium passuum, curritque per *Tugiam*, *Fraxinum*, *Hellam*
Acci (*Guadix*) *Albam Vrci*, (forte quod *Virgi* aliis, *Verag*
go) *Turanianam*, *Murgi* (*Murga*) *Sexitanum* (*Motrel*, *Ca*
elum, *Menobam*, *Malacam*. Illud non immerito quis
 retur, T. Livium in descriptione Belli Civilis, inquit
 annes Vassæus in Hispaniæ Chronico, ubi de Episcopa
 bus Hispaniæ, quum multam Bæticarum Urbium me
 tionem faciat, tamen Cordubæ non meminisse, Qu
 que leucis ab Cordubâ versus Meridiem *Mons* est *Ma*
 vulgo *Monte Major*: *Ovula* existimatur Ptolemæi, Tur
 lorum in Hispania Bætica Vrbs: *Vlia* Antonini: *Vlla* vi
 se est apud Auctorem Belli tam Alexandrini, quam H
 spaniensis. Villanovano *Vlla* hodie *Velta* nominatur.
 Opido certe *Monte-Majore* elegantissima vetustorum L
 pidum monumenta visuntur, quæ satis docent eo loc
 Ruinas *Vlia* jacere. Nummum habere se testatur Hiero
 nymus Surita, in quo turpissima Viri effigies cusa cern
 tur, supra Lunæ crescentis Astrum, & ante os Spica sita
 Inscriptio: ex adversa facie Olearum ramusculi sunt
 expressi, cum Urbis nomine V L I A. Decem ab Cordu
 ba Miliaribus *Mons Aureus* est *Montoro* vocatur vulgo
Epora creditur Antonini. Male apud Ptolemæum *E*
 pro *Epora*, quum illa sit non Bæticiæ, sed Lusitaniæ: po
 jus autem *Ripepora* in vulgatis Plinii Codicibus, ubi *F*
deratorum cognominatur. *Eporensis Municipii*, Pontisque
 ab eo excitati, mentionem facit Inscriptio, quam ibidem
 enotatam C. L. v. Iusto Lipsio communicavit Nobiliss. V.
 Augerius Busbequius; Ea sic habet:

MEMORIÆ. DICATVM
 CVM. VTILITATEM. PVBLICAM. TVTARI
 EPORENSI. MVNICIPIO. CORDI. SEMPER
 FVERIT
 MERITO. HVNC. QVEM. CERNIS. LAPIDEVM.
 IN
 GENTEMQVE. PONTEM. BÆTIS. FLVVL
 RVPI
 EVS. IMMINENTEM. ET. CVM TRAIANL
 PONTE. CER
 TANTEM. MAGNA. SVA. IMPENSA. AD. A
 TERNAM

GRATIAM. ET. MONUMENTVM. RERV.
EXCITAVIT

ACILES. ERGO. IAM. VIATORES. IBVNT
TANTISQVE. ELIMINATIS. PERICVLIS
APIDAS. SVBIECTI. GVRGITIS. VNDAS. CAL-
CANTES. SECVRITATI
PERPETVÆ. GRATIAM. HABEBVNT

Hispalim recurro, hincque per Palatium, Alcantarillæ
conem, Opidaque Cabecas & Nebrissam, *Luciferi* peto
nam. Sic Latini meo iudicio nominarunt, quod Stra-
bo libro III *φωσφόρον Ἰσθμὸν* interpretatur; quodque appel-
lum etiam addit *Δυκεμυδούσιον*, *Lucem Dubiam*: hodie est
Lucar de Barrameda. Haud procul hinc quarta fere
leuca versus Vulturum; Opidum est, quod Hispanis
de la Frontera dicitur, quasi Hispaniæ ex hac ora
Initium vel Terminus. Hoc Navagierus in Itinera-
to putat esse, quod *Asta* Livio lib. xxviii, Auctori de
Hispaniensi, Plinio lib. iii (qui *Regiam* cognomi-
& aliis: *Asa* Ptolemæo & Straboni, qui cum Nebris-
ad Æstuarium Bætis collocat: *Hasta* Antonino per ad-
urationem in libris tam Editis, quam Manuscriptis.
Auctor etiam Commentarii Hispaniensi memorat A.
rebium, C. Flavium, & A. Trebellium Equites Roma-
nos *Assenses*; qui argento prope tecti ad Cæsarem trans-
egerunt. *Astam* tamen Moralis scribit adhuc nomen
tenere, vel locum illum esse, circa Guadeleten Am-
nem, qui vulgo *Masa de Asta*. Abrahamus Ortelius haud
multum abest, quin submersam putet cum insula Tartes-
so in Bætis ostio. Præstantissimos Hispaniæ totius Equos
& maxime pernices Ager hujus Opidi profert; *Genettas*
vulgo nuncupat; eos Nobiles industria singulari do-
cent, eorumque cursu in Hippodromis oblectantur, dum
Equestres instituunt pugnas, in quibus Arundinibus &
Cannis, Hastarum loco se mutuo exercent, eum ad mo-
dum, quo Mauri Hastas torquere & in hostes jacere so-
lent. Eos Ludos *Iuegos de Cannas* patria lingua nominant.
Centum stadiis à Bætis ostio distat *Chipiona* opidum, quod
dubito, quin *Καπίωνος πόλις* sit Straboni lib. iii, Ca-
pianis *Turris*, ἐπὶ πύκνῳ ἀμφικλύῳ θαυμασιῶς κατεσκευασμένη, ὡς περὶ τὴν
ἐκ τῆς τῶν πλεονέκτων σωληνῶς χάριν. Nam, ut idem addit,
quam eiectionis ab amne *Limus vadofum* reddat profun-
dum,


dum, & latentibus sub Aqua saxis locus ipse prominens conspicuo aliquo opus habebat signo. Ad Ostium Leti fluminis, quod hodie *Guadelete*, vel Arabice *Bedalac*, quodum est, cui nomen *Portus S. Mariæ*, vulgo *El puerto S. Maria*: *Μαγνητικὸς Λιμὴν* Ptolemæo & Straboni. Leti transgressis occurrit cum aliis *Medina Sidonia*; quæ *Λατινὸν* Ptolemæi censet Clusius. Meridionaliora verò Fretum petentibus offert se *Conilium*, non ignobile *Hispaniæ* opidum, sex Leucis distans ab *Gadium* Urbem: lustrissimo *S. Lucæ*, qui & *Medinæ Sidoniæ*. Duciturrens; Divitiasque præcipuas habens in captura variorum Piscium, potissimum vero Thynnorum, quæ de re libi plenius. *Conilium* habetur ab Georgio Austriaco apud Abrahamum Ortelium *Καρθίν* Ptolemæi, *Καρδίν* Stephani; *Carteia* Livio, qui lib. xxviii situm ejus hoc modo delineat: *Dum hæc ad Batin fluvium geruntur, Lalius interius Freto in Oceanum evehitur ad Carteiam Classe accersit. Urbs eadem ora Oceani sita est, ubi primum in faucibus angustis panditur Mare.* *Ταρχηονίς* etiam Græcis legitur appellata, ut Strabo, Plinius & Pomponius testantur: *Ταρχηονίων ὄλκιον ἔσθ* est apud Homerum: *Κάρκαρος* vitiose fortean dicitur Appianæ Alexandrino. *Tartessus* nomen dedisse volunt Flumen *Ταρχηόν*, quod postea *Batis*, ut cap. vii dixi. Hinc Regio *Ταρχηονίς* Eratoltheni, Artemidoro, & aliis. De *Tartessus* sunt hæc Anacreontis:

Εγὼ τ' αὖ οὐτ' Ἀμφιόλης βυλοῖμαι κερὰς, οὐτ' ἔτι
Παλικοῦλάτε καὶ ἱκάτων Ταρχηονίᾶ βασιλεύσῃ.

Silius lib. III belli Pœnici separare videtur *Carteiam* à *Tartessus*:

*Argantoniacos armat Carteia Nepotes;
Rex Proavis fuit humani ditissimus ævi,
Ter denos decies emensus belliger annos.
Armat Tartessos stabulanti conscia Phœbo.*

Carteia non semel meminit M. Tullius cum aliis locis, tum in Epistolis ad Atticum, eamque ab Corduba abesse M. P. CLXX, perhibet Auctor Commentarii Hispaniensis: cujus, ut & Livii, quæ paullo ante laudavi, verba si sint vera, satis arguunt, non bene Clusium adferere *Carteiam* hodie esse *Carthagenam*; quod videret hanc ab illa non prorsus abludere. *Tarissam*, quam *Carteiam* quidam opinantur, ex *Tartessus* corruptam si quis dixerit, non admodum pugnabo. Non procul inde *Vegetium* est, vulgo



opidum exiguum quidem, sed situ opereque clau-
 sum; Colli quem latissima undique planicies cingit, im-
 mense: adeo ut inde circumquaque prospectus pa-
 tatur, quo usque oculorum acies extendere se potest, tam
 laxam laxamque planiciem locaque compascua, ver-
 sus Solis exortum; quam in Africę Montes & oram circa
 Meridiem: nec non in vastum & tumultuosum Oceanum
 versus Septentrionem & Occidentem. Ejus Incolis Pi-
 carus abunde ad vitam commodę transigendam suppe-
 rat. Hinc in Caurum iter flectentes obviam habent
Mundam. Sic nominant Oppidum Plinius, aliique Lati-
 ni Scriptores, quod hodie vulgo *Monda*. Putant tamen a-
 ntiqum *Mundam* esse, quę hodie *Ronda Veia*: *Mon-*
da autem, cujus antea memini, duobus inde Milliari-
 is constructam fuisse ab Arabibus, prisco retento nomi-
 ne, uti mos illis. Videndus Didacus Mendosius de Bello
 primo Granatensi. Ioannes Gerundensis Episcopus
 lib. I & ix Paralip. Hispanię procul hinc amotam
Mundam, eandem scribit esse cum *Coimbra* Portugallię
 Opido. De Conflictu porro ad *Mundam* inter C. Iulium
 Cæsarem & Cn. Pompei Magni Liberos Cn. Sextum-
 que, consulendi Plutarchus in Cæsare, Appianus lib. II
 Bellorum Civil. Auctor Commentarii de Bello Hispa-
 nensi, Strabo lib. III, Suetonius in Cæsare cap. xxxvi,
 & in Octaviano Augusto cap. xciv, Valer. Maximus lib.
 vi, cap. vi, & alii. Lucanus lib. I:

Ultima funesta concurrant pralia Munda.

Silius Ital. lib. III Belli Pœnici:

Et munda Emathios Italıs paritura labores.

Iter quod Gadibus Cordubam diffinit Antoninus, Lo-
 ca Andalusie mediterranea ad Bætım fluvium comple-
 ctitur:

ANTON. ITINER.

VVLG. NOMINA.

<i>Ad Pœnum,</i>	m. p. xii	Pons, quo hodieque Insula Con- tinenti jungitur, vulgo <i>Puente de</i> <i>Spato</i> .
<i>Castra Galizas,</i>	m. p. xiiii	<i>Puerto Real, Baia de Caliz.</i>
<i>Bellon,</i>	m. p. xvi	<i>Alia</i> hodieque, vel <i>Masa de</i> <i>Alia</i> ; locus circa Guadeleien autem. Vide supra.
<i>Alcon,</i>	m. p. xxvii	<i>Cabeças</i> , aut circiter.
<i>Argemone,</i>	m. p. xxiv	Inter Hispallim & Palatium, ubi multa hic ibirudera,
<i>Alipidum,</i>	m. p. xxviii	<i>San Clemente de Madrid</i> .

ANTON.

<i>Basilipponem,</i>	m.p. xxi	<i>Castillana, ni fallor.</i>
<i>Carulam,</i>	m.p. xxi i i i	<i>Alcala.</i>
<i>Ilipam,</i>	m.p. xvi i i	<i>Peña Flor.</i>
<i>Ostipponem,</i>	m.p. xlv	<i>Hæc loca ita perierunt, ut</i>
<i>Barbam,</i>	m.p. xx	<i>stigia quidem, super sint.</i>
<i>Aniquarlam,</i>	m.p. xxiv	
<i>Angellam,</i>	m.p. xxi i i	
<i>Ipagnum,</i>	m.p. xx	
<i>Pliam,</i>	m.p. x	<i>Monte-Majore putatur, sed</i>
		<i>admodum convenit Iulianæ</i>
<i>Corubam,</i>	m.p. xvi i i	


CAP. XXV.


Estremadura.

Estremadura extendere se scribitur ab *Villa Regia* *Badaïos* sua longitudine; latitudine vero ab *Monte*, qui hodie *Sierra Morena*, ad Tagum fluvium. Adjacet illi ad Occasum Portugallia; ad Septemtrionem *Castella Nova*; ad Ortum *Granata*; Meridionale latus adluit Oceanus. Hujus Provinciæ Campis nihil aliud præ se ostendit, quam Hispania per hiemem magis apricum: quo fit, ut eorum tempore Animalium greges ex Septemtrionalioribus in hanc conducantur. Æstate omnia nimis calida sunt, eamque ob causam rarius habitatur.

Totus autem hic Tractus *Beturia* legitur appellari apud Plinium, Livium, A. Hirtium (in cujus libris *Beturia* scribitur) & alios. *Beturia Sisaponensis Regio* tribuitur Plinio libro xxxiii, cap. vii, ubi de Minio agit. Quæ notavi capite hujus Libri iii. *Beturiam* hodie *troche* ex *Petrarum* frequentia magna ex parte nominis memoriam prodit Sepulveda ad F. Pincianum in *Clar. Vir.*

Fixisse quondam his locis suas sedes traduntur Celtæ, quos partim *Basticam*, partim *Lusitaniam* coluisse Ptolemæus: Strabo *Keltæ* vocat: Celti per totam Hispaniam hic ubi frequentiores. *Colarni* Plinio, quorum nomen apud Ptolemæum nominat *Kolarni*. *Turduli Veteres* & *Colarni* apud Plinium & Melam: De *Turdulis* simpliciter scribitur Ptolemæus (erant enim triplices) consulendum caput perit. *Vettones*, quorum mentio apud Plinium, Livium, Cæsarem. *Egerunt* & cognomines his, ubi hodie *Avuntamiento de Madrid* notavi.





Videntur in hac Hispaniæ parte inter alia, *Badajoz*, quæ, ut docet in sua Chorographia, Lusitanice edita, Caspar Varrerius, adficientibus illi magnis Viris, *Pax* Plinio apud quem lib. 7, cap. xxxi, *Pacensis* etiam *Colonia*, & a *Pacensis* *Conventus* *Παλαιστίνη* Straboni, ut quidem concepta legitur hæc vox in MS qui in Monasterio Regali Ecclesiæ servatur, quemadmodum apud Ortelium testatur Jacobus Delgadus *Pacensis*: in *Vulgatis* est *Παλαιστίνη*. *Mauris* olim *Baxaugus*, deinde *Badaxos*, ab antiquo nomine *Pacis Augustæ*. Villanovanus, Tarapha & Antonius Resendius in Epistola ad Ioannem Vassæum adnotant *Pacem* Plinii, vel *Παλαιστίνη* Ptolemæi eandem esse cum *Pace Iulia* ejusdem Ptolemæi & Antonini: contra sentiunt Io. Mariana, Vassæus & Clusius hanc non aliam censentes, quam quæ hodie *Beja* vel *Bexa*; tempore Maurorum *Pæra*, ut tradit ex antiquo Chronico, cujus copiam sibi Notam notat ab Resendio, quem nominavi, Vassæus. Accedit, quod Clusius scribat in ipsa *Beja* multas etiamnum Inscriptiones exstare; *Pacis Iulie* facientes mentionem. Eandem *Merida*; olim, ut volunt Varrerius & Villanovanus, *Hispalis* Ptolemæo; *Emerita* Antonino; *Augusta Emerita* Plinio & Pomponio Melæ; *Αὐγῆς Ημετέρας* Straboni. Exstant complures Nummi, in quibus priore quidem facie Effigies Augusti, Coronam radiatam capite gestantis, cum hac Inscriptione, DIVVS AVGVSTVS PATRIS; altera vero, Porta Urbis, cui geminæ sunt additæ Torres, adsculpto Urbis nomine AVGVSTA EMERITA. Quæ *Emerita* Antiquis, Tarapha censetur *Medina del Rio Secco*: sed neminem habet Suffragatorem. Dio lib. lxxxiii & ex eo Isidorus lib. xv. Etymologiarum, memoriam produunt Augustum Cæsarem, Cantabris, Asturibus, Lusitanisque subactis, Veteranos in Hispania dimisisse; hancque Urbem condidisse, *Augustam Emeritam*, ab *Augusti* Principis & ipsorum *Emeritorum* Nominibus nuncupata. *Colonia* factam docent Nummi Augusti, quos in thesauro laudat Hubertus Goltzius. Testatur idem Prudentius in Dactylico de Virgine Eulalia, Christi Martyre

Nunc locus Emerita est tumulo

Clara Colonia Vettonia:

Quam memorabilis annis Anas

Præterit, & viridante rapax

Gurgite mania pulyra lavat.

de Madrid

Vbi *Vettonia*, *Vettonum*, de quibus paullo ante, regius Augusti Libertus auctor est, D. Augustum *Emerita* jugera quadringenta dedisse. *Emeritis* Italici fuisse notat Paulus I. C. lib. IV de Censibus, cuius verba exstant in Pandectis l. ult. Tit. de Censibus. Ab hac Urbe Gades usque viam superiorum Coe tempore inchoatam, multisque locis intermissam, rexit Octavianus Augustus, loquente, quod ibi videtur Veteri Marmore, his verbis concepto :

IMP. CÆS. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VII. ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO. TEMP. IANI. CLVSO. ET. REP. P. R. OPTIMIS. LEG. ET. SANCTISSIMIS. INSTITVTIS. REFORM. VIAM. SVPERIOR. COS. TEMP. INCHO. ET. MVLTIS. LOCIS. INTERMISSAM. PRO. DIGN. IMPERI. P. R. LATIOREM. LONGIOREM. GADEIS. VSQ. PERDVXIT

Ad hanc item Urbem à Cappara (quæ *Cappara* Plinio mæo & Antonino ; cuiusque Cives *Caperenses* Plinio die *Caparra*) Viam restituisse Vespasianum Imperatorem probat Columna, quæ Tarracone posita :

IMP. CÆSAR. VESPASIANVS. AVGVSTVS. PONT. MAX. TRIB. POT. II. IMP. VII. COS. III. DES. IIII. P. P. VIAM. A. CAPPARA. AD. EMERITAM. AVGVSTVS. VSQ. IMPENSA. SVA. RESTITVIT.

— *Cocum Emeritense* commendat Plinius lib. IX Naturalistor. cap. XLI. Carmen illud Aufonii, Urbes cantant *Emerita* in Vulgaris libris inscriptum, Manuscriptos dices Hispali tribuere docui capite præcedente. porro hæc olim amplissima, Ponteque Romani Opus longissimo nobilis, Opidulum est hodie, nihil habet memorabile præter ruinas & dolenda antiquitatis Vestigia. Frequentia fuerunt inter *Emeritenses* & *Augustanos* olim commercia, docentibus id tribus itineribus, quæ ab Antonino *Emerita Casar Augustam* delineantur per *Contosoliam*, per *Lacipeam*, perque Locum, cui nomen *ad Sorores*. Fuit ibidem & Urbs *Turdetanorum*,

P H
regi
um in
erite
Cen
e Cen
a Cen
Tam
yide

. MA
VII
EM
LEG
ORM
GCHO
DIGN
REM


dara
linio
operat

AVE

. AVE
T.

e Nat
antam
iptos
te. V
ni Op
l hab
ratis
& G
s itine
ineam
ui not
m, N
Nup

Qui non ha visto LISBOA, non ha visto cosa boa





Ayuntamiento de Madrid



Supra Ptolemæo & Appiano, ex cujus ruderebus magna, uti apud Abrahamum Ortelium censet Arias Montanus, Opida ædificata, *Frexenal, Fuentes, Bodenal, & Higuera.* Addit Montanus ruinas *Nertobrigæ* immensas hodieque conspici tribus passuum millibus à *Frexenal*, ubi ipse natus; Locumque ab Adcolis *Valeram* nominari.

In eadem provincia jacet *Placentia* oppidum à Rege *Castellæ Alfonso* conditum ann. 1178, solo melius quam cælo.

Coria exiguum oppidum nec ultra sexcentos focos numerans, nihil illustre sortitum præter Templum.

Præteæ municipia aliquot, *Vilarta, Trugillo, Cazzeres, Canave- tal, Alcantara, Oropeza, Medellinum, alia.*

Alcantara (inquit Nonius) ad *Tagi* ripas sita mirandi operis ponte præcipue spectanda, qui latitudine sua DCLXX pedes, latitudine circiter XXVII complectitur: altitudo vero aquæ tenus CC pedum est; totus autem pons sex concamerati operis riu submittitur: *Trajanus* Imp. opus esse confirmant Inscriptiones antiquæ.

Nostri atate magnam *Hispaniæ* provincia famam addidit (inquit Boterus) *Guadacanal*, æstissimis argenti metallis, nam licet rates singulos non supra sexcentos ducatos eruantur, tamen supra tres miliones jam exhaustas esse constans opinio est.

CAP. XXVI.

Portugallia.

Portugallia hodie, si Terræ latitudinem ab Meridie Septentrionem versus spectemus, major est, quàm Vetus *Lusitania*; sin ab Occasu in Ortum, Longitudinem, Minor. *Lusitania* olim ad Boream terminabatur *Durio* Flumine, & alio minore, quod hodie *Thormis*, in ripa dextra Urbem gestans *Salamanticam*; ductaque ad faciendum Limitem Orientalem ab hujus fonte per *Solerium* montem *Saltumque Manlianum* ad *Anam* (ubi *Castra* quondam *Vicelliana*) *Linea*; Anæque porro progressu per *Emeritam Augustam* ad Mare. Consulendi de his *Lusitaniæ* Finibus cum alii, tum prisca Geographi, cum primis *Plinius* lib. IIII, cap. XXI, & *Ptolemæus*. *Paullo* sequiores *Lusitaniæ* terminos tribuit *Strabo* lib. III; versus Austrum quidem, *Tagum*; ab Occasu vero & Septentrione, *Oceanum*, ad Ortum denique, *Carpetanos*,

tanos, Vettones, Vaccæos & Callaicos. Sic, quidquid
 finistram Tagi ripam Oceanum usque includunt Lusitania
 alii, excludit Strabo, quidquid ultra Durium ad Oce-
 ceanum adimunt alii, ad censet eidem Lusitaniæ Strabo
 Huic Suffragari videtur lib. II, cap. VI. Pomponius Me-
 la, *Lusitania*, inquit, *Oceano tantummodo objecta est; Latere ad Septemtrionem, Fonte ad Occasum*. Idem tam-
 Strabo alibi, ubi de Bætica, suo tempore Durio terminata
 tam fuisse *Lusitaniam* ait; hinc ad Arctos, quæ hodie Gale-
 lecia, aliquando *Lusitaniam* quoque dictam, *Portugalliam*
 vero hoc ævo versus Boream excurrit supra Confluentem
 Minium Aviamque ad opidum usque Ribadaniam, ad
 Avia ripa positam; qua parte Galeciam spectat; duabus
 que hinc in ortum Linea ad Mirandam usque ad Du-
 rium collocatam; inde vero Meridiem versus recto itinere
 progressu facto ad ostia Anæ Fluvii; quo latere Calce-
 læ, Extremaduræ & Andaluziæ est confinalis: ad No-
 tum & Occidentem Atlanticum respicit Oceanum, adeo
 ut ambitus ejus censeatur esse 15 ccc xxx c milia
 rium. *Lusitania* (quæ *Autlaviz* Proclimæo & aliis; Appianus
 autem Alexandrino *Autlaviz*) nomen impositum tradit
 M. Varro & Plinius, ab *Luso* Liberi Filio, *Lysaque* cum
 bacchante: *Lusitaniam* enim dici, tamquam *Lusi* regio-
 nem, quum *Taviz* nihil aliud quam Regio. Marcianus
 putat *Lusitaniam* appellari ab Fluvio cognomine. *Tagus*
 Tagum, qui mediam secabat Lusitaniam, an vero *Ana*
 designet, qui Orientale radebat latus, ipsis Incolis quæ-
 rendum relinquo. Sunt certe alii, qui ab *Ana* sic nomi-
 natam censent, quasi apud eundem Amnem Liber-*Pan-*
 ac *Lysas* bacchantes simul iuserint. Videndus Plinius
 III, cap. II. *Portugalliam* quidam sic nuncupatam ro-
 lunt à *Portu Gallorum*. Andreas Resendius, cujus sen-
 tiam sequuntur alii Docti, *Portugallia* appellationem ma-
 nasse notat à *Portu Cale*, quod Opidulum Durii Fluminis
 ostio adpositum Piscationis gratia frequentari quon-
 dam solitum: unde tanta hominum multitudo confluit
 ut in Civitatem opulentissimam evaserit, & *Portu*
 (quasi *Portus Cale*) nominari cœperit; inde vero totius
 Regnum nomen postea obtinuisse. Alii *Portugalliam* ap-
 pellari opinantur, tamquam *Portum Galecia*, ab Opido
 Portu, de quo antea dixi; quod Durio adlocatum
 summam oportunitatem ingressum dabat in totam
 Galeciam

Galeciam; cuius nomen longe lateque quondam se extendebat; quod alibi à me notatum. In tres fere partes secant hanc Regionem duo Fluvii, Tagus & Durius. Pars quæ ad sinistriora Tagi (unde *Trans-Tagana*) versus Meridiem rarius habitatur, Montibus plurimum obstita & sterilis: quæ ad dexteriora Durii (καλλιμαχία olim Straboni, hodie *Antre Douro & Minho*, Latinis quibusdam Scriptoribus *Interamnii*; vicinæ ibi Galeciæ non est dissimilis; Incola magis, quam Opibus abundans: quæ inter utramque ad dextram Tagi ripam, Castellæ æmulator, uno superat; c c c c l x x circiter opidis arcibusque dives. De Regionis hujus fertilitate & optima Aëris temperie commemorat quædam Athenæus lib. viii, cap. i.

Totum illud, quod hodie *Portugallia* adscribitur, tenebant olim, extra Veterem quidem Lusitaniam, versus Boream, præter *Nemetatos* Ptolemæi, & *Origenos* Plinii (quorum latiore explicationem brevitati consulens omitto) Populi qui *Gravii* Plinii; quosque Pomponius Mela, in commendate forsitan, *Grovios* vocat: *Gravios*, quasi *Grajos* truncatos canit Silius Italicus lib. iii;

Et quos nunc Gravios violato nomine Grajium

Oenæa misere Domus, Aetolaque Tyde.

Idem Silius lib. i Populos hosce locat ad Lethen, Hispaniæ Fluvium; qua de re cap. vii: *Bracari* Plinio; *Begæ* Appiano; *Βρυγάζεσι* (fortean *Βρυγάζεσι*) Ptolemæo & Straboni: In ipsa vero Lusitania, *Bellitani* Plinio, *Βιλλιταῖοι* Stephano; & alii. De Rebus contra Lusitanos, eorumque Ducem Viriatum ab s. p. q. r. gestis, anno ab v. c. l c i multisque sequentibus, legendi Appianus in Iberoicis, Epitomæ Livianæ, Eutropius lib. iv, Florus lib. ii, cap. xvi, Orofius lib. v, cap. iv, Vellejus Paterculus lib. i, Strabo lib. iii, Obsequens cap. lxxvii, Silius Italicus lib. iii, Valerius Maximus lib. vi, Cicero lib. i Officiorum, & alii. Lusitanos fortissimos, sed Latrociniiis infames; Agros minime colere; esse insidiandi indagandique peritos, celeres, leves & versatiles; Butyrum eis Olei usum supplevisse; Vasis uti solitos cereis; Coriacis usos fuisse navigiis usque ad Brutum, postea vero Magnas habuisse Onerarias Naves, maximo numero, liquet ex Strabone; fidem iis etiam faciente Sidonio Apollinari in Panegyrico, quem Majorano inscripsit. Apud Lusitanos Carbasia quoque primum reperta fuisse

notat Plinius. Scribit item Strabo Lusitanos Marti
rum immolare, præterea Captivos & Equos futura
Captivorum Extis prædicere, quin & ritu Græcorum
hecatombas instituere, item gymnica exercere Cer
mina solitos.

Anno cIo Io cxx prodiit Olisiponi descriptio regni
Portugallia, vel potissimum urbis Olisiponenfis authore Nicolao
Olivera, diligentissimo juxta & patriarum rerum scientia
mo; qui quia patria lingua scripsit, obscurior illius est liber
paucorum manibus teritur: Ex eo qua maxime cognita nosse
ria sunt, excerpta & vertenda duxi.

Regnum Portugallia longum est nonaginta leucas, latum qua
raginta. ambitu autem suo complectitur ducentas & octoginta
leucas. Dividitur in sex provincias; Prima vocatur Alenteio, quæ
est, Transagana respectu urbis Olisiponenfis, & pertinet a Com
pago ad civitatem Eluas, occupans totam regionem, qua jacet in
ter Tagum & Anam, & reliqua munita cum pagu quatuordecim
Anam sunt ab Alcoitim usque ad Olivencam, inter qua sunt fo
mosa opidula Cerpa & Moura. Pars hac longa est leuc. xxxiv,
lata xxxiv.

Secunda appellatur Estremadura, qua ad mare quidem
Cascais pertinet ad Mondego; intra continentem autem linea
imaginaria clauditur ab Abrantes ad Coymbre pontem; tendit
que in longitud. xxxv leuc. in latitud. xviii.

Tertia dicitur Beira, atque à Coymbra pertinet ad Guardam,
continetque totam illam regionem quam vocant Ribeira de
Coa; longa leuc. xxxiv. lata numerando ab Aveiro ad Tave
rones, xxxiii.

Quarta, inter Durium & Minium dicitur, pertingitque ad
oppido Porto ad Valencam super Minium; longa leuc. xviii,
lata xii, ubi latissima; nonnusquam tantum octo. Hac sunt
ita exigua sit, tamen centum triginta monasteria habet opem
reditibus dotata; & mille quadringentas sexaginta Ecclesias pa
rochiales, præter Bracarensem metropolitaniam, & Episcopatum
portuensem, aliasque collegiatas quinque. habet ultra quinquaginta
millia fontium perennium; & ducentos pontes è saxis fabricatos
& sex maritimos portus.

Quinta appellatur Transmontana, pertinetque à fluvio Tame
ga, ad Episcopatum Miranda; longa xxx leuc. lata xx.

Sexta Regnum Algarbiæ, quod à Ceixe pertingit ad Ca
strolimmarium, è regione Ayamontii; longa xxvii, leuc. lata
viii, ubi longissima & latissima, patet itaque totum regnum in
longitud.

longitudinem ad oram quidem Oceani CXXXV. leucas, in mediterraneis vero CL, in latitudinem tantum quinquaginta; longum enim est, sed angustum.

Completitur et decem civitates & multa atque grandia oppida, quæ sunt numero quadringenta & quatuordecim, quibus se addas ducenta & aliquot municipia eisdem oppidis subiecta, efficiunt numerum sexcentorum & supra triginta oppidorum; neque desunt alia loca, quæ vocantur Aldeas, quæ sunt infinita, nam solum oppidum Covilhaan sub se completitur supra trecentas & sexaginta, quarum quadam sunt majores ipso oppido, quod tredecim habet parochias, quarum principalis intra muros ipsius continet sexcentas familias. Civitatum denique tres sunt archiepiscopales, Olisippo, Ebera & Braga sive Bracara; novem Episcopales, Miranda, Porto, Coymbra, Lamego, Viseu, Guarda, Portalegre, Elvas & Leiria; reliquæ quinque sunt Bragauca, Beja, Tavita, Lagos, Fares & Sylves; quarum quatuor posteriores sunt in regione Algarvia, & sub uno Episcopatu comprehenduntur.

Portugalliæ Metropolis est Olisippo, ut ea dicitur in antiquis & probatæ fidei M. Terentii Varrohis 11 rerum rusticarum, Plinii, Antonini & Pomponii Melæ Exemplaribus. In Vulgatis enim nunc Olyssipo, nunc Olyppo, item Vlyssippo, aliisque modis scribitur: Ολυσσιον Straboni; Ολυππιον Stephano: Hodie Lisboa, vel, ut Incolæ proferunt, Lúboa. Urbis nomen ab Vlysse (quod ex Myrtili verbis conatur facere Strabo, & sequutus eum Isidorus lib. xv, cap. 1) dirivare, absurdissimum; quum is extra Fretum Herculeum numquam navigarit. Præit penitus ad verum Etymon Ptolemæus, apud quem divinum & vitiosa legitur Ολυσσιον. Olisippo enim, meo quidem iudicio, quasi Ολυσσιον; quo innuitur totum illum Hispaniæ tractum, ubi antiquis Lusitania, tamquam Equeorum quoddam fuisse Stabulum, ob incredibilem equarum iis in locis fecunditatem; quæ tanta fuit, ut eas Favonio flanti obversas certo tempore solitas concipere, fabulata fuerit Antiquitas: qua de re dictum à me abunde hujus libri cap. 111. Apud Plinium etiam Felicitas Iulia nuncupatur. Emporium est, reliquis Orbis Terrarum nobilissimis concensendum; Divitiis supra modum adfluens; Mercium peregrinarum, quæ ex Asia, Africa, Americaque adferuntur, Promptuarium celebre: Sitas ad Tagi fere Ostium amoenissimi commodissimique amplum, quodque sua magnitudine Montes quinque, totidemque

tidemque Valles (nam olim multo erat minus, unum tantum, ut quidam tradunt, Collem occupabat) constituitur. Ex parte, qua mari adluitur, Portis distinguitur xxii; qua Continentem respicit, xvi: Turribusque Murorum gyrum lxxvii munitur. Ambitus septem passuum millibus designatur. Templi, quæ Græcis Parochiæ, xxv numerantur: præter hæc plurima sunt quæ Monachis, Anachoretis, Vestalibusque sunt attributa. Eripuit eam Maurorum faucibus rex Alphonsus anno c l o c x l v i i. Prolixior essem in hac Vrbe delineanda, nisi eam peculiari libello descripsisset plene Dami- nus à Goes Eques Lusitanus.

Civitas Olisipo (inquit Oliveira) patet in longitudinem in- tem, ad S. Bento duas leucas. quod intervallum continuis a- ciis occupatur, in medio autem ipsa Civitas jacet, septem sata- ti montibus superstructa, quorum non modo convalles sed & vos occupat.

Primus mons qui est ad orientem S. Vincentii dicitur, Maurorum temporibus extra civitatem fuit, nam vetus civitas exordium sumebat à Castello, & ab eo descendebat ad ripam fluminis; & secundum illius ductum murus pertinebat ad ripam, quæ sunt e regione Ecclesiæ Misericordiæ ab Emannuele. R. fabricata, & hinc murus per portam ferream ad castellum redit, quo circuitu septem parochia continentur. Deinde novus murus ductus fuit à porta Civitatis secundum ripam fluminis ad portam Crucis, & ab ea ad monasterium S. Vincentii, quo ambitus parochia comprehenduntur. A Castello autem ubi murus hucusque versus ortum terminatur; murus rursus ad occidentem per ductus fuit ad S. Rochum, à quo denique ad ripam fluminis descendit, & decem complectitur parochias: ita ut hic ambitus totum viginti quinque parochias contineat. Sed ut ad primam hunc montem revertar, is ad orientem assurgere incipit ab alio monasterio S. Clara, & subit ad S. Vincentium, à quo descendit ad nostram Sennoram de Gracia, ubi & murus civitatis desinit, ab hac ad meridiem descendit per S. Andream & Salvatorem ad equile Regium, ita ut intra hunc montem contineantur sex parochie grandes parochia: nimirum S. Eugracia extra muros, intra autem S. Vincentii, S. Marina, S. Andrea, Salvatoris & S. Stephani.

Secundus mons, ad occidentem prioris, ab ejusdem termino initium sumit, & ascendit ad portam S. Andrea, atque inde secundum occidentale Castelli latus, ad equile Regium protenditur.

continetque parochias tres, ad orientem quidem S. Michaelis, ad occidentem S. Petri, & in vertice quasi S. Thoma.

Tertius qui altissimus & undique princeps & rotundus, munitissimum habet Castellum, altis muris & turribus cinctum. Incipit hic mons ad orientem a porta S. Andrea, & abruptis clivis descendit ad equile Regium, & inde magno ambitu, media pene leuca ad portam S. Andrea redit; continetque parochias sequentes, S. Crucis in Castello, S. Bartholomai, S. Iacobi, S. Martini, S. Georgii, S. Ioannis, S. Magdalena, S. Mameda, S. Christophori, S. Laurentii & magnam partem S. Sebastiani de Mouraria.

Quartus dicitur S. Anna, qui triangularis est forma, & medius inter Castelli montem, & S. Rochi. Ad radices illius versus orientem itemque versus occidentem duae sunt valles oblongae, quae terminantur inter hanc vallem quae inter Castellum & S. Rochum interjacet; in tertia hac visuntur parochiae Conceptionis, S. Iuliani, S. Nicolai & S. Iustae; in orientali autem valle visuntur parochiae dos Anjos, in qua sunt 933 foci; & bona pars parochiae S. Sebastiani, in qua sunt foci 870 occidentalis denique, quae desinit ad S. Sebastianum de Pedreira, & quartam partem leuca in longitudinem patet, ab una parte grandibus & nobilibus aedificiis ornata est, ab altera fertilissimis hortis consista; continet parochiam S. Iosephi, in qua 620 foci, & magnam partem parochiae S. Sebastiani de Pedreira.

Quintus mons dicitur S. Rochi, qui à porta do Ouro secundum vallem quae media est inter ipsum & montem Castelli, sensim ad S. Rochum ascendit, rursusque per angustam vallem ad ripam fluminis descendit. Continet magnam partem parochiarum S. Iuliani, Iustae, Iosephi & Nicolai; parochiam martyrum Trinitatis, Loreti, & bonam partem parochiae S. Pauli.

Sextus mons à quinto versus occidentem, dicitur vulgo das Chagas, id est quinque plagarum Domini: propter Ecclesiam quam hic aedificaverunt nautici homines qui in Indiam navigant; praeter hanc autem continet tres parochias, videlicet maiorem partem parochiae Loreti, partem parochiae S. Catharinae & S. Pauli.

Septimus mons S. Catharina montis Sinai, qui versus occidentem à Sexto amplissima valle divisus.

Ceterum in civitate Olisiponensi quadraginta sunt parochiae, quae à nostra Sennora de olivis ad nostram Sennoram de vinda, quarum leucarum intervallo continentur. In quibus parochiis, notatione superioribus annis accurate subdistinguitur peregrinis omnibus exceptis

exceptis atque advenis Portugallii nequaquam annumeratis) fuerunt supra viginti novem millia familiarum; & centum & octo mille & octingenta anime; præter trecentos clericos in eadem ecclesiis ministrantes. Sunt in eadem viginti monasteria religiosorum, in quibus variorum ordinum monachi mille trecenti sexaginta quinque; & octodecim religiosarum virginum, in quibus itidem variorum ordinum monacha mille octingenta & triginta.

In macello Olisiponensi quotannis mactantur undecim milia bouum, centum millia ovium, quindecim millia caprarum. in autem vestigal carnum in macello veneuntium in annos singulos licet quinquaginta quinque millibus ducatorum. Anno 1617 & filia Olisiponem advecta cista Sacchari 26413, quarum singula ut minimum quindecim arobas pendunt. Ex Madera autem & Insula S. Thomæ ut minimum 10000. Eodem anno in oppido Viana vendite fuere cista 5000 Notandum: in unam navem quam vocant Caraguam, cum suis armamentis & nautarum stipendio (mercibus omnibus exceptis) antequam e portu Olisiponensi egrediatur, impendi 127500 ducat.

Porro quinque supra dictorum montium firmo muro cincti sunt, in quo sunt septuaginta septem altæ turre & viginti duo porta ad ripam fluminis, & versus terram septendecim; tantum autem concursus e vicina regione fit ad urbem, ut a curiosis observatum sit, per portam S. Antonii indies 1500 jumenta ingredi; per S. Vincentii supra mill.; per S. Crucis supra 900; & per S. Petri supra 1200, farina onusta & fructibus omnis generis.

Inter Civitatem hanc & Cascaiu quinque leuc. intervalli sunt arces; quarum prima, munitissima & splendida est Belem, in qua multa machina bellica disposita.

Secunda maxima, multisque propugnaculis & machinis instructa arx S. Iuliani ad ipsum Tagi æstuarium, ubi mari misceatur; in qua septuaginta majora tormenta bellica & præsidium quadringentorum militum.

Tertia qua Cabecca Secca dicitur, in medio æstuario, situ à natura munitissimo.

Quarta arx S. Antonii, à monasterio ejusdem nominis illi vicino sic dicta.

Quinta denique in oppidulo Cascaiu, omnibus rebus ad præparandas hostiles naves abunde instructa.

Vt autem intelligatur, quantum hæc civitas in mari possit, obiter hic annotandum; præter Clossam qua Rex Sebastianus captivas suas in Africam traduxit, qua supra mille velis constabat: cum

Philippus II Castella Rex Portugalliam intraret, & Gallorum classis cui Philippus Strozza praeerat, metueretur, viginti duarum annorum spatio XXVII, majores naves hic instructa, cum quibus Marchio S. Crucis Gallorum classem profligavit. Anno autem CIO IO LXXXIII, classis centum & septem navium sub Marchione S. Crucis hinc profecta Terceranos rebellantes ad obsequium reduxit. An. dein CIO IO LXXXVIII, in formidabili illa classe quae Hispanus Angliam invadere proposuerat, tredecim Portugallica, quae Zabra, quae Galeones, fuerunt; inter quas eminebant Galeon S. Martini, quae dux Medina vehebatur & mille milites: & S. Ioannis quae octingenti milites, & denique S. Mathaei quae sexcenti.

Sunt in hac civitate varia armamentaria, in quibus sunt multa tormenta, & omnis generis apparatus bellici & nautici.

Præterea in ambitu urbis ad quinque leuc. veluti circiter circumducto, hæc sunt oppida & pagi. Primo oppidum Cascaii, quod cernitibus Mosanti pariet, familias numerat circiter nongentas, in duabus parochiis degentes, in quibus sunt persona 3500. Suntque in illius ditione tres aliae parochiae Alcabedeca 350, focus constans, personis, 1500. S. Domingo de Rana 150, foc. person. 500. Carcavelos 140 foc. person. 400.

Duabus à Cascaii leuc. situm est oppidum Collares omnium fructuum genere abundans, quorum vestigal quotannis ad mille quingentos coronatos ascendit: unam habet Parochiam 180. foc. in quibus 800 pers. Ab hoc unius leuc. intervallo distat antiquissimum & nobilissimum municipium Sintra, quod Regnis Portugalliae attribui solet, quæ in illius districtu possident sex divitissimos prioratus; quorum prior qui S. Martini dicitur, in ipso municipio situs 386, focos complectitur, in quibus anima 1389. Secundus S. Mariae 90 focorum in quibus 290 anima: Tertius S. Michaelis, qui licet tantum 50 foc. & 80 person. contineat, tamen annuatim mille ducatos reddit. Quartus S. Petri 170 foc. 630 animar. Quintus Terrugem 150 foc. 560 anima. Sextus Ecclesia nova 196 focor. in quibus anima 690. Præter hos prioratus sex parochias habet annexas, in quibus sunt 1203 foc. animar. 4000.

Duabus à Sintra leucis ad orientem jacet municipium Cheliter 95 focor. in quibus anima 279; & ab hoc media leuca itinere ad orientem Masora duabus constans parochiis; in quibus foc. 350, anima 1220. Sequitur deinceps Ruda in qua duae parochiae, in quibus 430 foc. anima 1500.

Porro ad ripam Tagi, unam habet parochiam, 180 foc. 600 animas.

Villa franca municipium dives, una hic parochia, 900 focorum
supra 3500 animar.

Huic vicina Alhandra, Archiepiscopi Olisiponenfis municipium,
una hic parochia 650 focorum, 2000 animar. Sequitur deinde
Alverca ad Regem pertinens, una parochia 340 focorum, 1100
animar.

Povoa de don Martinho, quod est Comitatus de Villa franca
municipium, una parochia 270 focorum. 600 animar. Hinc jam in
grum Olisiponensem transitur. qui incipit à Villa longa, ubi una
parochia, 460 focorum, 940 animar, & ne minutatim cetera persequi
quamur, in districtu sive ambitu quinque leucarum supra dicto,
parochia cum suis templis sunt quinquaginta & novem.
13403 focorum, 46400 animar. E quibus frequentia Civitatis Olisiponenfis
censeri potest.

Trans Tagum autem in simili districtu & distantia à Civitate
sunt municipia aut pagi viginti novem cum suis parochiis, in quibus
numerantur 7177 focorum. & 26386 animar.

Denique tam in Civitate quam in predicto circuitu circumstant
sunt 128 parochie, 173217 animar. Præter religiosos & religiofos.
Hactenus Oliveira.

Antoninus in Itinerario quatuor Olisippone Itinera describit;
tria quidem Emeritam, per Equabonam (Couna hodie est)
per Arrium Prætorium, per Hierabrigam; quartum autem
Bracaram Augustam per eandem Hierabrigam: quorum
intermedia loca, quod præter duo vel tria ad certam
hodie stationem referri nequeant, hic non recensere
bo. Olisippone, ut Matrem agnoscunt & venerantur
Trans-Taganæ: Ebora; sic nominatur Plinio, Antonino,
Pomponio Melæ; Eboræ autem Ptolemæo; quæ vulgo
hodieque Euora. Ebora meminerunt vetusti lapides; inter
quos ex Andrea Resendii Monumentis ille satis cognitus,
xii ab Urbe Milliario, via Salaciensi, cum hac
Inscriptione: IMP. CÆS. MAXIMIANO. P. IO.
FELICI. AVG. EBORA. M. P. XII. Liberalitas Julia
cognominatur Plinio lib. iii, cap. xxii, ad differentiam
aliorum Hispaniæ Opidorum, quæ Ebora dicebantur.
Academiam habet Ebora, ab Henrico Cardinale Lusitaniæ,
eiusdemque Civitatis Præsule, nuper institutam.
De ea Iacobus Payva, Quod si Academicarum, inquit, gloria
magis litterarum & virtutum splendore, quam Antiquitate
constat; hæc certe paullo ante constituta cum antiquissimis &
toto orbe celeberrimis jure certare poterit. Satis enim illa præ se fert
specimen

Specimen Integritatis, Prudentia, Pietatis, Fidei & Religionis, quibus mirum in modum excellit Henricus Princeps clarissimus, qui illam egregie fundatam, mirifice auctam, omnibus necessariis rebus munitam, nobis & posteritati exedificavit. Regia, vulgo *Beis*, vel *Bexa*; olim, uti censent Io. Mariana, Clusius, Valsæus, & Caspar Varrerius in Chorographia Lusitanice edita, Pax Iulia, Antonino; Πύξ, Ιερών, Ptolemæo. Addit Valsæus eam Maurorum adhuc tempore *Paccam* fuisse appellatam. De ea dixi nonnihil cap. xxvj. *Setubal*, olim, ut opinatur Clusius. *Salacia*; quæ tamen Varrerio Mortalique puratur *Alcasar de sal* in Algerbiæ regione. Clusio ut subscribam, faciunt Veteres Scriptores. Pomponius; *In Sacro Promontorio*, inquit, *Latrobriga*: & in *Magna Eboræ*, statimque subdit: *Sinus intersunt, & est in proximo Salacia, in altero Olisippo & Tagi ostium*. Plinius post *Olisippone* à Tago *Salaciam* recenset; cognominatam *Urbem Imperatoriam*. Ptolemæo ab Occasu juxta Oceanum in *Turdetanis Lusitaniæ* *Σαλακία*. Consulendum & Antonini Itinerarium. Vrbi nomen inditum videtur ab *Salacia*; quam Oceani Sororem Terræque Filiam confinxerunt Antiqui. *Almada*; Ptolemæo *Καλιόλεξ*; Antonino *Catobriga*: Iacobus tamen Delgadus scribit hodie vulgo *Trojana* vocari. Cis Tagum haud procul Olisippone Aquilonem, versus *Cascale* Opidum est situm, ubi Naves Onerariæ, iactis Anchoris, Ventum Æstumque maris, ut flumen adscendant, operiuntur: Portum habet vadosum & amfractuosum. Propius ad Urbem accedenti *Bethleem* occurrit, Opidulum, Templum habens Divæ Virgini dicatum, sumtuque incredibili exstructum: Emanuelis Lusitaniæ Regis Monumentum, quod, dum viveret, sibi ipse designavit. Magna tamen Operi accessio facta ab Ioanne III Emanuelis Filio; quod indicat inscriptum Arcui *Tetrastichon*; litteris bestialibus:

Vasta moles sacrum divine in littore Matri

Rex posuit, Regum maximus, Emmanuel:

Auxit opus hares Regni & pietatis; uterque

Structura certant Religione parer.

Sunt ibidem *Leiria*, *Tomar*, *Guarda*; non ignobilia, neque obscuri nominis Opida. Prope *Leiriam* urbs fuit quæ Plinio dicitur *Colippo*; cuius ruinas S. *Sebastiani* vocari ab Sacello proximo Varrerius in suo Itinerario, Lusitanica lingua scripto, memoriae prodit. Haud procul

Tomare visitur *Ceice*, quam quibusdam fretus conjecturis idem Varrerius arbitratur esse *Celium* Antonini. *Alqueram* ad Fluvium Tagum supra Olisipponem, Patriam suam Damianus Goësius, sic dictam putat tamquam *Alankerke*, *Alanorum Fanum*; ingeniose, & non dubito, quod vere: Hæc olim *Ierabrica* Antonino, uti censent Reledius apud Vassæum, Varrerius, cujus sæpe memini, & Ambrosius Moralis. Incolæ apud Plinium corrupte *Arabritenses*, pro *Hierabrigensibus*. *Hierabriga* enim in melioribus Antonini Codicibus dicitur. Inter Mondam & Durium fluvios *Contimbrica* est: sic Plinius & Antoninus Opidum vocant, quod notante Emanule Enriquo Lusitano hodieque *Coimbra*: Phlegonti Tralliano *Κοιμβήρυξ* denominatur. Olim caput fuit Regni Portugalliæ: hodie Academia, quam nuper instituit Ioannes I Portugalliæ Rex; & Aquæductu, quem maximo sumtu perfecit anno c l o l x x i i. Rex Sebastianus, celebris. *Viseum*, vulgo *Viseo*; *Visensis Civitas* in Conciliorum Opere: Ptolemæo, ut Villanovanus existimat, *Βισόντιον*; quod tamen ab *Viseo* multis parasangis distare, docet Varrerius in sua Chorographia: *Viseum*, *Vicum Aquarum* Antonini esse, non satis caute scribit Andreas Bacchius in suo de Balneis opere. Quod opidum hodie *Ponte Vouga*, Plinio patet *Vacca*; Orofio libro quinto, cap. iv, vitiose *Bacari*; ubi scribit eam à Q. Fabio Serviliano deditione receptam. *Lameca* quæ vulgo *Lamego*, meminit Concilium Toletanum I I I: *Lamecum* etiam ab Latinis nuncupari notat Emanuel Enriqus Lusitanus. Inter Durium denique & Minium *Braga* superbit: sic hodie dicitur, quæ *Βράγα Αύγουστα* Ptolemæo, *Bracara Augusta* Antonino, *Augusta Bracarum* Plinio; unde *Bracari* populi, de quibus paullo ante. Ab Gallis *Braccatis* conditam fama refert, anno ante Christum natum c c x c. *Augusta* cognomen addiderunt Romani Victores. Tam olim celebris, ut Conventus hic fuerit ex septem Citerioris Hispaniæ natus, unde Urbes x x i v, auctore Plinio, jus petere consueverant; undeque ab Antonino quatuor Itinera Militararia in Asturias describuntur; Primum per *Salaciam*, Secundum per *Aguas Celenias*, Tertium per *Salanianam*, Quartum denique per *Limiam*. Aufonius hanc urbem tali nobilitat Elogio:

Quæque sinu pelagi iactat se Bracara dives.

Ad quem

Ad quem locum Vinetus : *O quam dudum, inquit, seges est, ubi Treja fuit. Everterunt & hanc cum Emerita Barbari. Parva urbs, in magna illius Bracara suburbio exstructa; ad cuius partem, eam qua Orientem respicit, effodiuntur subinde Veteris Urbis insignes ruinae.* Sita est ad Alesten fluvium; cuius fontes in Spino monte quatuor ab Urbe milliaribus distant: Vallem amœnissimam Urbi adjacentem irrigat; multis hortis, pomariis, pratis & viridariis excultam: Urbem adluit, atque in Avum majoris famæ fluvium prope antiquum opidum *Villam Comitum* influit. Quidam falso *Sethen* vocant. Extra Portam, quæ de *Sancto* dicitur, D. Annæ *Ædicula* est, quam x i i Columnæ ab Romanis variis quondam in locis erectæ, Litteris incisæ, ornant atque cingunt. Ad Meridionalem Urbis partem *Silva* est *Primatialis*, Perdicum ac Leporum abundantia celebris; in cuius fere medio Fons est amœnissimus. Hinc versus Occidentem progredienti locus se offert, quo Urbis Arx Romanorum tempore fuisse creditur. Haud procul inde S. Sebastiani est *ædicula*, ubi Forum Romanorum fuisse perhibetur. Totius Hispaniæ Primatum antiquissimo jure sibi vindicat: qua de re cum Tolerana Sede vetus *Lis* est & *Contentio*, cuius meminit Honorius i i i p. m. in Cap. Coram. De in integrum restitutione: quæ tamen *Lis* ab ejusdem Pontificis tempore ad nostram usque ætatem adhuc altum fileat. Archiepiscopo Civitas pleno jure paret, sive spirituales spectes Jurisdictionem, sive temporalem: multo quondam frequentior, nunc Incolarum numerat duo circiter millia. *Conventus* porro *Bracaraugustani*, de quo paullo ante, meminit Inscriptio, quæ ibi hodieque in *ædicula* Laurentii cuiusdam Bracarenfis Archiepiscopi legitur:

ISIDI. AVG. SACRVM
LVCRETIA. FIDA. SACERDOS. PERP
ROM. ET. AVG
CONVENTVS. BRACARAVG. V. D

Addam & duos Lapides in honorem duorum Civium Bracaraugustanorum positos, qui Tarracone servantur:

Q. IONTIO. Q. F. M. VLPIO. C. F
QVIR. SEVERO QVIR. REBVRO
BRAC. AVG EX. BRACARAVG
OMNIBVS. HONORIB OMNIBVS. H. IN
I 7 I N.

IN, RE, P. SVA. FVNGTO
FLAM. P. H. C
P. H. C

RE. P. SVA. FVNGTO
FLAM. P. H. C
P. H. C

Quod porro *Calem* Antonino, nunc *Gaia* censetur: quod *Προμακίων* Ptolemæo, hodie *Lima*: quod *Κολιβεργα* eodem, hoc ævo putatur *Bergança*. Sex milliaribus à Bracara Augusta versus Euronotum locus est, qui *Sitanis* incolis nominatur, habitatore carens, ubi olim *Cinninia* fuisse perhibetur, nobilis Lusitaniæ Vrbs. De ea sic Valerius lib. VI, cap. IV, quod Graviter Dictis Factisque inscriptum: Cujus (egerat de M. Bruto) mentio mihi subjicit, quod adversus D. Brutum in Hispania graviter dictum est, refertur. Nam quum se ei tota pene Lusitania dedidisset, ac sola gentis ejus urbs *Cinninia* (sic enim perscriptum in exaratis manu Codicibus, non *Cinniana*) pertinaciter arma retineret, tentata redemptione propemodum uno ore Legatus Bruti respondit: Fertur sibi à Majoribus, quo Urbem tuerentur, non Aurum, quo Libertatem ab Imperatore avaro emerent, relictum. Ad Tamagum flumen Vicus est, non ultimi tamen nominis; *Chaves* vulgo appellatus; olim *Aquislavia*, nobilis Lusitaniæ Civitas: cujus aliorumque novem Opidorum incolæ Imperatori Vespasiano, ejusque Filiis Tito & Domitiano, Columnam posuerunt, cum, quæ sequitur, inscriptione:

IMP. CÆS. VESP. AVG. PONT
MAX. TRIB. POT. X. IMP. XX. P. P. IX
IMP. VESP. CÆS. AVG. F. PONT. TRIB
POT. VIII. IMP. XIII. COS. VI

..... Duo versus studio ab-
..... rasi, quod fortasse Do-
C. CALPETANO. RANTIO. mitiani nomen & me-
..... moriam continerent.

QVIRINAL

VAL. FESTO. LEG. AVG. PR. PR
D. CORNELIO. MÆCIANO. LEG. AVG
L. ARVNTIO. MAXIMO. PROC. AVG
LEG. VII. GEM. FEL

CIVITATES. X

AQVIFLAVIENSES. AOBRIGENS
BIBALI. CELERNI. EQVÆSI
INTERAMICI. LIMICI. AEBISOC
QVABOVERNI. TAMAGANI

PRO AOBRIGENS, alii legunt AOBRIGENS. VIBALI, Ptolemæo Βιβάλιο; *Vibali* Plinio. COELERNI, *Κοιλερνοί* Ptolemæo; *Celerini* Plinio. De EQVAESIS nihil habeo. INTERAMICI fortean in alia Inscriptione INTERAMNIENSES. LIMICORVM ~~est~~, id est Forum, antea indicatus ex Ptolemæo. In voce AEBISOC erratum ab Sculptore, si quidem servatus fuerit, uti paret, ordo Alphabeticus: fortean exprimere oportebat LEBISOC, id est *Lebifocenses*; quorum urbs ~~Abertex~~ Ptolemæo; *Libisofa* Antonino, *Libisofona* cognomine Foraugustana; hodie *Lezuza*. QVARQVERNI, Plinio *Querquerni*, *Κερκυνί* Ptolemæo, *Querquenna*, non sine menda, Antonino. ATAMAGANIS denique *Tamagus* hodie Fluvius, *Tamuga* vulgo: cui Pons impositus conspicitur insignis, multam præ se ferens maiestatem; in quo sequens legitur Titulus:

IMP. CAES. NERVAE
TRAIANO. AVG. GER
DACICO. PONT. MAX
TRIB. POT. COS. V. P. P
AQVIFLAVIENSES
PONTEM. LAPIDEVM
DE. SVO. F. C

Lagos olim Lacobriga, nobilissimum nostro ævo oppidum, fre-
guensque, ac nuper à Sebastiano rege in civitatis titulum & ho-
norem evectum; sicut & Faro à Ioanne III Sebastiani ævo.

S. Iacobus de Cacem oppidum in excellenti colle situm, qui
prospicuum maris aperit.

Sinis maritimum opidum, & propter piscationem non parum
vicina regioni conducibile.

Eluas urbs fertilitate soli & nobilitate civium ut postremas
non fert, ita olei bonitate, sine controversia, primas obtinet.

Almerinum est pagus è regione Santarena (quod oppidum
veteres Scalabim appellarunt) inter qua fluv. Tagus fluit XL.
M. P. supra Olistiponem. Locus planus & patens. à dextra &
sinistra colibus late cinctus, frugum ferax, venatione amarus,
hyeme saluber, regis adibus nobilis; ubi Portugallensium Reges
hyberno tempore propter aeris temperiem vitam degere consue-
verunt.

Tomar est oppidum, (quod veteres Neobantiam appellarunt)
in Cistagana inter Scalabim & Conimbricam, ab hac 36, ab illa
24. m. pass.

24 m. pass. distans, in longa sed angusta planitie; quam à dextra fluxus non longe illinc oriens abluir, à sinistra colles vitibus & olivis confiti cingunt; in quorum summo, qui oppido imminet, templum est antiquum & augustum, ac templo iuncta ingens ac pulcherrima domus, olim militum Templariorum, nunc Christi militiæ Fratrum.

Portugalliæ Regnum primum circa annum c l o c initium habuit. Ad id enim usque tempus sub Hispaniæ nomine censebatur. Legendus omnino præter alios Ioannes Barrus cap. I Asiaticarum Decadum. Primum Regum Lusitanorum Progenitorem Fasti commemorant *Henricum* Ducem Lotharingiæ, Comitem Limburgium, Virum Animo Magnum, Manuque promptum: qui, Lari- bus in Hispaniam translatis, *Tyresiam* duxit *Alphonsi* & I Castellæ Legionisque Regis Filiam, accepta in dotem ta- Galeciæ Lusitaniæque parte, quæ nunc *Portugallia* dici- tur; quam non ita pridem ipsemet sua virtute ex Sara- cenorum & Maurorum servitute vindicarat. Defuncto circa annum c l o c x i i Patri successit *Alphonsus* I, qui *Portugalliæ* se ducem appellans, Regis titulum ab exercitu accepit anno c l o c x x x i x, victoriam con- sequutus in Agro Orichiensi contra Ismarium, & alios quatuor Saracenorum Maurorumque Reges; quinque Scutorum Insignia facti monimentum posteris relin- quens. Successerunt huic recta fere linea *Sanctius*, *Alphonsus* II, *Sanctius* II, *Alphonsus* III, *Dionysius*, qui primus Algarbiorum Regis titulum usurpare cœpit, *Alphonsus* IV, *Petrus*, *Ferdinandus*, *Ioannes*, *Eduardus*, *Alphonsus* V, *Africanus* cognomine, *Ioannes* II, *Emanuel*, *Ioan- nes* III, *Henricus* primo Cardinalis, & *Antonius*: quo, quod Nothus diceretur, pulso, ut proximus heres Re- gnum occupavit *Philippus* II Hispaniarum Rex, *Ema- nuelis* per *Isabellam* primogenitam Nepos; cui secutus est *Philippus* III; cuius hodie Filius *Philippus* IV felici- ter Hispaniæ, quanta quanta est, imperat. De *Portu- galliæ* Regibus, eorumque ortu & Genealogia, rebusque gestis, adeundi *Rodericus Toletanus* lib. VII de Rebus Hispaniæ, cap. V, *Rodericus Sanctius Hist. Hispan. par- tē* I, cap. XIV, *Lucius Marineus Siculus* lib. VII de Re- bus Hispaniæ, in fine, & alii.

CAP. XXVII.

Algarbia.

Linea, cujus initium ab Ana fluvio inter amnes, qui vulgo *Vataon & Carivas*, finis autem ad Opidulum *Od-seiza*; id est ab Oriente versus Occidentem tracta, separat *ALGARBIÆ* regnum ab ipsa Portugallia; omnium Hispaniæ Regnorum minimum & ignobilissimum. Comportantur eo ex variis Hispaniæ partibus secundo Anæ decursu Vina omnis generis, Sicca, Bastarda, Romana, & ejus classis alia; quæ porro navibus imposita in Galliam, Inferiorem Germaniam, alioque vehuntur.

Locasse quondam sua hic Domicilia notant Geographi Veteres, præter *Cynetas*, quos omnium Europæ ultimos versus Occasum facit Herodotus, & apud quos Atlantem effluere scribit Avienus; & *Ostidamnios*, quos ad ipsam Promontorium Calbium Europæ extremum locat Strabo: etiam *Turdetanos*; qui *Τυρδετανοί* Ptolemæo; quosque cum *Turdulis Veteribus*, de quibus cap. xxv, quidam confundunt: Strabo quosdam inter *Turdulos & Turdetanos* distinguere scribit; sed nullam distinctionem suo tempore adparere. Eorum Regio *Ταρσις* Artemidoro apud Stephanum; cui & *Τάρσι* & *Ταρσις* sunt noti. Quædam in *Turdetanorum* laudem dicta sunt à me cap. viii, ubi de Veterum Hispanorum lingua ex Strabone, qui duobus locis lib. iii illos mirum in modum commendat ab Sapientia, Litterarumque studiis; addens apud eos servari venerandæ antiquitatis Volumina, Poëmata, Legesque versibus ante sex annorum millia conscriptas: Augusti autem principatu, Latinos prope factos, propriæ memoriam linguæ habuisse fere nullam; inque Romanos penitus ritus fuisse transformatos.

Opida habet *Balsam* Ptolemæo. Plinio, Antonino & Pomponio Melæ; quæ hodie *Tavila*, ut Coquus opinatur. *Ossinobam* Plinio & Antonino; quorum ille *Lusturiam* cognominat; *Ossinobam* est Ptolemæo; putaturque quæ nunc *Silvi*. Fuit etiam ibidem ad Sacrum Promontorium Vrbis *Lacobriga* Pomponio; cujus etiamnum ruinæ ruderaque visuntur prope *Lagos* opidum maritimum, in Vico, qui

qui Lusitanica Lingua *Lagoa* vocatur, uti scribit Vascus
Ejus Incolæ *Λαγοεῖται* Plutarcho, Sertorium depingentem

Algarbia, Comitatus initio in dotem ab Alphonso
Legionis Rege, ut prisci referunt Annales, datus fuit Al-
phonso 111 Portugalliæ Regi, quum filiam ipsius Re-
tricem, quam ex Pellice genuerat, uxorem duceret. Na-
tus ex eo Conjugio *Dionysius*; qui primus Algarbiorum
Regis titulum usurpare cœpit.

Portugalliæ regimen regium est & absolutum non minus quam
reliqua Hispania.

Regiam autem aulam comitantur aliquot tribunalia, quarum
primum & principale appellatur Tribunal Relationum, &
domus supplicationum vulgo *Caza de Supplicação*: caput
Officiales reliquos omnes auctoritate superant; ii jam in civitate
Olisiponensi fixas habent sedes. Constat autem hoc tribunal de-
cem ludicibus, quos vulgo vocant *Desembargadores*, duobus Co-
regidoribus in causis criminalibus, totidemque in civilibus; du-
bus ludicibus, qui de causis Fiscalibus & vectigalibus coram
cognoscunt; quatuor Auditoribus, qui de sententiis criminalibus
judicant; uno Procuratore Fisci, binis vectigalium, uno Iudice
Cancellaria, uno Promotore ut vocant *Iusticia*, & quindecim *Des-*
sembargadoribus extraordinariis, uno Solicitatore iustitiæ, scri-
bis appellationum, uno Distributore, uno Thesaurario depen-
dentem in Curia, aliquot Praconibus, & quadraginta ut plurimum
Procuratoribus literatis; denique uno Praside, qui ex majoribus
proceribus Regni assumitur, & vulgo *Regedor da Iusticia* ap-
pellatur. Porro *Desembargadores* hi cognoscunt de omnibus cau-
sis, quæ per appellationem ad ipsos devolvuntur à Tribunali Por-
tuensi, quæ superant valorem centum mill. rees in bonis mobili-
bus, & octingenta mill. in bonis fundi, præterea de causis, quæ ad
ipsos deferuntur à Iudice novarum accessionum tribunalis Por-
tuensis, quæ prædictum valorem excedunt; denique de cæteris quæ
ab aliis tribunalibus ad ipsos deferuntur. Habet denique hoc tri-
bunal unum Cancellarium, qui sigillum suum omnibus sententiis
appendet; & de erroribus Scribarum, eorumque stipendiis co-
gnoscit.

Alterum tribunal appellatur *Caza de Civel*, id est, rerum
civilium, quod cum diu in civitate Olisiponensi fuisset, Philippus 1
Portugalliæ R. ad oppidum Portuense transtulit: auctis stipendiis
non modo hujus tribunalis iudicum, sed & superioris, ut eam
majore integritate singulis iustitiam ministrarent. Constat autem
duplo pluribus officialibus quam prius: judicant hi absolute de
causis

omnibus causis, quæ valore centum mill. rees in rebus mobilibus, aut octingenta mill. in rebus fundi non excedunt.

Est & tertium Tribunal majoris, quam duo superiora, auctoritatis, quod appellant Desembargo de Paco, id est palatii; quod constet uno Praside è præcipua nobilitate, quinque Desembargadoribus, septem scribis, aliisque minoribus ministris: hoc Tribunal semper aulam Regiam comitatur, & supremam obtinet jurisdictionem. Nam & appellationes concedit eis, quorum causa jam à superioribus tribunalibus judicata fuere, & causam in judicio à novem Desembargadoribus denuo cognoscendam committit. Itemque in omnium totius regni judicum actiones inquirat, & contra se earundem rationem jubet reddere, si quisquam se ab ipsis injulle gravatum aut oppressum in judicio conqueratur.

Idem & privilegia omnia quæ à Rege petuntur, promulgat, legimos declarat, de adoptionibus & aliis donationibus facit si dem; fama & honoribus restituit: Iudicio ordinariorum electiones confirmat; eos qui causa ceciderunt, in possessione re-tinam aut conservat, aut si jam exciderunt post judicium la-tionem, in eandem restituit; vindicias dat secundum libertatem, & statim prerogativam concedit: homicidiis & aliis condem-natis veniam potestate regia indulget; de controversiis inter duo superiora tribunalia cognoscit: denique Rex communicat hinc tribunali omnes casus justitiæ & jurisdictionis, quæ incidere solent.

Est & aliud Tribunal permagna dignitatis, licet non tanta quam præcedens, cujus judices cognoscunt & judicant de omnibus causis, quæ ad Coronam pertinent, siue Rex actor sit, siue aliqui quid à Rege in judicio petant.

Præterea est Cancellarius major, qui aula siue Palatii appellatur, qui jurisdictionem habent in omnes curiæ scribas, & sigillum custodit, quod omnibus omnium Tribunalium senten-tiæ subnecti solet. Idem & privilegia, & donationes Regiæ sigil-lo munit.

In eadem aula quoque Tribunal est quæstorium, ipsi vocant da Fazenda, quod constat tribus proceribus principalibus, qui Veedores da fazenda, id est, uti opinor Quæstores ararii appellantur, & totidem judicibus, qui sex conjunctim sententias ferunt de omnibus causis, quæ ararium Regi spectant: nam & patrimonii regii & reddituum atque vectigalium rationem ha-bent, tam intra regnum quam extra in ditionibus, quæ corona sunt acquisita; & dant operam, ut non modo Regi de iis quæ ipsi debentur, sati fiat, sed ut ipsa quibus debet, satisfaciatur. Tres autem illi

illi Veedores maxima sunt dignationis, tum propter eminentiam earum causarum quas tractant, tum quia fere Consilarii sunt Regii, eique non modo in ararii rebus, sed & omnibus qua regimen regni principale concernunt, inserviunt.

Præter hæc Tribunalia est hic consilium quod vocant Status, in quo sunt persona præsapia & nobilitate eminentes, sed numerus indefinito prout Regi placuerit, in quo principalia negotia petro- Etantur, qua regimen concernunt, & bellum juxta atque pacem. Ad eosdem & præsentatio pertinet omnium Archiepiscopatum, Episcopatum, Abbatiarum & Commendarum tam in ipso Regno, quam in Provinciis Corona bello acquisitis.

Est & Tribunal Rationalium, qua vulgo Caza dos Contos appellatur, cui omnes & singuli, qui ubicunque redditus & bona regalia administrarunt, rationem reddunt, sive eadem condaxerint, sive alio modo collegerint.

Hujus Tribunalis caput, appellatur questor maximus vulgo Contador major, qui rationes inter inferiores rationales distribuit, qui fere sunt duodecim; scriba autem illis serviunt sedecim, & alii ministri inferiores. Hoc Tribunal in sumptuoso edificio celebratur, quod Cazam dos Contos vocant.

Juxta hanc rationalium domum visitur alterum magnificentissimum edificium, quod vocant Alfandegam, id est, Horreum sive prætorium publicum; vel forte Telonium. id constat partibus quatuordecim; quarum una dicitur menza do despacho de Madeira, ubi vectigal sive portorium solvitur pro materie omni, qua foris importatur, uti sunt orbis viminales, & asseres doliarum, & similia, itemque de nucibus, juglandibus, & avellanis, aliisque ejuscemodi fructibus. Altera dicitur menza do despacho dos portos secos; & ita de cæteris.

Atque hæc quidem dicta sunt de regimine hujus Regni in universum. Nunc de regimine particulari civitatis Olisiponensis & aliorum oppidorum pauca dicamus.

Civitas Olisiponensis primo habet Senatum, nobilium gravium & doctorum hominum; inter quos sunt sex senatores literati, quos vocant Vereadores, & unus Præses nobilissimus Regni primoribus; unus scriba itidem nobilis, & duo Procuratores civitatis: hi à Rege speciali diplomate constituuntur. Præterea quatuor Magistri, quos civitas eligit è domo viginti quatuor; hi superioribus assident, & parem habent in sententiis dicendis potestatem, pauci causis exceptis. Insuper unus Thesaurarius, & unus Syndicus, qui singuli suos habent actuarios.

Sex autem illorum Vereadorum jurisdictiones divise sunt in

hoc modum. Primus particulatim iudicat de macello publico, & de rebus ad illud pertinentibus; Secundus de re frumentaria; Tertius de ripa fluminis & area publica; Quartus de purgatione oppidi; Quintus de possessionibus & rebus propriis; Sextus libellorum supplices curat. Totius autem senatus eligit iudices civiles & criminales, adiles, curatores orphanorum, diremtores bonorum, & quam plurimos alios officiales. Idem pretia vino constituunt regio S. Martini, & oleo, & carnibus: Frumento autem nullum pretium ponitur.

Constituunt quatuor Zeladores ut vocant, quorum videre est, ne quid vendatur supra pretium constitutum, quorum singuli quotannis stipendium accipiunt à publico 150 ducatorum.

Idem duos, quos vocant Rendeiros, qui una cum adilibus sita rerum venalium obambulant, & dant operam, ne quid venarum exponatur à Senatu prohibitum, qui non raro fructus sanitatis proxior vendi vetat.

Præter hos sunt in civitate duodecim collegia opificum & mechanicorum, quæ cum suis banderis sive vexillis processiones generales comitantur. Ii ex singulis suis collegiis eligunt binos, qui constituunt conventum viginti quatuor; & quotannis liberis suffragiis quatuor eligunt à suo numero, qui senatoribus assident, uti supra diximus.

Eorum autem qui jam Magisterio defuncti fuerint, unus iudex illius conventus, alter autem Secretarius: reliqui minora munera civitatis obeunt.

Intribunali rerum civilium, sunt duo iudices, novem actuarii, unus distributor, octo inquisitores, qui una cum actuariis & iudicibus criminalibus & rationalium magistro munus suum obiciunt.

Iudices autem hi absolute iudicant de iis, quæ valent tantum quatuor mill. rees in rebus immobilibus, vel quinque in mobilibus; quæ hanc summam superant per appellationem ad maiora tribunaia revocantur.

Sunt præter hos duo Corregidores in civilibus causis, cum sex Actuariis, totidemque Inquisitoribus, binisque distributoribus; qui absolute iudicant de iis omnibus, quæ valent octo mill. rees in fundo, aut decem in mobilibus; quæ hanc summam excedunt, ut supra ad majus tribunal revocantur: eadem est ratio quatuor Corregidorum in criminalibus, quatuorque actuatorum, & novus Inquisitorum.

Sunt & quinque Iudices Orphanorum, cum scribis & duodecim divisoribus, qui hereditatem inter pupillos partiuntur.

Est &

Est & domus quam vocant dos Seguros, in qua mercæ merces, quas terra marive evektandas curant, certo pretio asscurari redimunt.

Plures praterea sunt Iudices & tribunalia diversa, æque tamen omnibus ad regia tribunalia provocatur, certis quibus causis non magni pretii exceptis.

In reliquis locis & oppidis hujus regni Portugallia; hic ordinatur. In omnibus civitatibus & oppidis, (exceptis in quibus dominos particulares pertinent,) est unus iudex Legum per quem qui à Rege speciali Diplomate constituitur, & appellatur Iudex extraneus, ad distinctionem iudicum ordinariorum, quorum singula oppida binos quotannis eligunt & oppidani suis, qui à Rege per Desembargadores Palatii (ut vocant) in munere suo immutantur. Atque hi una cum Iudice extraneo jus dicunt de omnibus causis tam civilibus quam criminalibus; sed nullam sententiam executioni mandare possunt, in causa ulla qua superet rem quatuor mill. rees (id est mille ducatos) in rebus immobilibus, aut quinque mill. in mobilibus: & in multæ irroganda excedunt mille rees, hætenus quippe judicant absolute sine appellationis aut aggravii beneficio. Ordinarii autem iudices in quibus supra ducentos incolæ habent, jurisdictionem obtinent appellandi potestatem, quando litis æstimatio non excedit mille rees in bonis mobilibus, aut cccc in rebus fundi: in rebus quæ hanc summam excedunt, sententiam executioni minime possunt, nisi fuerit prius à Tribunalibus majoribus, hædie in Olyssiponensi & Portuensi civitatibus celebrantur, commata: nam ad hæc duo tribunalia omnes causæ tam civiles quam criminales ex universi regni civitatibus & oppidis appellari possunt: nisi quod causæ quædam non ita magni momenti Corregidorem viciniam revocantur. Nam præter prædictos iudices in singulis regni provinciis & regionibus, iudex constituitur quem Corregidor de Comarca vocant. Qui quotannis provinciam suam obire & visitare tenetur, ut cognoscat appellationibus à sententiis, quæ latæ sunt à Iudice extraneo & ordinariis: ab horum autem Corregidorum judiciis appellatur Tribunal Relationum, ubi lites terminantur.

In singulis praterea provinciis est Magistratus quidam, quem vocant Proveedor, cujus est operam dare, ut testamentorum tabulæ effectum sortiantur, & quæ tam privatis, quam templis aut aliis locis piis legata sunt, rite persolvantur.

Denique in singulis oppidis, quæ iudicem extraneum & ordinarios habent, unus est iudex orphanorum, de cujus sententiis

IA
metra
preto
a q
quib
corde
in qu
in per
ur la
aorun
quis a
suo m
nt de
m ses
erect
imma
ganda
ine ap
ices m
ment
t vult
in res
mura
bus,
ur, co
am cr
dis re
ment
es jud
tutus
am se
cat de
neo &
ellat
am, qu
ment
m tem
m & e
nt ent
jud



non cognoscit Provedor iste, exceptis causis majoris momen-
 tæ per appellationem ad Tribunal Relationum devolvuntur.
 Sed de Hispania quæ dicta sunt hæcenus, sufficiant.
 Et sit autem non adscribere, Coronidis quasi loco,
 clarum hominis Galli de Hispania Testimonium;
 quicquid in ejus laudem & commendationem huc-
 que à me variorum indicio prolatum, tamquam per
 succincte nervoseque repetitur. Gallus, cu-
 memini, Latinus est Pacatus, qui Panegyricum do-
 cimum scripsit Theodosio Imperatori, Hispano. In
 hoc inter alia loquitur: Iam profecto constabit, cum Prin-
 cipem declaratum, qui & ab omnibus legi debuerit, & ex omni-
 bus. Nam primum tibi mater Hispania est; Terris omnibus Ter-
 ræ felicior: cui excolenda atque adeo ditanda impensius, quam
 ceteris Gentibus supremus ille Fabricator Rerum indulgit, quæ nec
 æstivis obnoxia æstibus, nec Arcton subjecta frigoribus, media
 potitur Axis utriusque temperie: quæ hinc Pyrenæi Montibus,
 inde Oceani æstibus, inde Tyrreni Maris littoribus coronata, Na-
 tura selectu ingenio, velut alter Orbis includitur. Adde tot egre-
 gas Civitates; adde culta incultaque omnia, vel Fructibus plena,
 vel Gregibus; adde auriferorum opes Fluminum; adde radian-
 tia Metalla Gemmarum. Scio Fabulas Poëtarum, auribus
 credendum repertas, aliqua nonnullis gentibus attribuisse miracu-
 la, quæ dum sint vera, sint singula; nec jam excusio veritatem.
 Gargara proventu lata Tritici; Menavia me-
 nestratur Armento; Campania censeatur Monte Gaurano; Lydia
 prædicetur Amne Pactolo: dum Hispania uni quicquid lauda-
 ri adsurgat. Hæc durissimos Milites, Hæc expertissimos Duces,
 Hæc facundissimos Oratores, Hæc clarissimos Vates parit: Hæc lu-
 dianæ Mater, Hæc Principum est: Hæc Trajanum illum, Hæc de-
 ius Hadrianum misit Imperio: Huic Te debet Imperium. Ce-
 rat hi Terris Terra Cretensis, parvi Iovis gloriata cunabulis; &
 geminis Delos reptata Numinibus; & alumno Hercule nobiles
 Theba. Fidem constare nescimus auditu, Deum dedit Hispanias,
 quam vidimus.

BALEARES ET PITIVSÆ

Insulæ.

Non erit extra ordinem aliquid de Balearibus insulis dicere
 cum inter provincias Hispania à plerisque reputentur porro
 sunt Majorica scilicet & Minorica.

Ayuntamiento de Madrid

Majoris

Majoris Balearis (inquit Mariana lib. xii ad annum cccxxix) insula forma quadrata est quatuorque anguli totius cœli plagas spectant. Palumbaria portus, cui Columbaria insula objecta est, ad occasum pertinet. Promontorium Salinatum ad Meridiem. Mediosere intervallo Majorica urbs in insula caput interjacet. Petra & S. Vincentii promontoria ad Orientem videntur & Septentriones. A Petra promontorio Polentia hanc nunc mota est, olim Romanorum Colonia, nunc modicum oppidum, sed portu insigni. Palumbaria portus triginta mill. passuum ab urbe distinctus est; Sancta Pontia portus paulo ulterius est versus meridiem & occasum. Capta urbs Majorica à Iacobo Arragonum Rege ann. cccxxx. Sedes Episcopi ac domicilium in hac urbe constitutum.

Major Balearis (inquit Bernardinus Gomesius lib. vi.) valde ferax est atque omni prope rerum copia referta, neque aliis ubivis inventa est Insula, quæ tam brevi & angusto spatio contenta (centum M. pass. in longitudinem, in circuitum vero cccclxxx M. patet) tam variam, tamque excellentem fructuum atque animalium non ut usum modo & alimentum, sed etiam ad delicias mortalium abundantiam; atque illa suppeditet. Nam præterquam quod tribus urbibus, tum oppidi ac pagis multis, & portibus undique frequens est; frumento etiam, sale, oleo, vino, caseoque, pecude & armentis, atque ferina carne, tantopere abundat, ut non solum incolis; verum exteris copiose sufficiat. Nam & Balearica vina auctore Plinio, Italia nota satumque approbata fuere; & oleum, caseumque non modo proxima Valentia, Catalauniæque Regnis, sed Gallica quoque atque Ligustica ora, magno esse usui ac nutrimento, compertum est. Præterea cuniculorum, cervorum atque damarum tanta est multitudo, tam certa venatio, ut hac una profectio posset quotidianus carnium esus in Insula suppleri: præter porcinas, tum domesticorum, tum sylvestrium aprorum carnes, quarum tanta est copia, ut in frusta secta & foras missæ apud externos redundent. Quibus addi potest summo deliciarum loco, perutilis, salutaris atque delitiosa myrtus, è cujus flore liquor omni thure Sabæo odoratior elicitur. Insula per loca sylvestria ipsam sponte atque in magnam copiam proferente.

Universam insulam, cum ab Arragonibus occuparetur, quoddecim oppidis constitisse, refert R. Iacobi Historia, quorum nomina præter urbem majorem, tum Pontiam & Polentiam, quæ Romanorum Colonia fuerunt, barbara sunt atque à Saracenis reposita.

Majorica urbs (inquit idem Gomefius lib. VII,) in medio insula posita est, mari sese inter caput Figueranum & Capenaratum, quæ XV, miliaribus inter se distant, totidem ad urbem usque insinuante. Qui sinus aliquis permagnus, portus efficitur celeberrimus; tantumque non à Libonotho vento tutus: sed qui interior, eo sit longe tutior, ob constructam atque manufactam molem, qua in mare ex urbe prominet, eique è regione respondet promontorium Portopini; inde dictum quod ab altera promontorii parte versus occasum, Marii sinus exiguus sese terræ ingerat, ac paruum portum efficiat, Portopineum nuncupatum. Id ergo promontorium cum manufacta mole, tranquillum atque ab omni versus vento tutum urbis portum reddit. Urbs partim in excelsio colle, partim in planicie explicata est, & per acclivitatem continuata. Tametsi in colle, qui mari ac portui imminet & prænotus est, expugnationis tempore, arx sola sita erat, postea vero, templum maximum & Episcopalis domus cum speculatorio de ambulacro, unde prospectus maris amœnus, ac perjucundus, jussu Regi exadificata fuere.

Adhuc fluvius non longè à fontibus derivatus, qui sese illico in mare præcipitat, mediam interluit, magnoque illi est usui, non modo ad ejus salubrem purgationem & hortorum quibus maxime decoratur ipsa, irrigationem: verum ad navium etiam aquationem & portus commoditatem. Denique urbis ambitus, qui muniti sati amplo munitur ac collem cum ipsa planicie comprehendit, satis latus est, ut præter hortos, domiciliorum sex millia contineat, quæ cum aliis operibus, tum magnificentissime exstructa sunt; tanta urbem qua decem nunc patet portus, omnium Europa pulcherrimam & conspiciendam efficiunt.

Minor Balearis, vulgo Minorica, orientalis est quam Majorica, distatque ab illa quinque aut sex leucis; unam habet urbem quæ hodie ab insula nomine Minorica appellatur, & plures pagos. duos itidem portus, quorum alter Maon, alter Formelle dicitur. Insula in ambitu CL mill. pass. complectitur, altis montibus & nemorosis undique cincta; mediterranea partes ubertate soli & pascuorum bonitate Majorica minime concedunt; mulos autem alit præstantissimos, & qui maximopere commendantur.

Pitiussa Insula itidem duæ sunt; major dicitur Iyica hodie, olim Ebusa, circiter C mill. pass. ambitu complectens & decem aut undecim leucis à continente disparata; hæc insula oppidum habet ejusdem cum Insula nominis, ager illius fertilis frumenti & fructuum omnis generis ferax. Hodie copia salis commendatur, quem hinc in Italiam & alias Europæ partes evellere solent.

Minor dicitur veteribus Ophiussa, aut Colubraria, hodie vulgo
 Formentere, à priori ad Austrum sita & paulo longius à conti-
 nente disjuncta, circiter LXX mill. passuum ambiens; penes
 ferta ob multitudinem serpentum quibus abundare fertur; cum
 Troica nullum venenatum animal toleret, ac ne noxium quidem
 ullum, præter cuniculos, qui segetes interdum vastant & sita
 subruunt.

Benevolè Lector

PRæcedentia sunt Merulæ, exceptis addita-
 mentis alterius auctoris passim alio typorum
 genere, italico nimirum, insertis. Quæ se-
 quuntur addere operæ pretium putavi, ut ni-
 hil ad opusculi hujus perfectionem desidera-
 retur. Vale.

S E R I E S

S E R I E S

R E G V M H I S P A N I Æ.

AB anno CCCLXIX (secundum Vasaum) Gothi
Suevique Reges Hispaniam tenuerunt, ad annum
15 CCXIII: quo Rodericus à Saracenis cæsus
& antiquissima Gothorum nobilitas pene extincta fuit.
Anno autem 15 CCXVI Christianorum reliquiæ quæ
in Austuriæ montes confugerant, Pelagium ex regio Go-
thorum ut volunt sanguine, Regem salutarunt; à quo de-
inceps in urbe Legionensi & alibi in Hispania regnarūt:
Anno Domini:

- 716 1 Pelagius ann. 19, aut 20.
735 2 Fasila filius illius an. 2, mens. 6.
737 3 Alfonsus Catholic. an. 19, mens. 1.
756 4 Froila an. 11, mens. 5.
767 5 Aurelius Alfons. F. an. 6, m. 6.
774 6 Silo an. 9, m. 1.
783 7 Mauregatus an. 5, m. 6.
789 8 Veremundus an. 3, alias 2.
791 9 Alfonsus II Castus dictus, an. 41, sed anni
Mauregati & Veremundi ipsi quoque ascribuntur.
814 10 Ramirus an. 6, m. 9.
831 11 Ordonius an. 10.
841 12 Alfonsus III Magnus dictus. ann. 46.
887 13 Garfias an. 3.
890 14 Ordonius II an. 8, m. 6.
898 15 Froila II an. 1, m. 2.
899 16 Alfonsus IV an. 5, m. 7.
905 17 Ramirus II an. 19, m. 2.
Hujus tempore Ferdinandus Gundisalvus primus,
Castellæ Comes factus fuit.
924 18 Ordonius III an. 5, m. 6.
929 19 Ordonius IV malus appellatus.
20 Sanctius Crassus an. 12.
941 21 Ramirus III an. 25.
Hujus an. primo obiit Ferdinandus, & successit illi
Garfias F.
966 22 Veremundus II an. 17.
983 23 Alfonsus V ann. 27.
Garfiæ mortuo successit Sanctius Comes.

1010 24 Veremundus III an. 10.

25 Hoc rege Legionensibus imperante, per mortem Sanctii Comitis, Dominium Castellæ hæreditario jure ad Sanctium majorem Navarræ R. qui Sanctii Comit. filiam uxorem duxerat, translatum est; qui se Regem Castellæ scripsit. Ab eo tempore Castella Regia titulo usa est. Huic Regi, quia filius ejus Ferdinandus, ipso superstitite regnavit in Castella per ann. duodecim, nulli hic assignantur anni. qui Ferdinandum reliquit Castellæ Regem.

1020 26 Occiso Veremundo Ferdinandus M. Castellæ R. Legionense quoque adiit propter uxorem Veremundi sororem. regnavit ann. quadraginta aut ut alii scribunt quadraginta sex, & Regna tribus filiis divisit; Sanctio R. Castellæ, Alfonso Regnum Legionis & Asturiarum, Garfiæ Regnum Gallæciæ cum Portugallia relinquens.

1060 27 Sanctius II hujus regnorum divisionis impatiens, altero fratre pulso, altero in vincula conjecto, regna ipsorum occupavit: regnavitque VI annos, per fraudem occisus à Vellido proditore.

1066 28 Alfonso VI Frater Sanctii annis 43.

Hic Toletum Christianis restituit.

29 Vrraca Alfonso Filia cum marito Alfonso Aragonum R. ann. 4, sed ii Alfonso VII attribuntur.

1108 30. Alfonso VII Imper. Hispaniæ vulgo appellatus, Alfonso VI nepos & filia an. 51. Hujus morte regna rursus separata, nam duos reliquit filios, Sanctium & Ferdinandum.

1159 31 Sanctius III fuit R. Castell. ann. I.

32 Ferdinandus II R. Legion. ann. 31.

1160 33 Alfonso VIII Sanctii III F. R. Castellæ. ann. 53.

1190 34 Alfonso IX Ferdinandi II Fil. Rex Legion. an. 8.

1214 35 Henricus Alfonso VIII F. R. Castellæ an. 2.

1216 36 Ferdinandus III Alfonso IX F. utroque regno potitus an. 35, hic Cordubam & Hispalim Mauris eripuit.

Ab hoc tempore regna Leg. & Castell. unita manserunt.

1252 37 Alfonso X an. 32. Roman. Imp. Electus.

- 1284 38 Sanctius IV an. 11.
 1295 39 Ferdinandus IV an. 15.
 1310 40 Alfonsus IX an. 40.
 1350 41 Petrus crudelis dictus : an. 19. Hic à fratre
 Henrico occisus fuit.
 1369 42 Henricus II ann. 10.
 1379 43 Ioannes annis 11.
 1390 44 Henricus III an. 16.
 1407 45 Ioannes II ann. 47.
 1454 46 Henricus IV an. 20, m. 4.
 1474 47 Isabella & Ferdinandus V an. 30, hi regnum
 Granatense expugnarunt. per hos regna omnia Hispaniæ
 unita sunt, præter Portugalliæ R.

N A V A R R A.

Anno 716. Garfias Ximenius dictus Rex Suprarbo-
 rum, magnam Navarræ partem Christianæ religioni re-
 stituit; ab hoc in Navarra regnatum fuit usque ad annum
 1512, à variis regibus, quibusdam etiam Galliæ, quo
 anno Ferdinandus Arragonum Rex Ioanni Labretano
 Catharinæ legitimæ R. hæredis marito illud ademit.

A R R A G O N I A.

- 1018 1 Primus Arragonum R. omnium calculis nū-
 meratur Ranimirus, qui regnavit an. 40.
 1058 2 Sanctius an. 36, qui & Navar. Rex fuit.
 1094 3 Petrus qui & Navarræ an. 14.
 1108 4 Alfonsus Petri frater an. 18.
 1126 5 Ramirus Alfonsi frater anno 19.
 1145 6 Raimundus Berengarius Com. Barcinonensis
 iure conjugis Petronellæ in Arragonia regnavit an. 32.
 1169 7 Alfonsus II Raimundi F. an. 34.
 1203 8 Petrus II Alfonsi F. ann. 10.
 1213 9 Iacobus ann. 62, mens. 9. Hic Baleares Insu-
 las & Regnum Valentiniæ & Murtiæ à Mauris recepit.
 1276 10 Petrus III an. 9. Siciliæ Rex factus.
 1286 11 Alfonsus III annis 6.
 1292 12 Iacobus II annis 35.
 1327 13 Alfonsus IV annis 8.
 1335 14 Petrus IV annis 5.

- 1387 15 Ioannes annis 9, mens. 4.
 1396 16 Martinus frater Ioannis annis 14.
 1410 17 Ferdinandus Honestus dictus, frater Henrici R. Castellæ an. 5.
 1416 18 Alfonsus V Magnanimus, Ferdinandi F. Primus Arragonum Rex Neapolitanus factus an. 42.
 1458 19 Ioannes Navarræ R. frater Alfonsi annis 20.
 1516 20 Ferdinandus V Ioann. F. Rex Catholicus dictus, Isabellæ Castellæ & Legion. Reginæ conjux.

P O R T U G A L L I A.

Portugalliam primum eum regio titulo dedit filio suo Garfiæ Ferdinandus magnus; quem frater Sanctius captum in vincula coniecit: sed occiso Sanctio, Alfonsus V I regnorum omnium potitus filiam suam Tarsiam Henrico Lotharingo elocavit & Provinciam Portugalliæ ei dotalem dedit cum titulo Comitatus; hic in Portugallia rerum potitus est ad ann. 1112.

1112 1 Alfonsus Henr. F. ducem Portugalliæ se appellavit ann. 27. dein Rex ab exercitu salutatus regnavit. an. 46.

1185 2 Sanctius Alfonsi F. an. 26.

1211 3 Alfonsus II annis 12.

1223 4 Sanctius II annis 26.

1247 5 Alfonsus III Com. Bononiensis Sanctii frater ann. 32, hic ducta in uxorem Beatrice Alfonsi R. Castell. fil. regnum Algarbiorum in dotem accepit.

1279 6 Dionysius annis 46.

1325 7 Alfonsus IV an. 31*, gener Alfonsi XI Reg. Castellæ.

1357 8 Petrus annis 10, mens. 7.

1367 9 Ferdinandus annis 16, mens. 9.

1383 10 Ioannes Petri F. sed illegitimus an. 50, hic Septam in Africa Mauris eripuit.

1433 11 Eduardus an. 5. Hujus ex filia Leonora nepos fuit Maximilianus Augustus.

1438 12 Alfonsus V annis 43.

1481 13 Ioannes II an. 14, m. 2.

1495 14 Emanuel Eduardi nepos ex filio Ferdinando an. 26.

1521 15 Ioannes III uxor Catharina Caroli V Imper.

erat. soror; ex qua suscepit, Alfonsum, Emanuelem, Philippum, Dionysium, Ioannem, Antonium; Mariam Philippo. II nuptam; Isabellam & Beatricem quæ puellæ obierunt. obiit ann. 1557.

1557 16 Sebastianus Ioann. III ex Ioanne fil. nepos, qui sine liberis discessit ann. 1578.

1578 17 Henricus Emanuëlis R. fil. ann. 2, obiit anno 1610 LXXX.

E Thuano lib. LXV Historiarum.

Principum Portugalliæ origo ita se habet: Guilielmus Eustochii II Comitis Bononiæ F. Godofredi regis Hierosolymorum frater plures liberos reliquit; ex quibus Henricus Limburgi Comes decoris & veræ laudis cupiditate incitatus in Hispaniam tunc Maurorum bellis ardentem magno comitatu venit, cum Raimundo Burgundione, Guilielmi Burgundiæ Comitis F. & Raimundo Tolosæ & Fanii Ægidii Comite avunculo, & post multa egregie bello facta ab Alfonso VI Castellæ rege Lusitaniæ eam partem, quam ille retinuerat, Comitatus titulo accepit, in speciem pro Tarasiæ Alfonso ipsius filiæ dote, revera, quod Alfonsus externis opibus contra præpollentem Maurorum potentiam ad tuendum limitem opus haberet, & ita quidem vulgo de Henrico illo Lusitanorum regum stirpis auctore, Hispanici annales tradunt. At qui rem ad veterum monumentorum fidem diligentius expendunt, cum miram ea in re scriptorum dissidentiam animadverterent, Henricum illum seu Limpurgensem seu Lotaringum aliis dictum, non ex Eustochii Bononiensis, sed ex Roberti ducis Burgundionum prosapia natum dicunt; Robertum autem Henrici I Francorum Regis fratrem & Hugonis Capeti nepotem fuisse, qui post Rudolphi ultimi Burgundionum Regis obitum, scisso in Ducatum & Comitatum regno Burgundionum, dux creatus fuit circa annum c 10 xxx i v & Henricum filium reliquit, Hugonis Burgundionum Ducis & Odonis qui Hugoni fratri anno c 10 c r i successit patrem, nec non Henrici qui Comes Portugalliæ fuit anno c 10 x c & accepta in uxorem altera Adolphi Regis Galaciæ & Asturiæ filia, in finibus Hispaniæ, ut veteris scriptoris nostratis iis fere contemporanei verbis

verbis utar, cum Raimundo comitatus trans Ararim
 principe, qui Cunstantium alteram ejusdem Adolphi
 liam in matrimonio habebat, contra Agarenorum colla-
 catus est imperium. quæ si vera sunt, ut sane certiora es-
 se iis omnibus, quæ vulgo traduntur, constat, Gallia non
 solum populos seu colonias in Hispaniam immiserit, sed
 ut Anglis tanto tempore Reges ita potentissimo ac opu-
 lentissimo in Hispania regno principes per 13 fere an-
 nos continua serie dederit. Ut ut sit, Henrico Astorgæ
 mortuo ex Tarasia id nomen Adolphi filia, quam Hen-
 ricus duxit, tribuunt Hispani, susceptus Alfonso successe-
 rit anno Sal. c13 cxi, qui cum xxvii annos da-
 cis titulo principatum illum tenuisset, memorabili ad
 Orichiam conferto contra V Maurorum Reges, quos
 & vicit prælio, Rex salutatus est & octo post annis Orlé-
 sionam Gallorum & Anglorum opibus subnixus cepit,
 totamque adeo Portugalliam, quam late hodie patet, de
 Saracenis recepit & immani jugo exemptam contra eor-
 um potentiam munivit ac demum ab Eugenio III si-
 ve Alexandro III regiorum insignium, quæ virtute
 meruerat & exercitu tradente adeptus fuerat, confirma-
 tionem ad majorem dignitatem accepit, addita condi-
 tione sicuti Romæ jactatur, ut quotannis à Portugallie
 Regibus duæ auri libræ Ecclesiæ R. loco tributi pende-
 rentur. nam de earum exactione hæcenus nulla aut ho-
 minum memoria aut obsignatarum tabularum fide con-
 stitit, ut Stephanus Garibajus scribit: ab Alfonso, qui
 Conimbricæ decessit anno c13 cxxv ad Emanue-
 lem Ferdinandi F. Eduardi I N. qui Joanni I I ejus-
 dem Eduardi nepoti sine liberis masculis mortuo anno
 c13 cccxv successit, XIII Reges numeran-
 tur. Is vero imperium à majoribus in Hispania acce-
 ptum & aliquot in Africa arcibus & oppidis amplifica-
 tum longe majoribus progressibus per utrasque Indias
 factis propagavit, & cum tres uxores habuisset, ex Ma-
 ria Ferdinandi F. numerosam prolem sustulit, Joannem
 successorem, Isabellam Caroli V uxorem & Philippi
 parentem, Ludovicum, ex quo natus Antonius qui infeli-
 citer postea de Regno contendit, Ferdinandum, Alfon-
 sum & Henricum ambos Cardinales, ac postremo Eduar-
 dum qui duas filias reliquit, quarum major natus Maria
 Alexandro Farnesio Parmensium duci; Catharina Joanni
 Braccantini

tracantiæ duci nupsit. Post Emanuelem anno cI^o I^o xxi mortuum, regnavit Ioannes III, qui ex Catharina Caroli V Cæsaris sorore complures liberos sustulit, ac tandem anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo fatis concessit, relicto ex omnibus superstitibus Sebastiano nepote regni hærede, cum filius Ioannes Sebastiani parens ante quadriennium turbato ordine naturæ è vita migrasset.

*De familia Regia & quomodo totius Hispania
compos facta fuerit.*

Henicus hujus nominis tertius, ex longa valetudine Valetudinarius cognominatus, uxorem duxit Catharinam Ioannis ducis Lancastrii fil. ex qua decedens Ioannem filium bimulum reliquit sub tutela ejusdem Catharinæ & fratris sui Ferdinandi minoris natu. Ioannes hic Mariam patruï sui ac tutoris filiam uxorem duxit, ex qua Henricum primogenitum suum procreavit: hac autem defuncta alteram superinduxit Elisaben, Ioanne Ioannis Lusitan. Regis filio natam: ex qua suscepit Elisaben & Alonsum. Ioanne defuncto, Henricus successit IV nomine; hic adhuc princeps Blancam Ioannis Navarrae & Arragonensium R. filiam in conjugem acceperat; quam sterilem causatus facto divortio, alteram superinduxit Ioannam Eduardi Lusitan. R. filiam, ex qua nihilo magis quam ex priore liberos genuit: cumque Regis infœcunditas omnibus satis pateret, tamen quinto postquam convenerant anno Regina prægnans inventa fuit; haud dubio ab altero adulterata: Rex tamen licet proceribus acriter obnitentibus, filiam Ioannam ex ipsa natam, pro legitima educavit; & regni primores partim minis partim ingentibus promissis eo adiecit, ut illam principem declararent; actum id Madriti. Multi tamen postea à juramento suo vii per vim & metum exorto resilierunt; & Regem permoverunt ut fratrem suum Alonsum regni hæredem designaret. Cumque postea Rex Henricus omnia ex paucorum consilio ageret, plerique procerum novitatis avidi, se Alfonso conjunxerunt eumque regem nominarunt, undecimum annorum puerum: alii vicissim Henrico adhærebant; certatum itaque acie, & Alfonso pars superata, qui tan-

tum triennium supervixit, peste extinctus. Illo extincto principes qui partes illius foverant, Elisaben illius sororem illi substituere sategerunt : sed illa reluctata est : dataque à parte illius opera ut cum fratre Henrico reconciliaretur & cum bona illius venia princeps designaretur; quod & perfectum, Alfonsus autem Lusitanorum Rex Elisaben petiit in uxorem, sed illa in Ferdinandum prior videbatur; petita itidem à Ludovico Gallicæ R. fratri suo Carolo Aquitanie duci in uxorem; sed illa suorum precibus victa Ferdinando nupsit. Ludovicus repulsus ab illa iratus, Hispanorum quorundam suasu, Ioannam notham Carolo uxorem petiit & impetravit; plurimique Hispaniæ procures Elisaben abjurarunt, & Ioannam Hispaniæ principem & hæredem juramento sanxerunt; sed Carolus an. c I 5 c c c c l x x i i i veneno extinctus est ante matrimonium consummatum. Itaque Henricus R. postquam puellam Alfonso Lusitanie R. frustra conjungere tentasset; illam Henr. Ioannis Arragonum Regis ex Henrico fratre nepoti, tradere in animum induxit, sed & hic conatus illius impeditus; reditum igitur in gratiam cum Ferdinando & Elisabe; sed non diu Rex in illa perstitit, à suis in diversum actus, tandemque anno c I 5 c c c c l x x i v decessit. Arque ita Ferdinandus & Elisabe Regni potentes facti. Ex his nata primum filia Elisabe. Interim adversæ factiones procures Alfonsum Lusitanorum R. in Hispaniam cum exercitu vocant, eique Ioannam Henrici notham desponsant; multa utrimque bella gesta, donec tandem Lusitanus ad Taurum magno prælio profligatus fuit, Burgensis & Zamorana arces à Ferdinando captæ, Marchio Viljenas & Toletanus Archiepiscopus à Lusitano deficientes cum Regibus reconciliati; Taurus Lusitanis erepta: aliaq; loca & castra: Regina an. c I 5 c c c c l x x v i i i Ioannem filium peperit. Anno autē c I 5 c c c c l x x i x Ferdinandus mortuo parente Regnum Paternum Arragonum crevit. Tandemque res inter Castellanium & Lusitanum fuit composita; hisce conditionibus ut Lusitanus Castellæ R. appellatione & insignibus abstineret; idem de Lusitanie faceret Ferdinandus: Ioanna princeps nuberet Ioanni Ferdinandi filio, cum primum ad justam ætatem perveniret. Si is sui arbitrii factus recusaret, centum aureorum millia mulctæ nomine penderentur; Ioannæ

Ioannæ liberum esset virginem sacram induere, si mora conjugii longa videretur. Alfonso Lusitani nepoti Isabella Ferdinandi F. jungeretur, &c. Elisabe filiam alteram peperit cui Ioannæ nomen impositum. Aliquanto post Ioanna princeps, specie honoris objecta, ludibrio se haberi cernens, Conimbricæ in D. Claræ, vestem mutavit. Ferdinandus deinde & Isabella sive Elisabe ad bellum Granatense animum adjecerunt quod decennium duravit, quo tandem Granatensis regni omnino compotes facti sunt, Mauris exclusis. Anno c I O c c c c x x v Elisabe Catharinam peperit, gemino conjugio Anglicano nobilem. An. c I O c c c c x c Isabella major Regum filia Alfonso Lusitaniæ principi elocata; sed novus maritus ferocis equi quo ferebatur repentino casu oppressus interiit. Magna dein ad Hispaniam accessio facta ex Indicis navigationibus ductore Columbo, de quibus uti externis hic nihil dicemus; uti neque de rebus Neapolitanis aut Mediolanensibus, de quibus in libello de Principibus Italiæ diximus. Porro Ioanna principis Ferdinandi & Isabellæ filia Philippo Belgarum Principi & Archiduci Austriæ nupsit; Margarita autem Archiducis soror Ioanni Hispaniarum principi. deinceps & Catharina Arthuro Walliæ principi; & Isabella vidua Emanuëli Lusitaniæ Regi: Ioannes autem Hispaniarum princeps extinctus est nullis liberis relictis. Emanuël itaque & Isabella Hispaniarum principes & hæredes dicti. Sed Isabella paulo post è partu discessit, filium enixa cui Michaëli nomen fuit, vita brevis, gaudio luctus major. An. c I O c c c c x c i x sine Archiduci filia nata Heleonora, prius Lusitaniæ deinde Galliæ Regina, priori conjugio quam posteriori felicius, (inquit *Maria-na*) in utraque fortuna salva probitatis fama. Mariam denique postremam Ferdinandi & Elisabes filiam Lusitanus sororis viduus Pontifice concedente, pessimo exemplo, uxorem duxit an. 1500. Quo anno Ioanna Archiduci filium Carolum & anno sequenti alteram filiam Isabellam peperit. & anno 1502. cum marito in Hispaniam venit, itinere per Galliam facto. Maria Lusitano anno filium peperit Ioannem. Ioanna deinde Compluti filium Ferdinandum peperit. Elisabe denique Regina anno 1504 decessit, hæredemque ex asse Ioannam filiam scripsit, unaque Philippum ejus virum: qui mox

Reges acclamati. Ioannæ Reginae Bruxellis filia nata est Maria ann. 1505, dein cum marito in Hispaniam venit anno 1506. Regina è Zelotypia mens mota : multæque turbæ in Hispania ortæ, quas Philippi mors non tam discussit, quam auxit, donec Ferdinandus è Regno Neapolitano redux easdem composuit. Regina anno 1507, ineunte filiam peperit Catharinam, quæ R. Lusitanæ postea nupsit.

In descriptione Navarra diximus, quomodo Regnum hoc ad Hispaniam pervenerit.

De Successione Regis Castellæ in Regnum Portugalliæ.

Ex Hieronymo Conestagio.

Emanuel decimusquartus Portugalliæ Rex regnare cœpit an. c l o c c c c x c v. Is tres habuit uxores; Isabellam filiam Ferdinandi & Elizabeth, ex qua suscepit Michaëlem qui puer mortuus est. Dein Mariam tertiam Ferdinandi filiam primæ uxoris sororem, quæ ipsi sex mares & duas puellas peperit: quarum Isabella nupsit Carolo V Imperatori; Beatrix Carolo I I I Duci Sabaudia; Ioannes successit patri in regnum; Ludovicus obiit cœlebs, relicto Antonio Notho: Ferdinandus mortuus sine liberis, uti & Alfonso qui fuit Cardinalis Sancti Blasii, & Henricus Cardinal. tituli Sanctorum quatuor Coronatorum; qui omnibus superstes regnum post Sebastianum adiit. Eduardus ex Isabella Ducis Braganciæ filia suscepit Mariam quæ Alexandro principi Parmensi nupsit, & Catharinam quæ Ioanni Duci Braganciæ; & Eduardum qui anno c l o l o l x x v i obiit. Rex Emanuel tertio duxit Leonoram filiam Philippi primi Castellæ regis, quæ ipsi genuit Carolum qui puer mortuus; & Mariam quæ cœlebs mortua est ann. c l o l o l x x v i i i. Ioannes I I I Emanuelis è secunda conjugis filius, duxit Catharinam Car. V Imperat. sororem; ex qua nata Maria, prima Philippi I I uxor (quæ ipsi peperit Carolum filium qui mortuus est adolescens.) Et plures mares qui omnes juvenes mortui, præter Ioannem qui in uxorem duxit Ioannam sororem Philippi

lippi Regis Hispaniæ, quam moriens gravidam reliquit, ex qua natus Sebastianus.

Quo in Africa cæso : successit Henricus Cardinalis, quicum senex esset & cœlebs, proximam in Regnum Portugalliæ possessionem petiverunt :

Philippus Rex Hispaniæ tanquam natus ex Isabella primogenita Emanuelis :

Ioannes Dux Braganciæ nomine Catharinæ uxoris suæ, quam rege Philippo propiorem esse dicebat. Et si enim esset foemina, tamen filiam esse Eduardi, fratris dictæ Isabellæ.

Alexander Princeps Parmensis, filius Octavii Farnesii instabat nomine Reinutii primogeniti sui, nati ex Maria filia natu maxima Eduardi & sorore Catharinæ.

Antonius Prior Cratensis, filius Ludovigi fratris ipsius Regis Henrici, qui se non nothum ut vulgo credebatur, sed ex legitimo matrimonio natum esse dictitabat.

Emanuel Philibertus, dux Sabaudia, licet esset filius Beatricis, natu minoris sorore sua Isabella matre Regis Philippi, à quo & ipse ætate superabatur, tamen & ipse regnum ambiebat, sed modestissime.

Catharina Medicea denique vidua Hen. II Gall. regis, jus à longinquo repetebat, ab Alphonso nimirum & Comitissa Bononiensi, cui Alonsus superstiti, aliam uxorem Castellanam superinduxisset, atque inde factum fuisset, ut omnes qui post ipsum regnassent spurii essent.

Et si dux Albanus & unus atque alter ex Procerum Hispaniæ numero sentirent Philippum hæredem regni esse: tamen in genere reliqui id nec credebant nec considerabant, sed existimabant jure ad filium principis Parmensis illud pertinere. Vtrum Lusitanis qui diligentius hac de re cogitarant, & quorum leges magis favent Philippo quàm statuta Hispaniæ, veritas hujus controversiæ erat perspectior.

Adducebant hanc rationem, quod jura Lusitaniæ & communia in materia regnorum, proximo ultimi possessoris cognato ex eodem stipite descendenti successiorem deferunt; Sebastiano autem neminem esse propiorem rege Philippo ex eodem stipite descendente. nam & nepotum Regis Emanuelis natu maximum & avunculum regis demortui esse.

Henricus Rex Cardinalisque pronuntiat judiciali sententia

zentia Antonium priorem, Cratensem illegitimum esse. Multi Iuris consulti etiam Lusitani pro Philippo respondent.

Henricus Rex quod ante fieri oportuerat, citatis competitoribus & judiciali processu instituto, cum Philippo Rege certis conditionibus transigit.

Hanc inexpectatam mutationem Regis quidam putant P. Leoni Henriquo confessori Regio & Iesuitæ potius acceptam ferendam quam argumentis ministrorum Regis Philippi.

Rex Philippus interim magnum exercitum in Hispania alebat. Papa per Nuncium Philippum Segam offert se arbitrum inter Philippum & Henricum, Philippus non nimium Papæ fidebat & in arbitrum compromittendo se sibi ipsi præjudicare existimabat, præterquam quod etiam antiquis exemplis, quibus adstruitur sedem Apostolicam in controversiis regnorum Iudicem esse, novum non temere addendum esse putaret. De voluntate autem Henrici certior factus, quoniam jure aperto niteretur, arbitro opus esse negavit.

Ex quinque Gubernatoribus regni Portugalliæ quos Henricus instituerat tres Philippo addicti erant.

Henricus septimo decimo mense regni aditi discessit.

Dux Albanus exercitui Regis Philippi præfectus.

Antonius à populo Rex appellatus. Gubernatores Regni fuga sibi consulunt. Elua capta ab Albano; & alia oppida atque arces cepit; mox Setubal, Cascais, arcem S. Iuliani Lisbonam. Averum & portum. Vianam. Rex Philippus Olisiponem venit. Antonius in Galliam fugit, Albertus Archidux Austriæ Portugalliæ præfectus.

Thuanus lib. LXV Histor.

Cum Regis Henrici orbitas & effœta ejus ætas ac valetudo inprospera brevi regnum vacaturum minarentur, qui illud ambiebant jam tum quasi candidati in medium prodire, proceres Regni ac populi gratiam prefare & vivo ipso Henrico veluti hæreditatem ejus cernere. Princeps eorum Philippus fuit ex Isabella Henrici sorore & Emanuelis majore natu filia natus. Dein Philibertus Emanuel Dux Sabaudie ex Beatrice altera Emanuelis filia & ipso natus. Præterea Ranutius Farnesius

nefius Alexandri filius, Octavii Parmensium Ducis N,
 qui ex Maria Eduardi itidem Henrici fratris filia pro-
 gnatus erat, & Catharina altera Eduardi filia, quæ Ioan-
 ni Bracantiæ Duci nupserrat. Et Catharina quidem Ra-
 nutium Maria matre ante annum defuncta tanquam
 proximior, licet natu minor excludere videbatur. Re-
 stabat certamen inter Philippum & Catharinam pari
 gradu Henricum contingenteis, Catharina tanquam E-
 duardi masculi filia, qui Isabellam Philippi parentem
 proculdubio exclusisset, Philippo præferri debere con-
 tendebat, contra ille Eduardo semel mortuo ejus ratio-
 nem nullam habendam dicebat, sed tantum gradum in-
 spiciendum, in quo masculus fœminam excludit. Hæc
 ita primum proposita, dein à celeberrimis Italiæ & Hi-
 spaniæ jurisconsultis etiam publicatis scriptis Bononiæ
 & aliis in locis agitata sunt. Inter competitores & An-
 tonius jam tum apparebat, qui se Ludovici Henrici fra-
 tris filium jactabat; & constabat Ludovici filium esse,
 sed ex contubernio Iolandæ natum. is tamen quamvis
 Henrico summe invisus populi favore sublecebatur. Iis
 omnibus postea accessit Catharina regum nostrorum
 parens, repetito altius neque citra invidiam jure suo;
 Sic enim Oratores ejus disputabant., Sanctio II tan-
 quam rebus agendis impari à regni gubernaculis remo-
 to & summa rerum Alfonso ejus fratri, (qui ex Mathil-
 de Bononiensi, à qua Catharina genus ducebat, filios sus-
 ceperat,) commissa, illum non solum regni administra-
 tionem summis, sed etiam annuente Innocentio IV
 Pontifice fraternaliter regnum invasisse circa annum c 13
 cc x l v i i : in quo ut potentiam firmaret, prioris con-
 jugis quam in Gallia reliquerat, pertæsum, Beatricem
 Alfonsi decimi Regis Castellæ filiam altera viva super-
 induxisse & Dionysium atque alios ex ea liberos susce-
 pisse, qui proinde illegitimi ab eo tempore in regno suc-
 cesserunt, & per Ioannem I & ipsum Petri I filium
 spurium, qui regnum circa annum c 13 c c c x x c i i i
 invasit ad Henricum usque propagati sunt : & quia
 temporis longinquitas obstabat & præscriptio merito
 objici poterat; illi in possessionibus violentis nullo tem-
 pore præscribi contendeabant, & saltem petebant, ut
 quando res eo rediisset, ut cunctis masculis deficien-
 tibus res quasi ad electionem rediret, sui ut antiquissi-
 mum

mum in eo regno jus habentis ratio haberetur. Pontifex & suas partes interponebat, Portugalliæ regnum R. S. beneficiarium dictitans ac proinde Regis in eo constituendi jus sibi vendicans. Quod tanquam ridiculum prorsus ab omnibus æque habitum & à Philippo ipso postea omnino explosum est.

Dux Ossunæ cum Gardiola I. C. ad Henricum missus, cum cognovisset Henricum magis in Ioannem Bracantiæ ducem, qui Catharinam Eduardi fratris F. in matrimonio habebat, ut causa potiore propendere, perleuitas, qui plurimum apud eum poterant ipsum sollicitat & contrariis rationibus jus Philippi potius esse demonstrat. Tum addit Philippo infesto Bracantiæ ducem tantæ moli sustinendæ imparem futurum, & excitato de successionem bello, fore, ut tantarum navigationum & tot annorum in propaganda per Indias Christiana religione infumtorum fructus brevi tempore amittatur. Quæ rationes non mediocriter labefactarunt primum Henrici alioquin meticulosi propositum; eoque magis quod videret ipsum Bracantiæ ducem eodem tempore per Philippi procuratores inde minis territum, inde promissis ingentibus inescatum si ejus voto non adversaretur; in eo negotio tepidius versari, quippe qui suæ infirmitatis sibi conscius plus in potentissimi Regis gratia, quam in dubia proprii juris persecutione præsidii poneret. Ita præcipuo competitore cui fere tota Lusitana nobilitas favebat, in ordinem redactæ, restabat ut Philippus sibi plebem Olissiponensem devinceret, ad quam ille præcipitato consilio mox dedit litteras. Iis litteris, quod præmature scriptæ viderentur, immane quam commoti sunt non solum Olissiponenses ad externi & Castellensis principis dominatum cohorrescentes; sed præcipue per Lusitaniam plebs ob antiquas cum vicinis Castellensibus similitudines, itaque nullo dato ad Philippum responso, habita in Camera, quam vocant, Olissiponensi deliberatione cui duo ex plebeio ordine interfunt, apud Henricum instant ut ipse successorem indigenam secundum Regni leges nominaret; in eamque rem, ut omnem ex animo meticulosi senis scrupulum eximerent, viginti millia armatorum, qui ipsorum sumtibus Regi militarent magna fiducia offerunt, si qui forte essent qui caritatis patriæ oblitum & Lusitanæ nominis studiosi Regi contra-

dicere

dicere & nefanda prodicione externos in Regnum per vim inducere audent.

Anno c l o l o l x x i x. *Lib. 69.* Comitlis ad Kalend. April. indictis, Henricus Cardinalis habitum & sceptrum manu gestans cum Bracantiæ Duce ac magno comitatu venit & in pegmate ad id parato sub Vranisco confedit. Alfonso Castroblandus sacerdos orationem absurdæ atque adeo impiæ adulationis plenam habuit, Rege cum rege cœlorum comparato & conventu ordinum cum sacrosanctis Synodis: variabant sententiæ, alii nulla dilatione interposita de regni successione decernendum censebant; alii cautius procedendum, viamque juris servandam, ut qui jus in eo sibi arrogabant citati audirentur; alii ut interim siquid Regi humanitus accideret, gubernatores regni crearentur; alii indecisa ac confusa omnia cupiebant. Rex mediam viam elegit: & è xv ab ordinibus nominatis, v elegit gubernatores, quorum nomina secreta in capsam conjecta, Olisiponenſi Magistratui tradita, nominati rursus x x i i, ex quibus Rex x i elegit, qui si Regem ante litem de Regni successione terminatam mori contingeret, cum plena potestate eam dijudicarent; Bracantiæ dux cæterique proceres, antistites ac cæteri ordines Sacramento adacti, gubernatoribus à Rege creatis & ei secundum quem delecti iudices pronuntiassent, tanquam legitimo Regi se parituros. Actum & de Regis matrimonio & gratiæ à Pontifice impetrandæ causa missus Romam Eduardus Castroblandus. Philippus per Christophorum Moram certior factus, protinus ad Oratorem suum qui Romæ erat, ut omni ratione Pontificem à gratia ducendæ uxoris Henrico facienda dimoveat scribit. Misit & Dominicanum ad Henricum qui illum ab uxore ducenda deterret, qui statim cum offensionis specie dimissus. Citati procuratores mittunt: Causa agitata: Ius Catharinæ reginæ ut longius petatum, neque veris fundamentis nixum explosum: Antonius illegitimus declaratus; Restabat Philippus, Sabaudus, Ranutius & Bracantinus, qui dum quisque contrariis rationibus se invicem oppugnant, jus suum in dubium revocabant. tandem post scenicas illas concertationes, cum nihil decerneretur, singuli consultationes pro jure suo ad Pontificem & principes Christianos mittunt. Inde occasione sumpta regni

regni ordines & præcipue Olissiponenſes quaſi extincta maſcula prole & incerto ſuccedentium jure rem ad electionem deductam contendebant, idque ſibi juris arrogabant. Philippus qui ſtatuiffet jus ſuum armis perſequi, Henricum novis machinis adoritur; cunctaque ad bellum neceſſaria parat: aditus omnes in Portugalliam accurate obſervari curat: colore tantis apparatibus quaſi fito, quod Algerianam expeditionem meditaretur. At Henricus qui ex Oſſunæ verbis & apparatibus belli, quid ſibi Philippus vellet, non ignoraret; paulatim labare cæpit, à Leone Enrice ex ſocietate Ieſu, qui ei à ſacris confeſſionibus erat, potius quam à Philippicis oratoribus ut creditur perſuaſus; & tandem manus dedit & in arcano plebis tumultum veritus, cum Philippicis tranſegit, additis condicionibus de certis dignitatibus que in Regno ſolis Luſitanis attribuerentur.

Anno c I 3 I 3 LXXX prid. Kalend. Feb. Henricus moritur re nondum cum ordinibus Regni tranſacta. Gubernatores in tabulis nominati magiſtratum ineunt. Philippus ad illos dat litteras, petens, ut ſe juxta Henrici avunculi voluntatem, ſine dilatione regem declararent, additis promiſſis & minis. Illi tantisper à bello abſtinere petunt dum Legati ſui audiantur. Rex Albanum è ſeſceſſu ſuo ad exercitum mittit. Marchio Sanctæ Crucis claſſi præpoſitus, Gubernatores ſe ad deſenſionem comparant. Antonius à populo Rex acclamatus XIII Kal. Quintil. Elua Philippicis aperta. Oliventia; campus major; Aruncanum, Portalegia, Moran, Serpa. Antonius VII Kalend. Quintil. in urbem Olisſiponenſem citra certamen receptus, novi magiſtratus è vilibus & ſere indignis creati. Ioannes Tellus cum aliis ad Gubernatores tranſfugit, per vim pecuniam ab invitis mercatoribus in urbe extorquet, carceres aperit & maleficos conſcribit, item Afros, Mauros & Æthiopes ſervos. Auxiliares à Gallis atque Anglis petit. Gubernatores è Cetobriga profugiunt. Caſcajum deſertum & in fidem acceptum. Cetobriga munita. Alvarus Luſitaniam cum exercitu ingreditur. Eſtremofium captum. Mons major adveniienti patuit. Ebora item. Cetobriga per vim capta & direpta. Turris ad portus fauces dedita Caſcajum deinde captum & direptum, Didacus Menefes ſecuri percuſſus. Arx Iuliana dedita. Munirio cui Caput ſiccum

nomen deserta: prælio dein sub urbe certatum, in quo Antonius victus per urbem transiens aufugit. Vrbs Olisippo dedita; suburbium per triduum crudeliter direptum. Antonius post multa frustra tentata, & miserum per aliquot menses latibulum, tandem in Galliam incolumis evasit.

Regia familia porro explicata.

Philippus secundus, primam conjugem habuit Mariam Ioannis Portugalliæ Regis filiam, quæ ipsi Carolum genuit, & quatriduo post partum decessit.

Secundam itidem Mariam Henricus VIIII Angliæ R. filiam, ex qua nullos liberos suscepit.

Tertiam Elizabetham Henr. II Gall. Regis filiam, ex qua duas filias suscepit Isabellam Claram Eugeniam, quæ Alberto Archiduci Austriæ nupsit; & Catharinam quæ Carolo Emanueli duci Sabaudia.

Quartam Annam Austr. neptem suam ex Maximiliano II Imper. patruele suo, & Maria sorore sua, quæ ipsi genuit Ferdinandum & Didacum mature defunctos; & denique Philippum III qui illi successit. Obiit autem Philippus II anno 1598 XIIII Septembris, ætatis suæ septuagesimo secundo, Regni autem quadragesimo secundo.

Philippus III Hispaniarum R. duxit in uxorem Margaritam Austriacam anno 1598, quæ ipsi ann. 1601, peperit Annam Mariam Ludovici XIII Galliar. Regis hodie conjugem; & anno 1605 Philippum Dominicum; & postea Carolum atque Ferdinandum Cardinalem; & denique Mariam. Obiit autem Philippus III ann. cIo Icccxi mense Martio.

Philippus IV Patri successit, duxitque in uxorem Elisabetham Henrici IV Magni R. Galliæ filiam.

Regum Hispaniæ Connubia & liberi inde

ab Henr. II & Ann. cIo cccclxix.

E Nobiliario Genealogico Alonsi Lopez de Haro.

Henricus II Rex Castellæ & Legion. uxorem habuit Ioannam Manuel de la Cerda, filiam Ioannis Manuel

Manuel de la Cerda Domini de Villena, ex qua suscepit Ioannem qui patri successit, & Eleonoram quæ nupsit Carolo tertio Regi Navarrae.

Ioannes I Rex Castell. & Legion; primo duxit Eleonoram filiam Petri R. Aragon. è qua suscepit Henricum qui illi successit; & Ferdinandum qui fuit Rex Arragon. Secundo Beatricem filiam unicam Ferdinandi I Reg. Portugall. è qua nullos liberos genuit.

Henricus III Rex Castell. & Legion. hic duxit uxorem Catharinam Alencastriam filiam Ioannis Gandavensis ducis Alencastriae; è qua procreavit filium Ioannem qui illi successit, & duas filias Mariam quæ nupsit Alfonso Reg. Arragon. & Catharinam quæ nupsit Henrico de Arragon Magistro S. Iacobi & Duci Villenæ.

Ioannes II Rex Castell. & Legion. duxit primo Mariam Ferdinandi I Arragon. Reg. filiã, è qua suscepit Henricum qui illi successit; & Catharinam quæ nupsit Henrico Magistro S. Iacobi & Duci de Villena cognato suo. Secundo Isabellam de Portugal. fil. Ioannis Magistri S. Iacobi Comitis Stabuli Portugall. è qua suscepit Isabellam, quæ post Henricum quartum regnavit, & Alfonso qui ante primogenitum obiit.

Henricus IV Rex Castell. & Legion. duxit primo Blancam Ioannis I I Navarr. Reg. filiam, sed ob principis impotentiam connubium fuit dissolutum; Secundo Ioannam filiam Eduardi Reg. Portugallia; sed nullos neque ex hac liberos generavit.

Ferdinandus & Isabella Reg. Castell. Legion. & Arragon. &c. progenuerunt; Ioannem principem qui sine hæredibus obiit. duxerat autem Margaritam filiam Imperat. Maximiliani.

Isabellam quæ Eduardo Reg. Portugallia; nupsit, sed nullos liberos reliquit.

Ioannam quæ postea regnavit.

Mariam quæ nupsit Eduardo R. Portugall. è quo multos liberos suscepit.

Catharinam quæ nupsit Henrico VIII Angliæ Regi illique genuit Mariam.

Ioanna hæres Regum Catholicorum, nupsit Philippo primo Archiduci Austriae, principi Belgarum; & successit in Regnum anno c 1515. Horum liberi fuerunt.

Carolus qui successit in Regna.

Ferdinandus qui fuit Rex Hungariæ & Bohemiæ & post fratrem Imperat. German.

Maria quæ Ludovico Hungariæ & Bohemiæ Regi nupsit, ex quo nullos liberos suscepit.

Isabella quæ nupsit Christierno Daniæ Regi.

Catharina quæ nupsit Ioanni tertio Portugalliæ Regi.

Eleonora quæ primum nupsit Emanueli Portugalliæ Regi & ex illo filiam Mariam genuit; secundo Francisco I Galliarum Regi.

Carolus Rex Hispaniarum & postea Imper. Germ. hic primo duxit in uxorem Isabellam filiam Emanuelis R. Portugalliæ, quæ illi peperit.

Philippum qui illi successit.

Mariam quæ nupsit Maximiliano I I Imperat. &c.

Ioannam quæ nupsit Ioanni principi Portugalliæ, & peperit illi filium posthumum Sebastianum postea Regem Portugalliæ.

Philippus II successit Patri an. 1556, (quem author Nobiliarii vocat universalem mundi Monarcham:) huius prima uxor fuit Maria filia Ioannis III Reg. Portugall. quæ illi genuit Carolum, qui obiit anno 1568.

Secunda Maria Angliæ Regina, ex qua nullos liberos suscepit.

Tertia Isabella filia Henric. I I Galliarum R. quæ illi genuit:

Isabellam Claram Eugeniam quæ Alberto Archiduci Austriæ nupsit, & initio mensis Decembris anni 1633 Bruxellis obiit.

Catharinam quæ nupsit Carolo Emanueli duci Sabaudiz: illique genuit Philippum; Victorium; Emanuelelem Philibertum; Mauritium; Thomam; Margaritam, Isabellam, Mariam.

Quarta Anna primogenita Maximiliani secundi Imperatoris, quæ illi genuit:

Ferdinandum qui sexennis obiit.

Carolus Laurentium, qui biennis obiit.

Didacum qui septennis obiit.

Philippum anno c I O I O L X X I X, qui successit.

Mariam quæ triennis obiit.

Obiit Rex Philippus an. C I O I O X C V I I I.

Philippus I I I Hispaniar. Rex; hic duxit in uxorem Margaritam Austriacam filiam Caroli Archiducis, quæ genuit illi:

Annam

Annam anno 1601, quæ nupsit Ludovico XIII Christianissimo Galliar. Regi.

Philippum anno 1605, qui Patri successit.

Mariam anno 1606, quæ nupsit Regi Hungariæ Imp. Ferd. II filio.

Carolus anno 1607, qui nuper obiit.

Ferdinandum ann. 1609, Cardinalem & Archiepiscopum Toletanum.

Margaritam ann. 1610.

Alfonsum ann. 1611, qui infans obiit; & è partu illius ipsa Regina.

Obiit Rex Philippus III ann. 1621.

Philippus IV Hispan. Rex duxit in uxorem Isabelam Henr. IV Gall. Regis filiam. Quæ ipsi peperit xvii Octob. anni c1515 cxxxix filium cui in Baptismo fuit inditum nomen Balthazar Carolus Dominicus Lucas Philippus Austriacus.

Proceres & Nobiles familiæ Hispaniæ.

E Libro Alonso Lopez de Haro qui inscribitur Nobiliario Genealogico de los Reyes y Titulos de Espanna.

IN Hispania neque Comites, neque Duces, neque Marchiones hæreditarii fuerunt ante Henricum II Regem Castellæ & Legionis, qui regnum suum iniiit anno c13ccclxxix. Hic primum instituit sequentes Comites:

1. Comitem de Vizcaya & Castaneda, nimirum fratrem suum Tellum de Castilla, qui obiit anno c13ccc lxx, cui successit filius Ioannes de Castilla in Dominis illius de Aguilar & Castaneda; qui filiam reliquit unicam Aldonzam de Castilla, quæ nupsit Garfiæ Hernandez Manrique, qui fuit primus Comes Castanedæ, ex quo descendunt Marchiones de Aguilar, ut postea dicitur.

2. Comitem de Albuquerque, fratrem suum Sancium de Castilla, qui unicam filiam posthumam reliquit quæ nupsit Ferdinando de Castilla qui postea fuit Rex Arragonum.

3. Comitem de Trastamara, cognatum suum Petrum de Castilla, cui successit in comitatu filius Fadricus de Castilla & Castro; qui regnante Ioanne II Dux de Ariona est factus & sine hæredibus obiit.

4. Comitem de Carrion, Ioannem Sanchium Manuel:

cujus

cujus primogenitus Sanchius Manuel oppidum Carrion vendidit Reginæ Catharinæ Alencastriæ pro quindecim mille aureis.

5. Comitem de Niebla, Ioannem Alonsum de Guzman tertium Dominum de S. Lucar de Barrameda, qui obiit anno 1393, successit filius Henricus de Guzman; huic Ioannes Alonfus de Guzman tertius Comes de Niebla & primus Dux Medinæ Sidoniæ factus à Rege Ioanne I I huic Henricus: huic Ioannes, qui Marchio factus fuit de Cazaza. huic Alonfus Perez de Guzman; quo sine liberis mortuo, successit frater Ioannes Alonfo de Guzman; illi autem nepos, è filio Ioanne Claros de Guzman, Alonfus Perez qui ditissimus omnium principū Hispaniæ fuit habitus, & obiit anno 1615, & reliquit successorem Ioannem Manuel Perez de Guzman, cujus filius Gaspar de Guzman hodie Comes est de Niebla.

6. Comitem de Medinaceli, Mosén Bernardum de Bearn & Foix, filium Gastonis cognomento Phœbi Comitris Bearnæ & Fuxensis; qui è conjugē sua Isabella de la Cerda sustulit Gastonem de la Cerda, qui illi successit in Comitatu; huic autem filius Ludovicus; huic filius Gaston; huic rursus Ludovicus, qui anno 1491, à Ferdinando & Isabella Dux est creatus: huic filius Ioannes qui plures liberos habuit; ejus filius Ludovicus primus Marchio Cogolludi est creatus: Gaston autem fuit tertius Dux Medinaceli. Huic successit frater Ioannes de la Cerda: illicque rursus filius Ioannes; huic Ioannes Ludovicus de la Cerda: illi rursus Ioannes filius successit anno 1607, qui adhuc superest.

Henrico I I successit filius Ioannes I Rex Castellæ & Legionis, qui instituit:

Comitē de Montealegere, Henricum Manuël de Villena; cui successit Petrus Manuel cum titulo tantum Domini de Montealegere & Meneses; huic successit Maria Manuel, quæ nupsit Laurentio Suarez de Figueroa primo Comiti Feriæ, de quo postea. Habuit & Henricus Manuel filium Ferdinandum Manuel de Villena, cujus filius fuit Ioannes Manuel Dominus de Velmonte de Campos & de Zebico de la Torre; & nepos item Ioannes Manuel qui obiit ann. 1535, huic successit Laurentius Manuel. illicque Rodericus Manuel, qui cū nullos liberos procreasset, transit dignitas hæc ad Comites de Valentia, & Duces de Naguera, anno 1597.

Ioanni

Ioanni I successit filius Henricus III qui instituit

1. Comitem de Cangas & Tineo, Henricum de Arragon & Villena, qui postea illo excidit.

2. Comitem de Ribadeo, Rodericum Lopez Davalos, qui & Comes stabuli Castellæ fuit, sed excidit utraque dignitate. Ab illo & Ayalæ descendunt. Habuit autem è tertia uxore filium Innigo Davalos, à quo Marchiones de Pescara descendunt, itemque Marchiones del Ballo in Regno Neapolitano.

3. Comitem de Benevento, Ioannem Alonso Pimentel; anno 1398 cui successit filius Rodericus Alonso Pimentel ann. 1420 & ann. 1430 illi adjunxit Comitatum Mayorgæ: huic successit filius Alonsus Pimentel anno 1440 huic iterum filius Rodericus Alonso, cujus primogenitus Ludovicus Pimentel, Marchio Villafrancæ, obiit patre superstite; Alonsus autem secundo genitus successit Patri: atque illi filius suus Antonius Alonso Pimentel; huic item filius suus Ioannes Alonso Pimentel hodieque superstes, cujus primogenitus Antonius Alonso Pimentel est Comes de Luna.

Henrico III successit Ioannes II ann. c l o c c c c v i i, qui instituit:

1. Comitem de Santi Stevan, Alvarum de Luna Equestri familia in Arragonia ortum; qui & Comes stabuli Castellæ & Dux Truxilli & Marchio de Villena fuit, & in summa Regis sui gratia florens, pleraque Regni negotia solus administravit. huic successit filius Ioannes de Luna qui filiam reliquit Ioannam aut Mariam de Luna, quæ nupsit Didaco Lopez Pacheco Marchioni de Villena.

2. Comitem de Castrogeriz, Didacum Gomez de Sandoval qui & Cancellarius major fuit Castellæ; & Comes de Castro; huic successit Ferdinandus de Sandoval filius illius, Secundus Comes de Castro anno 1455, cui successit Didacus Gomez de Sandoval & Roxas anno 1474, quem Reges Catholici anno 1434, creaverunt Marchionem de Denia & filium illius primogenitum Benardum Comitem de Lerma: qui patri morienti anno 1502 successit, secundus Marchio Deniæ & primus Comes de Lerma, quo mortuo, anno 1536, successit filius illius Ludovicus de Sandoval & Roxas; illi porro filius Franciscus de Sandoval & Roxas anno 1570: huic autem filius

ilius Franciscus Gomez de Sandoval anno 1574, quem Rex anno 1599, creavit Ducem de Lerma & Marchionem de Cea; qui postremus titulus primogenito illius Christophoro de Sandoval & Roxas statim attributus, qui & postea Dux de Vzeda creatus; illius primogenitus Franciscus Gomez de Sandoval Dux de Cea est factus.

3. Comitem de Castanneda, Garfiam Hernandez Manrique; cui successit filius Ioannes Fernandez Manrique anno 1436; huic autem filius Garfias Hernandez Manrique, qui factus est primus Marchio de Aguilar; illi successit fil. Ludovicus Fernandez Manrique secundus Marchio de Aguilar & quartus Comes de Castanneda, cui successit fil. Ioannes Fernandez; illi fil. Ludovicus Fernandez Manrique: hujus autem filius Ioannes Fernandez cœlebs obiit; unde illi successit frater Bernardinus Manrique; ipsi autem filius suus Ioannes Fernandez Manrique septimus Marchio de Aguilar & novus Comes de Castanneda qui anno 1617, supererat.

4. Comitem de Haro, Petrum Hernandez de Velasco: cui successit filius Petrus Hernandez de Velasco, qui Comes stabuli Castellæ est factus an. 1472, huic item filius Bernardinus de Velasco tertius Com. de Haro & secundus Comes stabuli Castellæ & primus Dux Frias: hic è secunda uxore sustulit Iulianam Angelam de Velasco & Arragon, quæ nupsit cognato suo Petro Hernandez de Velasco, itaque illi successit in Ducatu & dignitate Comitibus stabuli frater Inicus Fernandez de Velasco. Huic successit fil. Petrus Hernandez de Velasco qui sine liberis obiit, itaque illi successit cognatus Inicus Fernandez de Velasco & Tovar, filius Ioannis de Velasco & Tovar primi Marchionis de Berlanga; huic successit filius Ioannes Fernandez de Velasco; illique item filius Bernardinus Fernandez de Velasco qui anno 1617, superstes erat & tantum octo annorum puer.

5. Comitem de Ledesma & Plasencia, Petrum de Zuniga; cui successit filius Alvarus de Zuniga, qui post illa factus est Dux de Arevalo & Plasencia; demum de Vejar, huic autem filius Petrus secundus Dux Vejar, Comes de Bannares, huic fil. Alvarus qui nullos legitimos reliquit, sed è contubernio nobilis sceminæ Petrum de Zuniga, à quo Marchiones de Aquila Fuente descendunt. Franciscus de Zuniga & Guzman secundo gemitus

Petri fuit Marchio de Ayamonte ; cujus filia Tereſa ſiſt quarta duciſſa de Vejar & Patri ſuo ſucceſſit in Marchionatu de Ayamonte & Gribaleon atque Comitatu de Bannares ; nupſit Franciſco de Sotomajor quinto Comite de Belalcazar ; è quo matrimonio natus Franciſcus de Zuniga & Sotomajor , qui fuit quintus Dux de Vejar , Marchio Gribaleon Comes de Balalcazar & Bannares , &c. Huic ſucceſſit filius Franciſcus Didacus Lopez de Zuniga & Sotomayor : huic rurfus filius Alonſus Didacus Lopez ; huic denique Franciſcus Didacus Lopez de Zuniga anno 1620. Ex eadem familia de Zuniga , è Petrus de Zuniga primus Marchio de Flores Davila à Philippo I I I nuper factus.

6. Comitem de Medellin & Arcos , Petrum Poncium de Leon ; huic ſucceſſit Ioannes : illi Rodericus qui & Dux de Cadiz & Marchio de Zara fuit factus ab Henrico I V hic filiam ſuam elocavit Ludovico Poncio de Leon , è quibus natus Rodericus primus Dux de Arcos , Marchio de Zara , Comes de Caſares , Dominus Marchenæ & Villagarcia , huic ſucceſſit fil. Ludovicus Chriſtophorus : illi Rodericus Poncius de Leon qui anno 1617 ſupererat ; primogenitus autem illius Ludovicus Marchio de Zara jam obierat , relictis liberis , Roderico Marchione de Zara & aliis.

7. Comitem de Alva de Tormes , Ferdinandum Alvarez de Toledo ; huic ſucceſſit Garſias , qui primus Dux creatus , & Marchio de Coria & Comes de Salvaterra ab Henric. I V ſucceſſit illi filius Fridericus ; huic è filio Garſia , nepos , Ferdinandus Alvarez de Toledo qui & Dux Hueſcæ factus eſt : huic fil. Fridericus , illi denique ſine hæredibus maribus deſuncto , cognatus è fratre Antonius Alvarez de Toledo Beumonte à parte matris Comes de Lerin , & Comes ſtabuli Navarra , qui anno 1619 ſupererat.

Ex eadem familia ſunt Domini de Villora & Don Cos ; quorum quartus ab Alvaro duce de Alva , Antonius Franciſcus de Fonſeca , Toledo , Ayala à Philippo I I I Hiſpaniarum Rege factus eſt primus Comes de Ayala ; huic ſucceſſit fil. Antonius ; & illo impubere deſuncto , alter filius Ferdinandus de Fonſeca Toledo , &c. qui anno 1619 , Comitatum hunc obtinebat.

8. Comitem de Santa Marta , Didacum Perez Sarmientum ,

mientum, è Nobilissima Sarmientorum familia; cui successit fil. Franciscus, qui tantum filiam reliquit quæ Marchioni de Astorga nupsit.

Ex eadem familia Sarmientorum fuit Garfias Fernandez Sarmiento, qui matrimonio acquisivit Dominium de Sobroso & Salvatierra; cujus abnepos Didacus Sarmientus de Sotomajor à Philippo II factus est primus Comes de Salvatierra; cui successit fil. Garfias qui anno 1619 supererat Comes de Salvatierra.

Ex eadem familia quoque fuit Garfias Sarmientus Dominus de Gondomar; cui successit fil. Didacus Sarmientus de Acunna, quem Rex Hispaniarum primum Comitem de Gondomar appellavit.

9. Comitem del Real de Manzanares & Marchionem de Santillana, Inicum Lopez de Mendoza; huic successit filius Didacus Hurtadus de Mendoza, Marchio de Santillana & Comes del Real de Manzanares; qui à Regibus Catholicis factus fuit Dux del Infantadgo, huic successit fil. Innicus Lopez de Mendoza; huic vero filius Didacus Hurtadus de Mendoza; huic rursus filius Innicus Lopez de Mendoza; cui successit nepos è filio Didaco, Innicus Lopez de Mendoza, qui & Marchio del Cenete est factus; hujus filia Anna de Mendoza hæres omnium dignitatum, nupsit primo Roderico de Mendoza avunculo suo, è quibus liberos suscepit; secundo Ioanni Hurtado de Mendoza patrueli suo, è quo similiter prolem suscepit; hæres autem apparens illius est Ludovica de Mendoza Comitissa de Saldanna, quæ nupsit Didaco Gomez de Sandoval, secundo genito Ducis de Lerma.

10. Comitem de Trastamara, Petrum Alvarez Osorium, qui ante fuerat Comes de Villalobos & Dux de Aguiar, cui successit Alvarus Perez Osorius secundus Comes de Trastamara, &c. quem Rex Henricus IV Marchionem de Astorga creavit anno 1465. Huic successit filius Petrus Alvarez Osorius illi Alvarez Perez Osorius; Alvaro filius Petrus Alvarez Osorius. Petro rursus filius Alvarus Perez Osorius anno 1560, cui successit filius Petrus anno 1567, & obiit sine liberis anno 1589, cui successit Alonfus Perez secundo genitus Petri Alvarez, & sine liberis obiit ann. 1592, successit cognatus Petrus Alvarez Osorius, cui successit filius Alvarus Perez Osorius anno 1613, qui anno 1620 adhuc coelebs erat.

11. Comitem de Medellin, Rodericum Portocarrum; huic successit fil. Ioannes; illi è filio Roderico, nepos Ioannes; Ioanni filius Rodericus; illi cognatus Petrus ann. 1604, exclusa filia Ioanna, quæ hodie est Marchionissa de Aguilar.

12. Comitem de Trebinno, Didacum Gomez Manrique, cui successit filius Petrus Manrique de Lara, quem Reges Catholici crearunt Ducem de la Cuidad de Najera anno 1482, huic successit Antonius Manriques anno 1516, illi Ioannes Manrique de Lara; huic itidem filius Ioannes; Ioanni, filio Manrique de Lara Comite Valentiæ sine liberis defuncto, filia Ludovica Manrique de Lara quæ nupsit Bernardino de Cardenas Duci de Maqueda Marchioni de Elche & anno 1618 supererat.

13. Comitem de Paredes de Nava Rodericum Manrique, cui successit fil. Petrus Manrique de Lara; huic filius Rodericus Manrique; huic Petrus; huic Antonius fil. Antonio filia Ines Manrique de Lara, quæ nupsit Ioanni Manrique filio Ducis de Najera; è quo matrimonio natus Petrus Manrique qui patri successit octavus Comes de Paredes superstes anno 1618.

14. Comitem de Osorno & Domin. de Galisteo Gabrielem Manrique, huic successit fil. Petrus Manrique Comes de Osorno & Dominus de Galisteo; cui successit filius Garfias, Fernandez Manrique; huic Petrus Manrique; huic Garfias; huic rursus fil. Petrus; Petro Garfias Ferdinandes Manrique anno 1620 superstes.

15. Comitem de Altamira, Lupum Sanchium de Moscoso Villosa, filium Vasci Lopez de Villosa & Ines de Moscoso Dominæ de Altamira; huic successit cognata Viraea de Moscoso, quæ nupsit Petro Alvarez Osorio; è quo natus Rodericus de Moscoso Osorius qui successit; huic porro filius Lupus de Moscoso Osorius; illi fil. Rodericus; Roderico filius Lupus de Moscoso Osorius, qui anno 1618 supererat; filius illius primogenitus est Caspar de Moscoso Marchio de Almazan, Comes de Monte Agudo.

Ioanni II successit filius Henricus IV qui instituit:

I. Comitem de Alva de Aliste, Henricum Henriquez; cui successit fil. Alonsus Henriquez; huic è filio Henrico nepos Didacus Henriquez de Guzman; huic rursus filius Henricus Henriquez; Henrico filius Didacus Henriquez de Guzman;

de Guzman; & illi frater Antonius de Toledo Henriquez; quo itidem sine liberis defuncto, successit Henricus Henriquez de Guzman ann. 1612, illi porro fil. Fredericus Henrique de Guzman 1617, adhuc tum cœlebs.

2. Comitem de Ledesma, Beltramum de la Cueva; quem & mox creavit Ducem de Albuquerque; huic successit filius Franciscus Fernandez de la Cueva secundus Dux Albuquerque, Marchio de Cuellar, secundus Comes de Ledesma, huic item filius, Beltramus de la Cueva: illi Franciscus Fernandez de la Cueva: huic rursus Gabriel de la Cueva frater superioris: illi rursus Beltramus de la Cueva cognatus; huic filius Franciscus Fernandez de la Cueva qui anno 1618 supererat.

3. Comitem de Cabra, Didacum Fernandez de Cordoua, cui successit Didacus Fernandez de Cordoua; illi fil. item Didacus Fernandez de Cordoua; huic fil. Ludovicus Fernandez de Cordoua; qui duxit in uxorem Elviram de Cordoua filiam & hæredem Gundisalvi Fernandez de Cordoua qui per excellentiam grandis Capitaneus dictus fuit, Ducis de Sesa Marchionis de Bitonto; è quo matrimonio natus Gundisalvus Fernandez de Cordoua, patri successit, Dux de Sesa & Baena, quintus Comes de Cabra, qui cum sine liberis obiisset, successit illi Fernandus de Cordoua & Angresola Ammiralius Neapolitanus.

4. Comitem de Tendilla, Inicum Lopez de Mendoza; cui successit fil. Inicus Lopez de Mendoza, qui fuit primus Marchio de Mondejar; huic successit Ludovicus Hurtadus de Mendoza: illi Inicus Lopez de Mendoza: huic rursus Ludovicus Hurtadus de Mendoza qui obiit anno 1604, illique successit cognatus Inicus Lopez de Mendoza; huic denique filius Inicus Lopez de Mendoza qui anno 1618 supererat.

Ex eadem familia est Franciscus de Mendoza Ammiralius de Arragon, Marchio de Guadaleste; qui viduus & orbus Clericus est factus.

5. Comitem de Priego, Didacum Hurtadum de Mendoza; cui successit fil. Petrus Carillus de Mendoza; huic filius Didacus Carillo de Mendoza; Didaco autem sine hærede mortuo, frater illius Ferdinandus; huic successit fil. Ludovicus; illi rursus fil. Ferdinandus; huic fil. Ludovicus cui sine hæredibus mortuo successit frater illius

Petrus ; huic denique filia Ioanna Carilla de Mendoza quæ nupsit Francisco Gasol Equiti S. Iacobi anno 1622 superstes.

6. Comitem de Vrenna, Alonsum Tellez Giron, cui bene liberis defuncto successit frater Ioannes, qui obiit ann. 1528, illi filius Petrus Giron ; quo sine hæredibus defuncto, successit frater Ioannes 1531; cui filius Petrus, qui Dux Ossunæ est factus anno 1562, illi Ioannes filius secundus Dux Ossunæ, primus Marchio de Pennafiel sextus Comes de Vrenna : huic filius Petrus Giron qui superioribus annis fuit Prorex Neapolitanus hodieque superest : Ejus primogenitus est Ioannes Tellez Giron tertius Marchio de Pennafiel.

7. Comitem de Melgar & Rueda, Fredericum Henriquez Ammiralium Castellæ; cui successit Alonfus Henriquez : illi fil. Fredericus Henriquez ; quo sine liberis mortuo successit frater Ferdinandus, qui fuit primus Dux Medinæ de Riofisco : huic fil. Ludovicus : illi rursus fil. Ludovicus Henriquez de Cabrera : huic item fil. Ludovicus ; illi filius Ioannes Alonfo Henriquez de Cabrera, qui hodie superest.

8. Comitem de Corunna, Laurentium Suarez de Mendoza & Figueroa ; huic successit fil. Bernardinus ; huic filius Alonfus anno 1534, huic filius Laurentius ; huic filius Bernardinus ; huic filius Laurentius ann. 1592 qui trucidatus fuit anno 1616, & successit illi frater Sebastianus de Mendoza ; qui hodie superest.

9. Comitem de Belalcazar, Alonsum de Sotomajor, huic successit filius Ioannes ; qui cum monachus esset factus, successit illi frater Guterius ; huic fil. Alonfus ; huic fil. Franciscus, qui duxit in uxorem Terefiam Ducissam de Bexar, Marchion de Gribaleon ; atque eo modo omnes hosce titulos conjunxit. successores illorum supra commemoravimus.

10. Comitem de Luna, Didacum Fernandez de Quinones ann. 1466, huic successit filius Bernardinus : huic filius Franciscus ; huic filius Claudius ; huic filius Ludovicus : huic filia Catalina de Quinones, quæ nupsit Ioanni Pimétel Octavo Comiti de Benavente & Mayorga.

11. Comitem de Lemos, Petrum Alvarez Osorium ; cui successit è filio Alonfo de Castro Osorio, nepos Rodericus de Castro Osorio ; huic successit filia Beatrix de Castro

Castro Osoria, quæ nupsit Dionysio de Portugal filio Ducis de Verganza; è quo matrimonio natus Ferdinandus Rodericus de Castro, qui ab Imperat. Carolo V Marchio de Sarria est factus; huic successit fil. Petrus Fernandez de Castro quintus Comes de Lemos, Andrala & Villalua, Marchio de Sarria: huic fil. Ferdinandus Ruiz de Castro: huic fil. Petrus Fernandez de Castro, qui an. 1618, supererat, connubio junctus cum filia Ducis de Lerma.

12. Comitem de Miranda de Duero; Didacum Lopez de Zuniga cui successit fil. Petrus de Zuniga & Avellaneda ex parte matris; huic Franciscus fil. huic item Franciscus fil. huic fil. Petrus de Zuniga, Avellaneda & Bazan; qui & Vicecomes de Valduerna est factus; obiit anno 1572, relicta filia Maria, Comitissa de Miranda, Marchionissa de la Banneza, Vicecomites de la Valduerna: quæ nupsit ayunculo suo Ioanni de Zuniga, Avellaneda & Cardenas; Hunc Philippus I I I primum ducem de Pennaranda dixit; ex hoc matrimonio natus Didacus de Zuniga Avellaneda, Bazan & Cardenas, qui matrimonio junctus cum filia Ducis de Lerma supererat anno 1620, cujus primogenitus Franciscus est Marchio de Banneza.

13. Comitem de Feria, Laurentium Suarez de Figueroa dominum oppidorum Zafræ, la Parra & Villalvæ; huic successit filius Gomezus Suarez de Figueroa; huic filius Laurentius; huic Petrus Fernandez de Cordoua & Figueroa illius fil. huic sine hæredibus maribus defuncto successit frater Gomezus Suarez de Figueroa & Cordoua, qui primus Dux Feriæ factus est à Philippo I I ann. 1567; huic successit filius Laurentius Suarez de Figueroa ann. 1571, qui fuit primus Marchio de Villalva, huic fil. Gomezus Suarez de Figueroa ann. 1607, cui filius Laurentius natus est anno 1616.

14. Comitem de Coria, Guterium de Caceres Solis, in quo titulus iste defecit; sed idem Rex fratrem illius Ferdinandum Gomez de Solis creavit Ducem de Valdaioz; cui successit filius Petrus de Solis in Dominio de Salvatierra & non in Ducatu, huic successit fil. Ferdinandus de Solis; huic filia Aldonza Manrique de Solis, quæ nupsit Ferdinando de solis Domino de Rianzuela; quibus successit fil. Gaspar de Solis.

Comitum de Madrid

15. Comitem de Onnate, Innicum Velez de Guera-
ra, huic successit nepos è filio, Petrus Velez de Guera-
ra; huic filius Ludovicus Velez de Guevara; huic Petrus
Velez Ladron de Guevara, cui filia Catharina Velez de
Guevara, quæ nupsit avunculo suo Innico Velez de
Guevara Domino de Salinillas; cujus filius Innicus Ve-
lez Ladron de Guevara anno c I 5 I 5 c x v i i i, erat
Comes de Onnate.

16. Comitem de Fuensalida, Petrum Lopez de Ayala
ann. 1470, huic successit filius Petrus; huic cognatus
è fratre Alfonso de Sylva Ayala, Petrus Lopez de Ayala;
huic soror Maria de Ayala, quæ nupsit Frederico Manri-
que de Zuniga; his porro Alvarus de Ayala huic Petrus
Lopez de Ayala; huic filius Petrus Lopez de Ayala anno
1599, huic item filius Petrus anno 1610, qui anno 1618,
adhuc celebs erat.

17. Comitem de Sirvela, Ioannem de Velasco; cui
successit filius Franciscus: huic filia Leonora, quæ nu-
psit Christophoro de la Cueva & Velasco; his fil. Ioan-
nes de Velasco & de la Cueva: huic frater Gabriel: huic
filius Christophorus, cujus filius primogenitus est Ga-
briel de Velasco & de la Cueva.

Ex eadem familia descendunt Marchiones de Salinas,
qui primum fuerunt instituti anno 1617, quo Rex Phi-
lippus I I I Ludovicum de Velasco (qui prorex Novæ
Hispaniæ & Peruvix fuerat) hoc titulo insignivit, huic
successit è filio Francisco nepos Ludovicus ann. 1617.

Ex eadem quoque descendit Alfonsus de Velasco,
quem Rex Philippus I I I anno 1618 Comitem de Ri-
billa creavit.

18. Comitem de Salinas Dannaya, Didacum Perez
Sarmientum; huic successit fil. Didacus Perez Sarmien-
to de Villandrando Comes de Salinas & Rivadeo: huic
filius Didacus Gomez; huic è filio Didaco nepos Rode-
ricus; huic filia Anna, quæ nupsit Didaco de Silva &
Mendoza Duci de Francavilla; illa autem mortua duxit
idem in uxorem Sororem prioris conjugis Marinam, è
qua ipsi natus fil. Rodericus qui anno 1621 duxit in
uxorem Ducissam de Hyar.

19. Comitem de Cifuentes, Ioannem de Sylva; huic
successit filius Alfonsus; huic fil. Ioannes; huic filius
Ferdinandus; huic fil. Ioannes; huic filius Ferdinandus;
huic

huic fil. Ioannes ; cui sine liberis mortuo successit soror Anna , quæ nupsit Ioanni de Padilla Acunna Comiti de Santa Gadea & Buendia ; quibus sine hæredibus defunctis , successit Petrus de Silva Giron de Alarcón ann. 1613, cui est fil. Alonsus Ioseph de Silva.

20. Comitem de Santi Stevan del Puerto, Diam Sanchez de Benavides & Viedma ; cui successit filius Mendus ; huic filius Franciscus ; huic fil. Didacus ; huic filius Franciscus : huic filius Didacus de Benavides & de la Cueva : huic filius Franciscus de Benavides & de la Cueva septimus Comes de Santi Stevan del Puerto, Dominus de las Navas & Castellar & oppidi de Solera, &c. hodie superstes.

21. Comitem de Nieva, Didacum Lopez de Zuniga, cui successit filius Petrus de Zuniga ; huic fil. Didacus : huic soror Francisca quæ nupsit Antonio de Velasco, atque ita Comitatum ad illam familiam traduxit : his fil. Didacus Lopez de Zuniga & de Velasco ; huic filius Antonius, huic filia Mariana , quæ nupsit Francisco Henriquez , quem Philippus III Marchionem de Valderrabano dixit anno 1614.

22. Comitem de Monterey, Sanchium Sanches de Villoa & Terefiam de Zuniga & Viedma illius conjugem ; quibus successit filia Francisca de Zuniga : quæ nupsit Didaco de Azovedo : his successit filius Alonsus de Azovedo & Zuniga : huic filius Hieronymus : huic filius Caspar, huic fil. Emanuel sextus Comes de Monterrey & tertius de Fuentes ; quem comitatum adiit post mortem amitæ suæ Ioannæ de Azevedo. Hic anno 1621 supererat.

23. Comitem de Iodar , Diam Sanchez de Carvajal , cui successit filius Alonsus ; huic filius Didacus ; huic filius Ludovicus ; huic frater Alonsus ; huic filius Gundifalvus de Carvajal, quem Rex Philippus III Marchionem dixit de Iodar ; qui hodie superest.

Ferdinandus & Isabella Castell. Legionen. & Arragon. Reg. hos instituerunt :

1. Comitem de Buendia , Petrum de Acunna & Albornoz : cui successit filius Lupus Vasquez : huic fil. Ioannes : huic frater Petrus ; huic filius Fredericus : huic filius Ioannes : huic Maria soror , quæ nupsit Ioanni de Padilla , Domino Padilla , Coronæ & Caltannazor & Santæ Gadeæ.

2. Comitem de Oropeſa , Ferdinandum Alvarez de Toledo ; huic ſucceſſit filius Ferdinandus ; huic filius Franciſcus ; huic filius Ferdinandus ; huic filius Ioannes Alvarez de Toledo Monroy Ayala quintus Comes de Oropeſa , Comes de Deleytoſa ; Dominus de Cavanilles &c. qui anno 1619 nepoti ſuo Ferdinando è filia Beatrix Marchioniſſa de Xarandilla Comitatum hunc tradidit.

3. Comitem de Monteagudo , Petrum Gonzalez de Mendoza ; huic ſucceſſit filius Antonius ; huic filius Ioannes Hurtadus de Mendoza ; huic filius Franciſcus qui factus eſt Marchio de Almazan à Philippo Secundo ; huic filius Franciſcus ; huic filia Antonia quæ nupſit Gaſpari de Moſcoſo Oſorio primogenito Comitis de Altamira ; ſuperſtites erant anno 1619.

4. Comitem de Aguilar , Alonſum Ramirez de Arellano ; cui ſucceſſit filius Carolus : huic Alonſus filius ; huic filia Anna quæ nupſit avunculo ſuo Petro Ramires de Arellano ; hiſ fil. Philippus ; huic filius Petrus ; huic frater Philippus qui ſupererat anno 1620. Huius primogenitus vocatur Ioannes.

5. Comitem de los Molares , Peraſanum de Ribera ; cui ſucceſſit filia Beatrix , quæ nupſit Petro Henriquez Domino Tarifa ; hiſ fil. Franciſcus Henriquez de Ribera ; cui ſine liberis mortuo ſucceſſit amita illius Catharina de Ribera , quæ nupſit Petro Henriquez ſuo cognato Domino Tarifa viduæ ſuæ Germanæ huic filius Fredericus Henriquez de Ribera qui primus Marchio Tarifa creatus fuit ; huic cognatus è fratre Ferdinando. Peraſan de Ribera , qui primus Dux Alcalæ eſt creatus à Philippo II huic frater Ferdinandus : huic è filio Ferdinando nepos Ferdinandus qui ſupererat anno 1618 , cuius primogenitus Ferdinandus Henriquez de Ribera Marchio eſt Tarifa.

Ex eadem familia eſt Marchio de Malpica ; qui hodie eſt Franciſcus de Ribera Barroſo ſecundus Marchio de Malpica ; cuius fil. Balthaſar eſt Comes de Navamoraz.

Ex eadem familia eſt Comes de la Torre , Peraſan de Ribera , quem Philippus III demum anno 1616 Comitem dixit.

6. Comitem de Caſtrogeriz , Alvarum de Mendoza ; cui ſucceſſit fil. Rodericus ; huic filius Alvarus de Mendoza

doza Manrique, huic filius Antonius; huic filius Gomezus de Mendoza Manrique quintus Comes de Castro qui an. 1618 supererat, & duas tantum filias habens, Isabellam & Catharinam.

Ex eadem familia est Ioannes Hurtadus de Mendoza & Navarra secundus Comes de Lodosa & Castilnovo, Dominus Moron, &c. qui anno 1620 supererat.

7. Comitem de Ribadavia, Bernardinum Sarmientum; cui successit filia Maria, quæ nupsit Ioanni Hurtado de Mendoza; quibus successit filius Didacus Sarmientus de Mendoza; huic filius Ludovicus: huic filia Eleonora; huic Maria de Mendoza soror Didaci tertii Comitis; quæ nupsit Francisco de los Cobos, his successit è filio Didaco de los Cobos Marchione de Camarasa ex parte uxoris, nepos Alvarus de Mendoza Sarmientus; huic fil. Didacus Sarmientus de Mendoza; huic fil..... nonus Comes Ribadariæ ex hac familia.

8. Comitem del Risco, Petrum Davila; cui successit filius Stephanus; huic filius Petrus, qui factus est Marchio de las Navas ab Imperat. Carolo V huic filius Petrus; huic filius Petrus Stephanus Davila tertius Marchio de las Navas, quintus Com. del Risco, Dominus Villafrañca, qui supererat anno 1618 huius filius Antonius Davila est sextus Comes del Risco.

9. Comitem de Teba, Didacum Ramirez de Guzman; cui successit fil. Ludovicus; quem Philippus I creavit Marchionem de Ardales; huic filius Ioannes Ramirez de Guzman; huic successit cognatus Ludovicus de Guzman filius Francisci Marchionis de Algava; ita ut sit tertius Marchio de Ardales & Algava, Comes de Teba; qui ann. 1618 supererat.

10. Comitem de Cedillo, Antonium Alvarez de Toledo; sed filius illius & successor Ferdinandus Alvarez de Toledo Ponce de Leon; tantum scribitur Dominus de Cedillo & Manzanique; huic successit frater Antonius; huic filius Antonius Alvarez de Toledo & Luna qui hodie supereft.

11. Comitem de Baylen, Emanuëlem Ponce de Leon, cui successit fil. Rodericus; huic filius Emanuel; huic fil. Rodericus; huic cognatus Petrus, qui obiit anno 1618 sine liberis; unde de hoc Comitatu litigatur inter Ducem de Arcos & Catharinam Ponce de Leon filiam

naturalem Roderici, & Eugenium Alvarez Ponce de Leon primogenitum familiæ de Cedillo.

12. Comitem de Palma, Ludovicum Fernandez Puertocarrerum: cui successit filius Ludovicus; cui successit fil. Ludovicus Antonius Puertocarrerus cujus primogenitus est Ludovicus Andreas Puertocarrerus.

13. Comitem de Salvatierra de Alaya, Petrum de Ayala: cui successit fil. Athanasius de Ayala, sed non in Comitatu; hujus filius Petrus de Ayala controversiam habet ob Comitatum cum Francisco de Fonseca & Antonio Francisco suo cognato.

14. Comitem de la Puebla, Alonsum de Cardenas; cui successit filius Petrus; huic filius Alonsus; huic filius item Alonsus; huic Ludovicus de Cardenas nepos Alfonso primi Comitis; huic filius Alonsus: huic Laurentius de Cardenas pronepos primi Comitis qui anno 1618 supererat.

15. Comitem de Villalua & Andrade, Ferdinandum de Andrade, cujus filia Terresia nupsit Ferdinando Ruys de Castro Comiti de Lemos & Comitatum & Dominia transtulit ad illam familiam.

Ferdinando & Isabellæ successit Philippus I maritus Ioannæ Reginæ; qui ob brevitatem Imperii nullos titulos contulisse proditur.

Philippo I & Ioannæ successit Carolus qui factus fuit Imperator, hic instituit:

1. Comitem de Alcaudere, Martinum Alonso de Cordova & Velasco: cui successit filius Alonsus Fernandez: huic filius Alonsus: huic frater Franciscus quartus Comes de Alcaudere Dominus de Monte Major, &c. qui anno 1618 supererat. Filia autem illius & hæres futura Antonia nupsit Ioanni de Zuniga Marchioni del Villar de Gaxanexo, &c.

2. Comitem de Chinchon, Ferdinandum de Cabrera & Bovadilla: cui successit filius Petrus; huic filius Didacus; huic filius Ludovicus Hieronymus qui anno 1621 supererat.

3. Comitem del Castellar Ioannem Ariam de Saavedra; cui successit fil. Ferdinandus Arias; huic fil. Iohannes Arias: huic filius Ferdinandus; huic fil. Gaspar Iohannes Arias de Saavedra qui anno 1618 supererat quibus Comes del Castellar.

4. Comitem de Olivares, Petrum de Guzman; cui successit filius Henricus; huic filius Gaspar quem Philippus IV grandem appellavit.

5. Comitem de Orgaz, Alvarum Perez de Guzman; huic successit soror Isabella de Borbon & Guzman monialis: transit dein Comitatus ad Mariam de Guzman, quæ nupsit Ioanni Hurtado de Mendoza, his successit ex filio Ludovico, nepos Ioannes Hurtadus de Mendoza & Guzman. huic item è filio Stephano nepos Ioannes Hurtadus de Mendoza & Guzman, qui an. 1618 supererat.

6. Comitem de la Puebla de Montaluan, Alonsum Tellex Giron è familia Pachecorum; huic successit fil. Ioannes Pachecus; huic è filio Alonfo Tellez Giron nepos Ioannes Pachecus, qui nupsit Isabellæ de Mendoza & Arragon primogenitæ Henrici de Mendoza & Arragon.

7. Comitem de Punoenrostro, Ioannem Ariam Davila: huic successit è filio Ioanne Baptista Arias nepos Ioannes Arias Portocarrerus; huic successit cognatus Petrus Arias de Bovadilla; huic frater Franciscus Arias de Bovadilla, huic fil. Arias Gonzalo de Bovadilla qui anno 1618 supererat.

8. Comitem de Gelues, Georgium de Portugal; huic successit fil. Alvarus; huic filius Georgius Albertus: huic filia Eleonora, quæ primo nupsit Ferdinando de Castro filii Comitis de Lemos, è quo suscepit filiam Catharinam de Portugal. Secundo Didaco Pimentel filii Marchionis de Tavera; gaudebant anno c I 5 I 5 c x v i i i beneficio Philippi I I I titulo Marchionum de Gelues.

9. Comitem de la Gomera, Guilhelmum Perafan de Ayala & Herrera; cui successit fil. Didacus de Ayala; qui Comitatum vendidit Melchiori suo Germano: cui successit fil. Antonius de Roxas.

10. Comitem de Deleytosa, Franciscum de Monroy, cui successit filia Beatrix de Monroy Ayala, quæ nupsit Fernando Alvarez de Toledo quarto Comiti de Oropesa; atque in Comitatum de Deleyrota in illam familiam transtulit.

Carolo Imperat, successit Philippus I I qui instituit:

1. Comitem de Santa Gadea, Martinum de Padilla; quem Philippus tertius titulo Grandis donavit, huic successit

successit filius Eugenius de Padilla qui supererat anno 1621 & est Comes non tantum de Santa Gadea, sed & Buendia.

2. Comitem de Galues, Balthasarem de la Cerda & Mendoza: cui successit filia Anna quæ nupsit Christophoro Fernandez de Hyar Comiti de Belchite & Duci de Hyar; quibus successit filius Martinus Fernandez de Hyar & de la Cerda; cui successit soror Hieronyma, quæ nupsit Ruy Gomez de Sylva & Mendoza qui obiit sine liberis; unde transit hic Comitatus ad Duces de Pastrana.

3. Comitem del Villar Donpardo, Ferdinandum de Torres & Portugal: cui successit è filio Bernardino nepos Ioannes: cui est filius Ioannes de Torres & Portugal.

4. Comitem de Barajas, Franciscum Zapatam de Cisneros; cui successit filius Didacus qui anno 1621 supererat.

5. Comitem de Real, Ludovicum Sanchez de Calatayud; cui successit filia Isabella, quæ nupsit Ludovico de Calatayud Domino de Provencio & Catarroya; possidebant anno 1621 Comitatum.

6. Comitem de Villanueva, Antonium de Fonseca Villosa; cuius filius est Alonfus de Fonseca, qui duxit in uxorem Mariam de Ayala, & Zuniga, filiam Comitis de Fuenfaldana.

7. Comitem de Fuenfaldana, Ioannem de Bivero: cui successit Ioannes Perez de Bivero; huic filius Alonfus Perez de Bivero tertius Comes de Fuenfaldana, Vice Comes de Altamira qui anno 1618 supererat.

8. Comitem de Fuentes de Valdeopero, Petrum Henriquez de Azebedo & Fonseca; quo sine liberis defuncto successit illi Emanuel de Azevedo & Zuniga Comes sextus de Monterrey.

9. Comitem de Vzeda, Didacum Mexiam de Obando; cui successit fil. Ioannes Velasquez d'Avila, in quo cessavit titulus hic, & Philippus III illum creavit Marchionem de Loriania: in quo illi successit frater Petrus Velasquez Davilla qui anno 1618 supererat.

Philippus III qui Patri successit ann. 1598 instituit:

1. Comitem de Villamediana, Ioannem de Tassis; cui successit fil. Ioannes de Tassis & Peralta qui anno 1619 supererat.

Ayuntamiento de Madrid

2. Comitem de Mora, Franciscum de Roxas & Guetara; cui successit fil. Franciscus de Roxas & Guzman qui ann. 1618 supererat.

3. Comitem de Villalonso, Ioannem Gaspar de Villola, cui successit fil. Didacus de Villosa & Sarmiento secundus Com. de Villalonso & primus Marchio de Malagon, supererat ann. 1621.

4. Comitem de Mejorada, Antonium de Padilla qui an. 1619 supererat.

5. Comitem de Pantillana, Ioannem Vincentelo de Leca, qui superest.

6. Comitem de Bannos, Sanchium de Leyva.

Hactenus profecuti sumus Comites omnes qui ab Henrico II ad Philippum III Hispan. Reg. à Regibus fuerunt instituti; nunc & Duces eodem ordine enarrabimus.

Henricus IV instituit hos Duces qui hodieque durant, nam qui desierunt, omitemus.

Ducem de Escalona, Ioannem Pachecum Marchionem de Villena; cui successit fil. Didacus Lopez Pachecus: huic filius Didacus; huic fil. Franciscus Pachecus Cabrera & Bovadilla, quartus dux de Escalona, Marchio de Moya, &c. cui fil. Ioannes Fernandez Pachecus; qui obiit an. 1615, & successit Philippus Ioannes Balthasar Pachecus.

Ferdinandus & Isabella.

Ducem de Maqueda, Didacum de Cardenas; cui successit filius Bernardinus; huic è filio Bernardino Marchione de Elche, nepos Bernardinus; huic filius Georgius de Cardenas Manrique de Lara, anno 1618 supererat adhuc cælebs.

Carolus V Imperator.

Ducem de Beragua, Didacum Colon filium Christophori qui primus Occidentalem Indiam adiit, cui successit filius Ludovicus: huic Nunnus Colon de Portugal, filius Alvari de Portugal Comitis de Gelbes & nepos Isabellæ Colon filiæ Didaci primi Ducis Veraguæ.

Philippus II Hispan. Rex.

Ducem de Pastrana, Ruygomez de Sylva, cui successit filius Rodericus de Sylva & Mendoza; huic filius Ruy Gomez de Sylva & Mendoza: tertius dux de Pastrana, Princeps Meliti, Dux Francavillæ, Marchio de Algezilla,

zilla, Dominus Chamusca, qui supererat anno 1621.

Philippus III Instituit Duces de Lerma, Pennaranda; Vzda & Cea, quorum ante meminimus in Comitum descriptione.

Nunc de Marchionibus dicemus:

Ferdinandus & Isabella instituerunt:

Marchionem de Moya, Andream de Cabrera; cui successit fil. Ioannes de Cabrera & Bovadilla: huic filia Ludovica, quæ nupsit Duci de Escalona; cui successit Franciscus de Cabrera & Bovadilla: qui anno 1618 supererat.

Marchionem de Cenete, Rodericum de Mendoza; cui successit filia Mencia: huic soror Maria quæ nupsit Didaco Hurtado de Mendoza Comiti de Saldanna, primogenito Ducis del Infantadgo.

Marchionem de Villafranca, Ludovicum Pimentel, cui successit filia Maria Osoria Pimentel, quæ nupsit Petro de Toledo filio Frederici secundi Ducis de Alva; huic filius Fredericus de Toledo Osorius; huic frater Garfias; qui acquisivit titulum Ducis de Fernandina & Principis de Montaluan in Regno Neapolitano; huic fil. Petrus de Toledo Osorius, qui anno 1618 supererat; primogenitus illius est Garfias de Toledo Osorius Dux de Fernandina.

Marchionem de Priego, Petrum Fernandez de Cordova, Dominum de Aguilar & Montilla; cui successit filia Catharina, quæ nupsit Laurentio Suarez de Figueroa tertio Comiti de Feria: huic filius Alonsus: huic filius Petrus Fernandez de Cordoua & Figueroa; huic filius Alonsus qui anno 1621 supererat, ejus primogenitus Petrus Fernandez de Cordoua est Marchio de Montaluan.

Marchionem de Comares Didacum Fernandez de Cordoua; cui successit fil. Ludovicus; huic filius Didacus, qui duxit uxorem Ioannam Folch de Cardona & Arragon Ducissam de Cardona, Segorne Marchionissam de Pallas, Comitissam de Prades. huic è filio Ludovico, nepos Henricus de Cordoua Dux de Cardona & Segorne Marchio de Comares Comes Prades, &c.

Marchionem de los Velez, Petrum Faxardum: cui successit filius Ludovicus; huic filius Petrus; huic filius Ludovicus; huic filius Petrus Faxardus quintus Marchio de los Velez & quartus de Molina, qui ann. 1619 supererat.

Mar.

Marchionem de Cannete , Ioannem Hurtadum de Mendoza ; quem titulum tamen morte præventus non usurpavit; sed successit è filio Honorato nepos Didacus; huic fil. Andreas , qui fuit Prorex Peruvix & obiit anno 1560, huic fil. Didacus; huic frater Garfias, huic fil. Ioannes, qui ann. 1621 supererat.

Carolus V Imper. & Hispan. Rex.

Marchionem de Alcannizes , Franciscum Henriquez de Almanfa ; cui successit fil. Ioannes : huic item fil. Ioannes ; cui filia Elvira quæ nupsit Alvaro de Boria avunculo suo ; quibus filius Antonius ; huic Alvarus qui ann. 1621 supererat.

Marchionem de Villaneuva del Fresno , Ioannem Puertecarrerum ; cui successit filius Petrus ; huic frater Alonsus Marchio de Villaneuva del Fresno, Dominus de Moquer & Villaneuva de Barcarotta, &c. huic fil. Ioannes, huic filius Alonsus qui anno 1621 supererat.

Marchionem de Tabara, Bernardinum Pimentel ; cui successit fil. Petrus; huic filius Bernardinus : huic fil. Antonius qui supererat anno 1622.

Marchionem de Poza, Ioannem de Roxas; cui successit è fil. Sanchio , nepos Sanchius de Roxas ; huic frater Franciscus ; huic fil. Mariana quæ nupsit Ludovico Fernandez de Cordoua & Cardona Duci de Sesa, &c.

Marchionem de Montemayor , Ioannem de Sylva & Ribera; cui successit fil. Ioannes; huic fil. Ioannes ; huic frater Petrus ; huic filius Ioannes Ludovicus qui anno 1621 supererat.

Marchionem de Ayamonte, Franciscum de Zuniga fil. Ducis de Bexar ; huic è filia Teresa nepos Antonius de Guzman & Zuniga; huic frater Franciscus; huic fil. Antonius de Guzman & Zuniga qui ann. 1618 supererat.

Marchionem de Mirabel , Ludovicum de Zuniga & Davila , cui successit fil. Hieronyma , quæ nupsit Alonso de Zuniga & Cordoua; his filia Francisca quæ nupsit Antonio de Toledo & Davila ; supererant ann. 1620.

Marchionem de Montefclaros , Rodericum de Mendoza & Luna ; cui successit fil. Ioannes ; huic fil. item Ioannes Emanuel, qui fuit Prorex Peruvix, & supererat ann. 1618.

Marchionem de Cerraluo, Rodericum Pachecum, cui successit filius Ioannes, huic filius Rodericus , qui anno 1618 supererat.

Principem de Asculi & Marchionem de Atela, Antonium de Leyva: cui successit filius Ludovicus de Leyva: huic filius Antonius, huic filius Ludovicus Antonius, qui hodie superest: illius filius primogenitus Antonius est Marchio de Atela.

Marchionem de la Bala Siciliana, Ferdinandum de Alarcon: cui successit fil. Isabella, quæ nupsit Petro Gonzalez de Mendoza; quibus fil. Ferdinandus Alarcon & Mendoza, huic fil. Petrus Gonzales qui superest.

Marchionem del Valle de Guaxaca, Ferdinandum Cortes de Monroy, cui successit filius Martinus, huic fil. Ferdinandus: huic frater Petrus qui anno 1620 supererat in Marchionatu suo degens.

Philippus II Hispan. Rex instituit:

Marchionem del Carpio, Didacum Lopez de Haro & Sotomayor: cui successit filia Beatrix, quæ nupsit Ludovico Mendez de Haro avunculo suo Domino oppidorum de Adamuz & Peroabad; quibus filia Maria Diaz de Haro, quæ nupsit Francisco Pacheco de Cordoua; cui filius Didacus Lopez de Haro; huic filius Ludovicus Mendez de Haro & Sotomayor.

Marchionem de Flomesta, Hieronymum de Benavides; cui successit fil. Ludovicus; huic fil. Hieronymus; huic frater Ludovicus quartus Marchio de Flomesta, Dominus de Samunnoz, la Mota & Valdematilla qui ann. 1618 supererat.

Marchionem de la Mora, Rodericum de Vlloa, cui successit filia Mariana quæ nupsit patruo suo Petro de Vlloa; quibus filius Ludovicus qui anno 1621 supererat.

Marchionem de Ladrada, Antonium de la Cueva; cui successit frater Didacus; huic cognata Isabella quæ nupsit Duci de Medinaceli; his fil. Gundisalvus de la Cerda & de Lama.

Marchionem de Algava, Franciscum de Guzman; cui successit filius Ludovicus; huic filius Petrus Andreas de Guzman.

Marchionem de Santa Crux Alvaraun de Bazan; cui successit è fil. Alvarus qui supererat ann. 1620.

Marchionem de Velada, Gomezium Davila; cui successit è filio Sanchio, Nepos Gomezius, quem Philippus III grandem dixit; cui successit fil. Antonius Davila & Toledo tertius Marchio de Velada & primus de Sanroman; qui supererat ann. 1622.

Mar-

Marchionem de Estepa in Andalusia, Marcum Centurionem origine Genuensem; cui successit fil. Ioannes Baptista Centurion Marchio de Estepa & Laula, cujus primogenitus est Adam Centurion Marchio de Laula.

Marchionē de Villaneuva del Rio, Fredericum Henriquez de Ribera; cui successit fil. Ferdinandus: huic fil. Antonius Enriquez de Ribera; cui successit cognatus Ferdinandus Alvarez de Toledo Comes stabuli Navarræ.

Marchionem de Villa Manrique, Alvarum de Zuniga; cui successit fil. Franciscus; cujus filia & hæres apparens erat ann. 1622 Ludovica Manrique de Zuniga.

Marchionem de Aquila Fuente Petrum de Zuniga: cui successit fil. Ioannes Ludovicus, qui supererat ann. 1620.

Marchionem de la Guardia Gundisalvum Mesiam Carillo, huic successit fil. Rodericus, huic filius Gundisalvus, huic fil. Rodericus, huic fil. Gundisalvus qui ann. 1618 supererat.

Marchionem de Alcala del Almeda, Petrum Lopez Portocarrerum, cui successit filia Antonia Protocarrera & Cardenas, quæ nupsit Petro Giron Germano Ducis de Alcala, his filia Anna Maria Ludovica.

Marchionem de Viana, Petrum Pimentel, cui successit fil. Petrus, qui anno 1618 adhuc cælebs erat.

Marchionem de Aunnon, Melchiorem de Herrera, cui successit filia Anna quæ nupsit Innico Fernandez de Velasco fil. Ducis Frias.

Marchionem de Piovera, hodie Valdefuentes, Alvarum de Sande, cui successit fil. Rodericus, huic fil. Alvarus qui est primus Marchio de Valdefuentes ann. 1616.

Philippus I I I Hispan. Rex.

Marchionem de Iabalquinto Emanuelem de Benavides, cui successit fil. Ioannes Franciscus qui ann. 1620 supererat.

Nobi.

Nobilissimarum Hispaniæ familiarum sylloge,
in qua earundem dignitates & census explicantur.

Ordine Alphabetico ut Lectori consulatur.

A

A *Cunna.* Hæc familia originem repetit è Portugallia
aut Gallæcia; cujus princeps est

Comes Buendia, cujus redditus annui dicuntur esse
20000 ducatorum.

Comitatus hic hodie conjunctus est cum Comitatu
de Santagadea: cujus Comes agnominatur Padilla
Acunna.

Alarcon. originem ducunt ex Asturia, hujus hodie
Princeps est

Marchio de la Bala Siciliana; qui hodie est, Petrus
Gonzalez de Alarcon & Mendoza.

Almansa. ex hac familia est Marchio de Alcannizes.

Andrada. Nobilis familia è Galæcia oriunda, è qua
hodie est Comes de Villalua & Andrada. Sed Comita-
tus jam transiit ad familiam de Castro.

Arellano. Nobilis familia in Regno Navarræ, cujus
Princeps est Comes de Aguilar qui hodie est Philippus
Ramirez de Arellano; illius redditus annui dicuntur esse
15000 duc.

Arragon familia nobilissima & quæ originem repetit
à Regibus Arragoniæ, illius Princeps est Dux Villæ
Hermosæ, Comes Ribagorzæ, cujus redditus esse dicun-
tur 20000 duc.

Avellaneda Castellæ veteris familiæ, ad fines Canta-
briæ territorium sortita, hujus Princeps censetur Comes
Rivadaviæ, cujus redditus dicuntur esse 6000 ducat.

Ayala familia hæc ab antiquis Arragoniæ Regibus
originem repetit; ex illa est Comes de Fuensalida qui
anno 1618 erat Petrus Lopez de Ayala & Comes Go-
meræ, cujus redditus annui dicuntur esse 14000 duc. &
Comes de Salvatierra, de quo Comitatu hodie litigatur.

Azevedo Nobilis familia in Galæcia, hujus princeps
est Comes Monterey, qui domicilium habet Salamanti-
cæ, ejus redditus dicuntur esse 46000 duc. Hic hodie est

Emanuel

Emanuël de Azevedo & Zuniga; Comes quoque de Fuentes.

B.

Bazan è nobilissimis Navarræ familiis, ex hac est Marchio Sanctæ Crucis.

Benavides nobilis familia in Galæcia, cujus princeps censetur Marchio de Flomesta, cujus redditus dicuntur esse 10000 duc. hic hodie est Ludovicus quartus Marchio de Flomesta, dominus de Samunnos la Mota & Valdematilla.

2. Comes de Santistevan del Puerto, Dominus de las Navas, &c.

3. Marchio de Iabalquinto à Philippo IIII demum institutus.

Bivero nobilis in Galæcia familia è qua est Comes de Fuensaldanna.

Borias familia hæc originem ducit è Valentia, ex illa sunt; Dux Gandiæ, Marchio Lombay, cujus redditus dicuntur esse 20000 duc.

Marchio de Navares Dominus Montesc, cujus redditus dicuntur esse 15000 duc.

C.

Cabrera & Bovadilla familia illustris in Catalannia è qua Comes Chinconæ, cujus redditus dicuntur 8000 duc. hic hodie est Ludovicus Hieronymus Fernandez de Cabrera & Bovadilla quartus Comes.

Marchio de Moya.

Catalayud ex hac familia est Comes de Real, cujus Comitatus hæres est Ximenius Perez de Calatayud.

Cardenas nobilis in regno Castellæ familia, ex qua Duxes de Maqueda, Marchiones de Elche orti: cujus redditus à Marinæo dicuntur esse 30000 ducat. qui hodie est Georgius de Cardenas Manrique de Lara, & Comes de la Puebla, cujus redditus dicuntur esse 16000 duc.

Cardonas hæc familia in Catalaunia originem dicitur trahere è Franciæ domo Andegavensi, ex illa sunt Marchio Betetæ, cujus redditus dicuntur esse 25000 ducat.

Carillo familia hæc originem ducit ex oppido Burgos, ex illa

ex illa est ex parte matris (nam ex parte Patris est Mendoza) Comes de Priego, cujus redditus dicuntur esse 8000 duc.

Carvaial ex hac familia est Marchio de Iodar, cujus præcessores fuerunt Comites à tempore Henr. IV Hispan. Reg.

Castro Nobilis & antiqua familia è qua est hodie Petrus Fernandez de Castro, Comes de Lemos, Andrada & Villalua, Marchio de Sarria, &c. cujus redditus dicuntur esse 60000 ducat.

Cerda familia hæc originem repetit è duabus regiis familiis Franc. & Castellæ, ex illa est :

1. Dux Medinæceli, Marchio Cogolludi Comes Portus S. Mariæ : qui hodie est Ioannes de la Cerda, cujus redditus dicuntur esse 40000 duc.

2. Comes Galues, qui titulus hodie transiit ad Duces de Pastrana.

Cordona hæc familia originem repetit à primoribus Andaluziæ Ferdinando Nunez & Alvaro Perez : Ex hac sunt :

1. Dux Sefæ, Comes Cabræ & Baenæ, cujus redditus dicuntur esse 70000 ducat.

2. Dux Cardonæ, qui hodie est Henricus de Cordona, Dux de Cardona & Segorue, Marchio de Comares, cujus redditus à Marinæo traduntur 12000 ducatorum, Comes Prades, &c.

3. Marchio de Priego, qui & familiæ Figueroæ.

4. Comes de Alcandete, qui hodie est Franciscus Fernandez de Cordona & Velasco.

Cortes hæc familia originem ducit ex Arragonia, splendorem autem suum debet Ferdinando qui Novam Hispaniam domuit & in familiam hanc intulit dignitatem Marchionis de Valle de Guaxaca, illius redditus esse dicuntur 60000 duc.

Cueva hæc familia originem trahit ex Arragonia, ex illa sunt :

1. Dux Albuquerque, Marchio Buelniæ & Cuellar, Comes Ledesma, cujus redditus dicuntur esse 46000 ducatorum. Hic hodie est Franciscus Fernandez de la Cueva septimus Dux de Albuquerque, Marchio de Cuellar, Comes de Ledesma, &c.

2. Marchio Landradæ, cujus redditus esse dicuntur 8000 duc.

D.

Davila hæc familia originem repetit à Comite Blasio, qui sub Alfonso VIII Rege Castellæ multa præclare gessit contra Mauros : ex hac sunt :

1. Marchio de las Navas : cujus reditus dicuntur esse 15000 duc. hodie Petrus Stephanus Davila tertius Marchio de las Navas, Comes del Risco, dominus Villafrañcæ, &c.

2. Marchio de Velada & Sanroman.

3. Comes de Punoenrostro, cujus reditus dicit Mariæus esse 8000 duc. hodie dicitur Bovadilla.

Ex eadem familia descendunt Marchiones de Pescaza, & Marchiones del Basto in Regno Neapolitano.

F.

Faxardo hæc familia originem ducit è Regno Galæciæ, ubi rebus gestis adversus Mauros qui Regnum Murtiæ tenebant famam meruit : hujus princeps Marchio de Velez & de Molina qui Murtiæ habet palatium & reditus 50000 duc.

Figueroa familia nobilissima Galæciæ; ex illa sunt :

1. Dux Feriæ, cujus reditus dicuntur 40000 ducat. hodie Gomezus Suarez de Figueroa III Dux Feriæ II Marchio Villaluzæ, Dominus Zafra & Parra & familiæ de Salvatierra.

2. Marchio de Priego, Dominus de Aguilar & Montilla, &c. princeps familiæ d'Aguilar : ejus reditus dicuntur esse 60000 ducat.

Fonseca hæc familia originem trahit ex Portugallia; ex illa est Comes de Villanueva de Cannedo.

G.

Giron familia amplissima, nobilis & perantiqua, ex Gilla est :

Dux Ossunæ cujus reditus dicuntur esse 100000 ducatorum hodie Petrus Giron Dux Ossunæ, cujus primogenitus Ioannes est Marchio de Pennafiel.

Guevara familia è Navarra & Cantabria oriunda, olim

tredecim

tredecim familiis annumerata quæ Regem eligebant hujus princeps est Comes d'Ognate, cujus redditus dicuntur 6000 ducatorum, hodie Innicus Velez Ladron de Guevara.

Guzman familia hæc originem petit à Regibus Gothis, ex illa sunt:

1. Dux Medinæ Sidoniæ, Marchio S. Lucar de Barra-meda, Comes de Niebla, cujus redditus dicuntur 130000 ducat. qui hodie est Ioannes Emanuel Perez de Guzman: cujus filius Gaspar est Comes de Niebla.

2. Marchio de Ardales Comes de Theba, cujus redditus dicuntur 15000 ducator.

3. Marchio de Algavá cujus redditus dicuntur 15000 ducat. Hi duo Marchionatus jam uniti.

4. Comes de Olivares, qui hodie in flagrantissima Regis gratia viget.

H.

Haro hæc familia originem ducit è Cantabria, hujus Princeps est Marchio Carpenfis, Dominus oppid. Adamuz & Peroabad, cujus redditus dicuntur esse 24000 ducat.

Henriquez familia è Regum prosapia originem repetens, ex illa sunt:

1. Dux Medinæ de Rioficcò, &c. cujus redditus dicuntur esse centena millia ducatorum, hodie est Ioannes Alfonsus Henriquez de Cabrera Dominus Medinæ de Rioficcò, Comes de Melgar & Modica, Ammiralius Castellæ.

2. Dux Alcalæ, Marchio Tariffæ, Comes Ornoz, cujus redditus dicuntur 8000 duc.

3. Marchio Villæ Novæ del Rio cujus redditus 22000 ducatorum; possidet hodie Ferdinandus Alvarez de Toledo Comes stabuli Navarræ.

4. Marchio de Alcannizes cujus redditus dicuntur 12000 duc.

5. Comes de Alva de Aliste, cujus redditus dicuntur triginta millia ducatorum, hodie Fredericus Henriquez de Guzman.

6. Comes de Fuentes cujus redditus 10000 ducat.

Heredia hanc familiam à Gothis descendere opinantur:

ur : ex qua Seig. D. T. V. Y. Comitem Fuentanum esse vulg.

Herrera familia Castellæ, è qua est Marchio d'Aunnon, cujus reditus dicuntur esse 3000 duc. Itemque Comes Fortaventuræ & Lanzerotæ in Canariis Insulis.

Hyar familia nobilis in Arragonia, è qua fuit Comes de Belchite & Dux de Hyar.

L.

Eca, familia nobilis in Insula Corfica, ex illa est Comes de Cantillana, nuper admodum à Philippo III creatus.

Leyva nobilis & antiqua familia; è qua est:

1. Princeps de Asculi, Marchio de Atela, Comes de Monza, &c.

2. Comes de Bannos à Philippo III institutus.

Luna nobilissima Arragoniæ familia, è qua est Comes Moratæ qui Cæsaraugustæ domicilium habet, cujus reditus dicuntur 7000 ducat. secundum D. T. V. Y.

M.

Anrique nobilis & ampla familia; ex hac sunt:

1. Dux de Najera, Comes de Trebinno & Valencia, &c. cujus reditus dicuntur esse 40000 duc. hujus ducatus hæres nupsit Duci de Maqueda.

2. Marchio de Aguilar, Comes de Castanneda, cujus reditus dicuntur 40000 ducat.

3. Comes de Osorno & Galisteo, cujus reditus dicuntur esse 12000 duc.

4. Comes de Paredes de Nava, cujus reditus dicuntur esse 12000 duc.

Manniël nobilissima familia, è qua fuerunt Comites de Monte Alegre; & Domini de Velmonte de Campos & de Zebico de la Torre.

Mendoza nobilissima familia è Cantabria originem repetens, è qua sunt:

1. Dux del Infantadgo, Marchio del Cenete & Santillana Comes Saldannæ, del Real de Manzanares, &c. cujus reditus dicuntur 100000 duc.

2. Dux Francavillæ, Princeps Morilla in Regno Neapol,

Neapol. ejus reditus dicuntur 40000 ducatorum.

3. Marchio de Mondeyar, Comes Tendillæ cujus reditus dicuntur 40000 ducat.

4. Marchio de Montefclaros 10000 ducat.

5. Marchio Cannetæ 10000 duc. qui hodie Ioannes Andreas Hurtadus de Mendoza Comes Corunnæ, Vicecomes Toryæ.

6. Comes Combradæ red. 10000 ducat.

7. Comes Castrogeriz red. 8000 ducat.

8. Comes de Monteaygudo, reditus 16000 duc. huius hæres hodie Antonia de Mendoza quæ nupsit Gaspari de Moscoso Oforio primogenito Comitis de Altamiræ.

9. Comes de Orgaz : red. 10000 ducat.

10. Comes de Lodosa & Castelnovo, dominus Moron, &c.

11. Comes de Corunna.

Ex eadem & Marchio de Guadaleste qui Clericus effectus.

Mexia nobilis in Galæcia familia, ex qua est :

Marchio de la Guardia qui domicilium habet Salamanticæ & red. 4000 ducat.

Monroy nobilis familia in Estremadura, ex hac fuit :

Comes de Deleytosa ; sed Comitatus jam transiit ad familiam de Toledo.

Moscoso nobilissima & antiqua familia, quæ per connubium Oforiæ est inserta, ex illa sunt :

Comes Altamiræ, qui hodie est Lupus de Moscoso Oforius : cujus primogenitus Gaspar de Moscoso est Marchio de Almazam & Comes de Monte Agudo.

O.

O *Bando* cognomen Mexiarum, nam ita agnominantur primi Comites de Vzeda & Marchiones de Lorianæ. *Oforio* familia hæc è Regno Legionensi originem ducit, ex illa sunt :

1. Marchio de Astorga, Com. Trastamaræ & S. Mathæ, Princeps familiæ de Villalobos & Oforio ; cujus red. dicuntur 50000 duc.

2. Comes de Oforio, cujus reditus dicuntur esse, 14000 duc.

P.

P*Acheo* : familia originem ducens è Portugallia , ex illa sunt :

1. Dux Escalonæ , Comes de Santistevan & Xiquena & de Cadalhofo , Dominus de Velmonte , cujus redditus dicuntur 100000 duc.

2. Marchio de Cerralvo.

3. Comes de la Puebla de Montaluan.

Padilla nobilis Castellæ familia, è qua est :

Comes de Santagadea & Buendia : cujus redditus dicuntur 15000 duc.

Comes de Mejorada à Philippo III creatus.

Peralta hæc familia à regia Navarræ profapia originem repetit, ex illa est :

Marchio de Falses in Reg. Navar. qui Palatium habet Marcillæ & redit. 6000 duc. secundum D. T. V. Y.

Pimentel originem ducit hæc familia è Regibus Portugall. ex illa sunt :

Comes de Benevento , Mayorga & Vilalon, cui Mariæus tribuit redditus 60000 ducat. ejus primogenitus est Comes de Luna.

Marchio de Tabara.

Marchio de Viana.

Comes de Luna.

Ponce de Leon admodum antiqua & potens familia , in Betica ob res præclare per Andaluziam contra Saracenos gestas maximi nominis : ex illa sunt :

1. Dux d'Arcos , March. Zaræ , Comes de Casares , Dominus Marchenæ , Villagarcia , &c. cujus redditus dicuntur 40000 duc.

2. Comes de Baylen : red. 6000 duc.

3. Dominus de Cedillo (quondam Comes) de Manzanque.

Portocarrero familia è Portugallia originem trahens , ex hac sunt :

1. Marchio de Villaneuva del Fresno, cujus redditus dicuntur 20000 duc.

2. Marchio d'Alcala del Almeda cujus redditus dicuntur 16000 duc.

3. Comes Medellin cujus redditus 16000 ducat

4. Comes de Palma cujus redditus 8000 duc.
Portugal familia hæc originem repetit à Regibus *Portugallia*, è qua est :

Marchio de Gelues : Olim autem à *Marinæo* possedisse dicuntur Comitatum *Valentia*, cujus redditus erat 12000 duc. & *Guelues* 10000 duc.

Q.

Q *Vinnones* nobilis & amplissima familia quæ possedit comitatum de *Corunna*, sed matrimonio transmissa ad *Pimentellos* Comites de *Benevento*.

-R.

R *Ibera* familia hæc originem habet è *Galæcia* : ex illa sunt :

1. Dux *Alcalæ* de los *Ganzules*, Marchio *Tariffæ* Comes de *Molares*, cujus redditus dicuntur esse 80000 ducator. princeps hujus familiae.

2. Marchio de *Malpica* & Com. de *Navamoraz*.

3. Comes de la *Torre*, à *Philippo* III institutus.

Roxas vel *Royas* familia nobilis in *Castella*, ex illa sunt

1. Marchio de *Poza*; red. 20000 duc.

2. Comes de *Mora* à *Philippo* III institutus.

Ex hac quoque ex parte est Dux *Lermæ*, &c. de qua in *Sandoval* dicetur.

S.

S *Aavedra* familia *Galæciæ*, quæ jam sedem habet in *Andaluzia*, ex hac est ;

Comes de *Castellar* qui *Hispali* domicilium habet, ejus redditus dicuntur 12000 duc.

Sande antiqua *Galæciæ* familia, ex qua est :

Marchio de *Valdefuentes* nuper institutus cum progenitores illius Marchiones de *Piovera* dicerentur.

Sandoval agnomento *Roxas* ob connubia, nobilis familia & antiqua, è qua fuerunt Comites de *Castrogeriz*, Marchiones de *Denia* & postea etiam Comites de *Lerma*; donec *Franciscus* de *Sandoval* & *Roxas* anno 1599 à *Philippo* III crearetur Dux de *Lerma*, &

Marchio

Marchio de Cea, quem posteriorem titulum primogenitus illius statim usurpavit, cum ante primogeniti Marchionum de Denia, Comites de Lerma dicerentur.

Idem Rex & primogenitum Lermæi Ducem de Vzeda instituit, & hujus primogenitum Ducem de Cea; ita ut brevi tempore hæc familia trium ducatum titulis insigniretur. Sed uti fluxa est aulicorum gratia; Philippus IV qui Patri successit, Ducem de Vzeda omnibus dignitatibus exuit, & Lermæum qui Cardinalis dignitatem induit, penitus gratia sua exclusit.

Sarmiento familia magni nominis in Hispan. ex qua sunt:

1. Comes de Salinas cujus reddit. dicuntur esse 20000 duc.

2. Comes de Salvatierra, qui Sarmiento de Sotomajor dicitur; cui Marinæus tribuit reddit. 5000 duc.

3. Comes de Gondomar. Sarmientus de Acunna.

4. Comes de Ribadavia qui & Mendoza agnominatur, cui Marin. tribuit 8000 duc.

Sylva familia hæc è Portugallia originem trahit jam à multis annis in Hispania celebris; ex illa sunt;

1. Dux de Pastrana, Princeps Eboli, &c. cujus redditus dicuntur esse 60000 ducat. hodie Ruy Gomez de Sylva & Mendoza tertius Dux Pastranæ Princeps Meliti, Dux Francavillæ; Marchio de Algezilla, Dominus Chamusca, &c.

2. Marchio de Montemajor cujus redditus dicuntur esse 60000 duc.

3. Comes de Cifuentes cujus redditus dicuntur esse 20000 ducator. qui hodie est Petrus de Sylva Giron de Alarcon.

De Solis ex hac fuerunt Duces de Vadacoz hodie Domini de Salvatierra.

Sotomajor nobilis familia in Regno Galæcia, ex illa fuit:

1. Comes de Caminia, qui desit esse, & hodie est Marchio del Carpio, qui hodie est Ludovicus Mendez de Haro & Sotomajor, de quo ante diximus in familia de Haro.

T.

Tassis vel Tassis nobilis familia, è qua à multis annis fuerunt supremi magistri Cursorum; ex hac est: Comes de Villamediana à Philippo IIII primum institutus:

Toledo, quæ familia originem deducit ab Imperatoribus Græciæ, ex illa sunt:

1. Dux Albæ & Huescæ, &c. cujus reditus dicuntur esse 80000 ducat. hic hodie est Antonius Alvarez de Toledo Beaumonte, Comes Lerin & Comes stabuli Reg. Navarræ, quintus Dux Alvæ & Huescæ, Marchio Coriæ, comes Salvatierræ & Piedrahitæ & Barcodavilæ, Dominus de Valdecornera; &c. ejus primogenitus Ferdinandus est Dux Huescæ.

2. Marchio de Villa Franca, cujus reditus dicuntur esse 25000 ducat. hic hodie est Petrus de Toledo Oforius March. Villæfrancæ, princeps de Montaluan, &c. illius primogenitus est Dux de Fernandina.

3. Comes Altamiræ cujus reditus dicuntur esse 8000 duc.

4. Comes de Oropesa & Deleytosa cujus red. dicuntur esse 25000 duc.

5. Comes de Ayala, qui dicitur Ferdinandus de Fonseca Toledo.

Torres qui & agnominantur *Portugal*, è qua familia fuit Comes del Villar Donpardo.

V.

Velasco è nobilissimis Hispaniæ familiis, quæ originem suam deducti è Cantabria, ex illa sunt:

1. Dux Frias, Marchio Verlangæ Comes Haro, &c. cujus reditus dicuntur esse 70000 ducator. hodie Bernardinus Fernandez de Velasco, octavus Comes stabulis Castellæ, septimus Dux Frias & decimus Comes de Haro.

2. Comes de Neiva cujus reditus dicuntur esse 10000 ducat.

3. Comes Siruel cujus red. 14000 ducat.

4. Marchio de Salinas nuper institutus.

5. Comes de Ribilla nuper creatus.

Viamonto vel Beaumonte Navarræ nobilissima familia & ut multi opinantur è Gallia oriunda : Ex hac fuit :

Comes Lerinensis cujus reditus dicuntur 20000 duc. sunt Comites stabuli illius Regni.

Villoa nobilis familia in Galæcia, è qua sunt ;

1. Marchio de la Mota cujus reditus dicuntur esse 16000 duc.

2. Comes de Villalonso & Marchio de Malagon.

Z.

Z *Apata* hæc familia ex Arragonia descendisse dicitur & quidem à Rege Abarca ; ex hac est :

Comes de Baraias, cujus reditus dicuntur esse 12000 duc. qui hodie est Didacus Zapata de Mendoza.

Zuniga familia hæc originem repetit è stirpe regia Navarræ, ex illa sunt :

1. Dux de Vejar, Comes de Belalcazar & Bannarez, &c. cujus reditus dicuntur esse 78000 ducat. hodie Franciscus Didacus Lopez de Zuniga & Soromajor, octavus Dux Veyar nonus Comes de Belalcazar & Bannares, &c.

2. Marchio de Ayamonte cujus reditus dicuntur esse 15000 duc. Hodie Anton. de Guzman & Zuniga.

3. Marchio de Villa Manrique cujus reditus dicuntur 15000 duc.

4. Marchio de Aguila Fuente nuper creatus.

5. Comes de Miranda cujus reditus dicuntur esse 30000 ducat. hic hodie est Dux de Penneranda ; Didacus de Zuniga, Avellaneda Bazan & Cardenas Dux Pennerandæ, Comes de Lemos : primogenitus illius est

Marchio de Banneza.

6. Marchio de Flores d'Avila à Philip. IIII demum institutus.

Jeanes Boterus annotat in suis Relationibus universalibus, in Hispania esse xxvi Duces, quorum reditus annui sine supra lesqui millionem ducatorum : xli Marchiones, quorum reditus annui sint octingenta millia ducatorum : & lx Comites, quorum reditus sint totidem millium paulo plus aut minus. *Martianum* autem Siculus suo iudicabat Procures Hispaniæ tantum pene in censu collidere, quantum ipse Rex possidet.

de Madrid

Nobiles Familiae Portugalliae.

E Damiano à Goes, Portugallia Magnates.

Comestabilis Regni.
 Dux Brigantiae.
 Dux Colimbriensis.
 Dux Viseensis.
 Dux Trancoffensis.
 Dux Barcelensis.
 Dux Averienfis. è familia Alencastria.
 Marchio de Villa Real.
 Marchio de Tores novas.
 Marchio de monte major.
 Marchio de Ferreira.
 Comes de Marialua.
 Comes de Tentugal.
 Comes de Penella.
 Comes de Alcontin.
 Comes de Portalegre.
 Comes de Feira.
 Comes de Lonte.
 Comes Monfancto.
 Comes de Faro.
 Comes de Arganil.
 Comes de Abrantes.
 Comes de Vimiofo.
 Comes de Villa nova.
 Comes de Lintiares.
 Comes de Vidigeira. è familia Gamæ.
 Comes de Sortella. è familia Sylveira.
 Comes de Castanheira.
 Comes de Prado.
 Comes de Redondo.
 Vicecomes de Lyma.
 Baro de Alvito.

Magnatum Portugallia census è Marinao Siculo.

Dux Berganciae
 Dux Barcelorum fil. de Berganciae.

40000 duc.

Dux

Dux Cohimbræ.

Marchio Turrium novarum.

Marchio Villæ regalis & Comes Alcontin. 15000 d.

Comes Marialux è genere Coutinor. 12000 duc.

Comes Penilenfis è familia Vasconcelorum census annuus 4000 d.

Comes Portalegrenus è familia Silveria 5000 d.

Comes Vemiosanus è familia Sofa, 5000 duc.

Comes Monsantinus è Contina famil. 5000 duc.

Com. Pratenfis è Sofa famil. 3000 d.

Com. Teutugalenfis 8000 d.

Com. Bratenfis è d'Almeida familia 3000 duc.

Com. Feirenfis domus Pereiræ, 3000 ducat.

Com. Linares, 3000 d.

Com. Rondonensis, famil. Coutin. 5000 duc.

Quibus addendi è Conestagio.

Com. de Mira è famil. Norogna.

Com. Cagliettanus; Io. Gonzalezius de Camera.

Com. Matosignofii è famil. Saa.

Com. Lignarefii è famil. Norohnæ.

Familias nobiles Portugallie apud Conestagium aliosque invenio.

Alencastro. Almeida. Azevedo. Alcazova.

Barreto. Botello. Britto.

Castro. Contigno.

Gama.

Lopez. Lobos.

Mascarenias. Mattos. Meneses. Mello.

Norogna.

Payva. Pereira. Pinto. Portugal.

Saa. Sequeira. Sofa. Sylva.

Tavora. Tello.

Vaz. Vasconcel. - Velofo.

Niclaus de Oliveira qui anno 1620 Commentarium suū edidit :

Magnates Portugallie qui titulum habent hos recenset.

Dux Bragançæ cujus primogenitus est

Dux de Barcellos.

Ayuntamiento de Madrid

Dux d'Aveiro cujus primogenitus est

Dux de Turres novas.

Marchio de Villa Real qui & Comes est d'Alcoutim & hodie Dux de Caminha.

Marchio Ferreiræ, qui & Comes Tentugal.

Marchio Castel Rodrigo, qui & Com. de Lumeares.

Com. Pontalegre qui majordomus regis.

Com. Sabugal, qui Merihnus major.

Comes Monsancti qui Alcalde major Olyfponis.

Comes Vidiguieræ, Almiramus Indiar.

Comes Sortelhæ.

Comes Vimiofi.

Comes Castanheiræ.

Comes Feiræ.

Comes Atougiæ.

Comes Sanctæ Crucis.

Comes Villæ Francæ.

Comes Villæ novæ.

Comes Liunaris.

Comes de Mira.

Comes Fari.

Comes Redondi.

Comes Castelmelhor.

Comes da Calheta.

Comes da Atalaya.

Comes de Tarouca.

Comes do Basto.

Comes do Matozinhos.

Comes Mirandæ.

Comes S. Ioan. de Pesqueira.

Comes de Arcos.

Comitatus autem Marialuæ, Penellæ & Abrantes Coronæ sunt uniti.

Vicecomes de Ponte de Lima.

Baro d'Alvito.

Et plures alii Domini, qui licet titulo careant, tamen supra viginti millia cruciatorum in annuo reditu singuli possident.

Ab eodem recensetur & Comes das Idantias ex familia d'Alcaçova.

De redditibus annuis Magnatum Portugalliæ præter ea quæ ex Martino Siculo supra annotavimus, (quæ

haud

haud dubio longe sunt infra hodiernam illorum opulentiam descripta) pauca admodum potuimus observare.

De Duce quidem Braganzæ scribit Boterus tantam illius esse potentiam & opulentiam, ut monstro simile sit in tam exiguo regno principem inveniri præter Regem, qui tantas opes possideat. Nicolaus autem Oliveira scribit ducem hunc è decimis piscium in urbe Olyfiponenfis annuatim percipere 22500 Crusados.

D. T. V. Y. in libro de les Estats Empires, &c.

Dux Braganzæ habet annuos redditus 100.000 Crusatorum Portugall.

Dux Averi 50000 ducat. Idem & Relatio de Regno Portugalliæ affirmat apud Honorium.

De Pontificibus & Prælatiſ Hispaniæ & illorum annuo censu.

E Lucio Marinao Siculo.

Inter Hispaniæ Pontifices qui sunt numero quinque & Iquinquaginta, Toletanus Antistes cæteros honoribus & dignitate, redditibusque annuis, antecedit: Est enim Castellæ maximus Cancellarius, qui nunc Hispaniarum primatum tenet ratione dignitatis; cujus annuus redditus est 80000 duc. Botero

260.000 d.

Archiepiscopus Hispalensis 24000 d. Nonio & Botero

100.000 d.

Archiepiscopus Compostellanus 20000 ducat. Botero

60000 d.

Archiepiscopus Granatenſis

10000 d.

Episcopus Burgenſis

20000 d.

Episcopus Siguntinus

20000 d.

Episcopus Cochenſis

16000 d.

Episcopus Placentinus

15000 d.

Episcopus Palentinus

13000 d.

Episcopus Mentefanus

10000 d.

Episcopus Segoviensis

14000 d.

Episcopus Avilenſis

8000 d.

Episcopus Zamorensis

12000 d.

Episcopus Cordubensis

12000 d.

Episcopus Osomensis

10000 d.

Episcopus Legionensis Ayuntamiento de Madrid 8000 d.

Episcopus Calagurritanus	12000 d
Episcopus Salmanticensis	10000 d
Episcopus Pacensis qui & Badajocensis dicitur	6000 d
Episcopus Ouetensis	6000 d
Episcopus Carthaginensis	5000 d
Episcopus Astoricensis	4000 d
Episcopus Caurensis	8000 d
Episcopus Civitatenfis	4000 d
Episcopus Malacensis	10000 d
Episcopus Gaditanus	8500 d
Episcopus Guadixensis	2000 d
Episcopus Abderitanus	1500 d
Episcopus Mondoviensis vulgo Mondovedo in Regno	
Galæciæ	1500 d
Episcopus Tuidensis	2000 d
Episcopus Olucensis	1500 d
Episcopus Orenfis	3000 d
Episcopus Canariæ	8000 d
<i>Io. Boterus</i> his addit Episcopum Iaën	40000 duc

In Arragonia, Valentia, Laletania, Navarra.

A rchiepiscopus Cæsaraugustanus	20000 d.	<i>Io. Boterus</i>
Archiepiscopus Valentinus	13000 d.	<i>Io. Boterus</i>
Archiepiscopus Tarraconensis		
Episcopus Tiriassonensis		
Episcopus Oscensis		
Episcopus Segebricensis & Albarrazinensis		
Episcopus Barcinonensis		
Episcopus Ilerdensis		
Episcopus Dertofanus		
Episcopus Gerundensis		
Episcopus Vrgellensis		
Episcopus Vicensis		
Episcopus Eunenfis , (Elnensem dicendum putat <i>Vasani</i>)		
Episcopus Pompilonensis		

Damianus à Goes : Omnis Hispaniæ Cleri proventus
(Abbates excipio) duplo majores quam Episcoporum
Abbatiarum vero proventus non solum Cleri redditibus
æquant, sed & superant, Minus aliqua controversia qui

cultui diviuo dederunt, habent in Hispania singulis annis ultra quadragies centena millia ducat. Præter id quod Commendatarii & illorum magistri possident quæ summa etiam ingens.

*Ex D. T. V. T. commentario qui inscribitur Les
Estats, Empires, &c.*

Archiepiscopus Toletanus 200.000 duc. illius suffraganei sunt:	
Episcopus Cuençæ	45000 d.
Episcopus Ciguencæ	50000 d.
Episcopus Cordubæ	46000 d.
Episcopus Palenciæ	30000 d.
Episcopus Segovienfis	14000 d.
Episcopus Osmensis	22000 d.
Episcopus Iaën	20000 d.
Episcopus Avilæ	20000 d.
Archiepiscopus Hispalensis 80000 d. illius suffraganei sunt:	
Episcopus Malagæ	30000 d.
Episcopus Gaditanus	12000 d.
Episcopus Canariæ	12000 d.
Archiepiscopus Compostellanus 40000 duc. illius suffraganei sunt:	
Episcopus Corienfis	24000 d.
Episcopus Placentiæ	40000 d.
Episcopus Astorgæ	18000 d.
Episcopus Camorensis	20000 d.
Episcopus Salmanticensis	24000 d.
Episcopus Civitatis Rodrigo	10000 d.
Episcopus de Mondegnedo	12000 d.
Episcopus d'Orense	8000 d.
Episcopus de Lugo	8000 d.
Archiepiscopus Granatensis 24000 d. illius suffraganei sunt:	
Episcopus Almeriæ	4000 d.
Episcopus Guadix	7000 d.
Archiepiscopus Valentinus 30000 d. illius suffraganei sunt:	
Episcopus d'Orihuel	8000 d.
Episcopus Segorbiæ	10000 d.

Ayuntamiento de Madrid

Episcopus d'Vñestre	6000 d.
Episcopus Cartaginis	16000 d.
Archiepisc. Burgensis 30000 d. illius suffraganei sunt:	
Episcopus Calahorræ	20000 d.
Episcopus Pompulonensis	22000 d.
Episcopi exenti sunt:	
Episcopus Legionensis	14000 d.
Episcopus d'Oucedo	21000 d.

IN ARRAGONIA.

Archiepiscopus Cæsaraugustanus 50000 d. illius suffraganei sunt:

Episcopus Oscensis vulgo Huesca	11000 d.
Episcopus Iaccensis vulgo Iaca	6000 d.
Episcopus Turiasonensis vulgo Tarazona	9000 d.
Episcopus Barbastrensis vulgo Barbastro	6000 d.
Archiepiscop. Tarraconensis 16000 d. illius suffraganei sunt:	

Episcopus Barcinonensis.

Episcopus Gerundenfis vulg. Girona.

Episcopus Ilerdensis vulg. Lerida.

Episcopus Helenensis five Elnensis.

Episcopus Vicensis vulg. Vich.

Episcopus Celsonensis vulg. Solsona.

Episcopus Vrgellenfis.

Episcopus Dertusanus vulg. Tortosa. Hos suffraganeos ita ex Auberto Miræo supplevimus, quia D. T. V. Y. omisit: & in horum locum sufficit,

Episcopum Teruel 8000 d.

Episcopum Albarrazin 6000 d.

Io. Boterus. Hispania undecim habet Metropolitanos, sexaginta quinque Episcopos; quorum illi quingenta sexaginta millia coronatorum, hi sexcenta millia quotannis percipiunt; duplum autem Canonici & reliqui, beneficciati (ut vocant) longe amplius: amplissimus haud dubio redditus religioforum.

Ordines

Ordines militares & illorum annui census.

Ex Lucio Marinas Siculo.

Verunt hæcenus in Regno Castellæ tres ordines militares, quorum hi census;

S. Iacobi	60000 d.
Alcantaræ	45000 d.
Calatravæ	40000 d.

D. T. V. Y. in Commentario supradicto minutatim persequitur uniuscujusque ordinis Commendarum annuos proventus singulatim, è quibus hæc compendio observanda.

1. Ordinis S. Iacobi in Regno Castellæ Commendas numerari quadraginta duas, quarum duæ 14000 duc. habent annui redditus, una 12000, una 10000; reliquæ 9, 6, 5, 4, 3000 ducat. & quæ minimum 1000 duc. universus autem harum Commendarum census, (si authorem nostrum ratio non fallit) est 166800 ducat.

Ejusdem ordinis in Regno Legionensi Commendæ numerantur quadraginta & sex, quarum una in annuo redditu habet 12000 duc. una 10000 d. cæteræ 6, 4, 3, 2, 1000 duc. quæ nimirum 300 d. universus autem harum commendarum census est 105400 d.

2. Ordo Calatravæ in utroque regno Commendas habet trigintaquatuor, quarum maxima, cujus commendatarius est Dux Albanus, in annuo censu possidet 10500 duc. una 9000 reliquæ 7, 6, 4, 3, 20000 quæ minimum 500 universus autem census commendarum hujus ordinis est 95600 duc.

3. Ordo Alcantaræ Commendas complectitur triginta duas, quarum maxima in annuo censu possidet 10500 duc. reliquæ 6, 4, 3, 2, 1000 duc. quæ minimum 300 duc. universus autem commendarum census est 82980 duc. Habet præterea hic ordo quatuor Iurisdictiones, quarum redditus est 3700 duc. & quatuor Prioratus sive Sacristias quarum redditus annuus est 2100 duc.

Horum porro ordinum Regis Hispaniarum Magistri sunt jam à temporibus Ferdinandi & Isabellæ. Rem ita narrat Mariana lib. 26, cap. 5. Nihil (inquit) ad memoriam præclarius in hunc annum incidit ea mutatione, quæ

quæ in tribus facris militaribus Castellæ ordinibus facta est.

Multum ii milites iuverant in Mauris ex universa Hispania exturbandis, impioque imperio evertendo, genere & factis nobilissimi, strenui, pugnaces.

Confecto Granatenſi bello, cum parum jam terroris ab hoſte eſſet, pro gratia odium redditum. Dolebant Reges, ab eorum poteſtate Magiſtros eorum ordinum eſſe liberos, iis opibus, eaque authoritate ut Regibus formidabiles eſſent, tumultus ſæpe & bella in provincia concitarent. Ea ſpecies facti prætenta eſt, vera an conſicta non diſputamus. Certe in Comitibus non lex & æquitas ſæpe valebant, ſed vis & ambitus. Itaque ab Innocentio VII diploma eſt ablatum, quo ſublatis magiſtris eorum ordinum, adminiſtratio procuratioque omnis Regibus credebatur. Sic Garſia Padillia deſuncto ante ſex ferme annos Calatravæ Magiſtro, ejus locum Rex Ferdinandus occupavit, nullo amplius militum ſuffragio, uti moris erat, Magiſtro ſubſtituto. Quod exemplum ad D. Iacobi ordinem manavit hoc anno (1493) Alphonſo Cardena ejus militiæ magiſtro deſuncto. Et ut finis eſſet, proximo anno a Ioanne Stunica Alcantaræ Magiſtro impetratum, ut eum honorem in Regis gratiam Hiſpalenſi Pontificatu mutaret. Sic Regi tres illi ordines ceſſerant, ut dum vita maneret, eorum ditiones & opes ipſe procuraret. Alexander Pontifex ad Innocentii veniam adiecit porro, in ea adminiſtratione Reginam ſociam cum jure ſuccedendi, ſi quid viro humanitus contigiſſet. Poſtremo Adrianus Sextus in gratiam Caroli alumni, cui debebat Pontificatum, ei & ſucceſſoribus conceſſit lege perpetua jus præſentandi Episcopos Hiſpaniæ, qui ante ad eorum ſupplicationem precario à Pontificibus Romanis inſtituebantur; & ut eos ordines in omne tempus ſibi miniſtrarent.

Reges autem in hiſce ordinibus gubernandi ſubſtituunt ſibi alios, qui præſecti majores appellantur & Hiſpano ſermone Comendadores majores. Atque ita Comendator major ordinis Calatravæ eſt Dux Albanus, qui eo nomine ex majori Commenda ejusdem ordinis annuatim percipit 15000 ducat.

In eundem modum etiam aliæ Commendæ ſingulorum ordinum Magnatibus regni ſunt attributæ.

D. T. V. Y. Commemoratur quoque tres Prioratus,
quorum redditus opulenti sunt;

1. Conventus S. Iacobi de Veloz 30000 d.
2. Conventus Sancti Marci de Leon 10000 d.
3. Conventus San. Iacobi Hispalensi 14000 d. quibus

addit Abbantias has:
Abbatiam de Montaragon 12000 d.

Abbat. S. Victoriani 2000 d.

Abbat. S. Ioannis de la Pegna 2000 d. Idem & Sardinia
Insulæ prælatos & eorū annuos redditus recenset;

Archiepiscopus Calleri 4000 d.

Archiepiscopus Saceræ 4000 d.

Archiepiscopus Oristan 3000 d.

Archiepiscopus Ampurias 2000 d.

Archiepiscopus d'Alaguer 3000 d.

Episcopus d'Alos 1000 d.

Episcopus Bosæ 1000 d.

In notitia Episcopatum Auberti Miræi in Insula Sardinia
quæ Regi Hispaniæ paret, ponuntur.

Archiepiscopus Calaritanus vulgo de Cagliari.

Episcopus Sulcitanus vulgo Solci.

Episcopus Læsenfis vulgo Lessa.

Archiepiscopus Turritanus in urbe Saffari residens.

Episcopus Algarenfis vulgo Algar.

Episcopus Bosenfis vulgo Bosi.

Archiepiscopus Alborensis vulgo d'Arbora non habet

Suffraganeos.

Pontifices & Prælati Portugalliæ.

E Lucio Marino Sicule.

Archiepisc. Olisiponenfis 16000 d.

Archiepisc. Bracharenfis 12000 d.

Damian. a Goes 24000 d.

Episcopus Eborensis 20000 d.

Episcopus Visei 8000 d.

Episcopus Guardianus 5000 d.

Episcopus Conimbricensis 12000 d.

Episcopus Portuensis 4000 d.

Episcopus Lamegensis 6000 d.

Damianus a Goes addit Ayuntamiento de Madrid

Archi-

Archiepiscopum Funchalensem

8000 ducat.

Episcopum Septensem

2000 d.

Vasæus addit;

Episcopum Leriensem non procul à Conimbrica à Paulo III institutum.

Episcopum Mirandensem ab eodem Paulo III Papa institutum.

Episcopum Portalegiensem ab eodem Paulo III institutum.

Episcopum Sylvensem in regno Algarbiæ qui Ossonobensi successit. ei autem Damianus à Goes tribuit 4000 ducat.

Aubertus Miram, in notitia Episcopatum Bracarenfi Archiepiscopo dat suffraganeos Episcopum Portucalensem, sive Portuenssem vulgo Porto vel Puerto.

Episcopum Guardiensem, olim Igæditanum vulgo Guardæ.

Episcopum Viseensem vulgo Viseo.

Episcopum Lamegenssem vulgo Lamego.

Episcopum Mirandensem vulgo Miranda.

Olysiponensi Archiepiscopo hosce tribuit;

Episcopum Conimbricensem vulgo Coimbra.

Episcopum Albensem vulgo Eluas.

Episcopum Leriensem vulgo Leira.

Episcopum Portalegrensem vulgo Portalegre.

Episcopum Septensem in Afric. vulgo Ceuta.

Episcopum Funchalensem in insula Madera, vulgo Funchal, Madera.

Episcopum Angrensem in insula Tercera, vulgo Angra.

Episcop. Congensem in regno & urbe Congo ad oram Africæ.

Hesperidum insularum vulgo Capitis Viridis in insula & urbe S. Iacobi.

S. Thomæ in Insula & urbe S. Thomæ sub linea æquinoctiali, ex opposita Guineæ.

Brasiliensem in urbe Bahia omnium Sanctorum; vulgo S. Salvador.

Eborensi Archiepiscopo tribuit hos;

Sylvensem Episcopum sive Argarbiensem in urbe Silvos aut Faro.

Tingensem sive Tingitanum in Africa vulgo Tanger.

D. T. V. Y. ut supra tribuit

Ayuntamiento de Madrid

Episcopo

Episcopo Leriensi

8500 d.

Nicolaus Oliveira redditus quidem annuos Ecclesiasticorum non recenset, sed summatim annotat; opes Ecclesiasticorum, pene æquales esse secularium opibus, una cum Regiis.

De ordinibus militaribus Portugalliæ.

Ioann. Boterus. In Portugallia sunt quatuor ordines militares;

S. Ioannis, qui novemdecim Commendas habet & duas Ballivias:

Christi, qui centum & quadraginta Commendas complectitur, aut circiter, plerasque valde opulentas:

Avisi:

S. Iacobi.

Quantum capio (inquit) redditus Ecclesiastici & ordinum militarium ascendunt ad millionem Coronatorum.

Præter Equites Divi Iacobi (inquit *Conestagius* lib. 1.) & Alcantaræ sive Sancti Benedicti (quos à loco quodam Equites Avisi vocant; illi cruce rubra, hi viridi, more Castellano utuntur) eo tempore quo Templarii exterminati fuerunt, ex eorundem redditibus alium instituerunt ordinem Equitum, quos Equites Christi vocant. Sunt autem cruce rubra, quæ in medio alba est, insignes, & Sacramento ad bellum contra infideles gerendum obstringuntur.

Sub Rege Emanuele; Ab Alexandro Pontifice (inquit *Mariana* lib. 26. c. 13.) impetrata iis; qui deinceps tribus ordinibus militaribus in Lusitania se adjungerent, perpetuæ castitatis venia, indulta facultate conjugii, quo eatenus erant veteri instituto prohibiti. ab hoc aditu omnia eorum ordinum vectigalia; non hominibus militibus ut antea attribui; sed in aulicorum delicias, qui castra nunquam viderunt, conferri cœperunt.

Qui autem hi tres ordines fuerint ex *Nicolaus Oliveira* discimus, qui ordinem Ioannis excipit, & cæteris à Pontifice hanc uxores ducendi licentiam indultam testatur, exceptis iis qui jam castitatem voverant.

Porro Regem quoque Portugalliæ Magisterium ordinum militarium cum redditibus ad se traxisse; ex eodem *Oliveira* patet: qui scribit Regem ratione magisterii ordinis

ordinis Christi ex oppidis Tomar & Soure; ex Serubal & Alcacer quæ pertinent ad ordinem S. Iacobi; denique ex Benavente, quæ ad ordinem Avisi aut S. Benedicti refertur, annuatim percipere in pecunia, frumento, vino, oleo, & cera decem contos, octuaginta quinque millia, quingenta septuaginta rees; quorum 400 faciunt Coronatum Portugalicum. Id est ratione subducta 25214 ducat.

Præterea duæ aliæ Commendæ Aldeagalega & Albos Vedros reddunt annuatim unum Contum, id est millionem rees vel 25000 d.

Idem Oliveira commemorat, ordinem Christi quadringentas quinquaginta quatuor Commendas completi, quibus quotannis à Rege solvuntur 23.6326 crusat, seu ducat. Portugallici.

Ordinem S. Iacobi sexaginta Commendis constare, quibus quotannis 12.0000 crusati impenduntur;

Ordinem Avisi quadraginta tribus commendis & 70000 crusat. impendi.

Coronidis loco sit quod scribit Licentiatus Hieronymus de Cevallos. Si ratio (inquit) earum terrarum, reddituumque & omnium, quæ hodie ab Ecclesiasticis in Regno Hispaniarum possidentur, ineatur, liquido constabit, longe plus à Clero possideri, quam à Secularibus.

Regnorum Hispaniæ Monetæ & computandi ratio.

Numismata Hispaniæ partim aurea sunt, partim argentea, partim ærea. Aurea fere duorum sunt generum, nam alia numismata vocantur ducati, quorum antiquissima ab una quidem parte facies exprimunt Ferdinandi & Isabellæ, ab altera vero insignia aut omnium regnorum Hispaniæ; aut interdum unius aut alterius regni in quibus fuerunt cusa: atque ita porro consequentium regum. Alia numismata vocantur duplæ vulgo doublons, & apud alias nationes pistolets, quæ ab una quidem parte crucem habet ad modum crucis Hierosolymitanæ, ab altera autem insignia regnorum Hispaniæ, cum inscriptione Regum sub quibus cusæ fuerint. Vterque autem nummus in varias partes dividitur; superioribus annis prioris generis magni ponderis ducati fuerunt

erubant cusi : hodieque duplæ cuduntur , quæ valent supra
denique
ene
to, vi
e mil
nt Co
5214
Albos
billio
qua
mple
us, at
tare,
s &
ony-
red-
in
nta-
us,
n ar-
ge-
an-
rdi-
ium
s re-
uen-
algo
una
oso-
niæ,
ter-
rio-
ue-
unt

quindécim florenos nostrates.

In Portugallia vero plures aurei nummi olim fuere in
usu & inter eos magni ponderis, quos vulgus Portuga-
licos per excellentiam vocare solet, qui hodie raro com-
parent: dein Milleresii diversi ponderis & pretii; & di-
versi alii quos non est hujus operæ curiosè persequi.

Argentea numismata fere unius generis sunt in Hi-
spania & vocantur vulgo regales sive Reales , quæ ab
una ad octo multiplicantur , notissimum omnibus natio-
nibus numisma.

Ænea denique habent numismata marevedisios, & su-
perioribus annis quos quartillos appellant, quia qua-
tuor illorum efficiunt unum realem.

Quod nummorum genus Hispaniam pene omni auro
atque argento exhaustit, nam cum longe dispar proportio
sit inter pondus & valorem materiæ per se, & ipsius
nummi æstimationem; tanta horum nummorum copia
alibi cusa aut expressa, Hispaniæ clanculum fuit illata,
ut aliquot jam annis nihil ibi nisi maravedisii & ejusmo-
di quartilli conspiciantur; ingenti commerciorum dam-
no, & miseræ plebis incommodo.

In plerisque Hispaniæ regnis in minoribus & majori-
bus computationibus utuntur nomine Maravedisiorum;
vel ut Azevedo loquitur Morapetinorum; quorum 375
efficiunt unum ducatum. Eorum autem decies centena
millia vulgo appellant Quento, quæ vox in rationibus
eorum sæpe occurrit, & peculiari nota à reliquis nume-
ris distingui solet.

Quentus autem marevedisiorum continet 2673 duc.
& reales & 26 marevedis. Nam & rationem marevedis.
& ducator. cum realibus comparare solent, licet in pu-
blicis computationibus rarus eorum sit usus: quippe 34
marevedisii faciunt unum realem; & undecim reales fa-
ciunt unum ducatum; licet non exacte ubique eadem
proportio observetur; nam in Arragonia, Barcinona, Va-
lencia & Catalonia realem subdividunt in 23 denarios,
& ducatum duodecim realibus definiunt. Sed hæc mer-
catoribus accuratius excutienda relinquo.

In Portugallia autem in majoribus minoribusque
computationibus nomine rees utuntur; quorum 400 fa-
ciunt unum ducatum Portugallicum, quem vulgo appel-
lant

lant crusatum; crusatus autem ejusmodi valet undecim reales, & singuli reales 35 rees: Agnoscunt & testones quorum singuli valent 100 rees; & decem eorum æquivalent 22 realibus; tot autem reales etiam milleresii nomine designant; cujus generis numisma aureum in hoc regno culum reperitur. Sed hæc suffecerint ad summam utriusque gentis ad calculum revocandas.

Vnum tamen hic adjungendum, in India numerari per Perdaos, quorum singuli æquivalent tribus testonibus Portugallicis, aut trecentis rees.

Reditus regni Hispaniarum quibus rebus constent.

Regio patrimonio, quod quale quantumque fuerit aut hodie sit, à nemine adhuc annotatum legi.

2. Alcavala, ejus hoc initium & originem prodit *Mauriana* lib. 16 Histor. cap. 9. Magno metu (inquit) liberatos, Regem Hispanosque, victis ad Tariffam Barbaris, major cupiditas incessit impiæ gentis reliquias extirpandi: sollicitudoque in belli usus, quod fore diuturnum prævidebatur, pecuniæ conquirendæ. Nam quæ ex præda erat redacta, plurima quamvis in præmia militum, paucaque stipendia consumpta erat: annuis tributis exhausta provincia. Mercatoribus tantum immunitas erat, impudensque census: reliqui ordines oppressi gravitate vectigalium. Ellerenæ atque Madriti concedentibus provincialibus, aliquantum pecuniæ collatum est. Leve id subsidium tantis factis futurisque sumtibus: sed in eunte tamen salutis anno millesimo trecentesimo quadragésimo primo, Corduba, quo copiæ militares convenire jussæ erant, in Granatenfis fines irrumpitur. Et post aliqua: principio anni millesimi trecentesimi quadragésimi secundi Burgos, Egidius Toletanus, Ioannes Lara, Garfias Burgenfis præsul, proceres alii & Episcopi nominatim à Rege evocati. Horum Regisque summa contentione vigesima rerum venalium in usum belli Maurici à Burgenfibus concessa: definito tempore dum Algeziræ obsidio duceretur. Burgenfium exemplum, Legionenses, aliæque ferme tota ditione civitates secutæ sunt. Novo vectigali Alcavalæ nomen fuit, re & nomine à Mauris hostibus mutuata.

Idem lib. xvi, cap. 8, ad annum 1366, omnes ordines in Ioannis principis verba Sacramento adacti, si quid humanitus accidisset, paterni regni hæredem fore. In belli subsidium decima rerum venalium concessa, nullo tempore designato, belli ex sententia conficiendi studiū Petrique odium in fraudem induxit, ne quam grave id vectigal posteris esset futurū, in præsentī considerarent. *Hæc ille.* Ab eo ergo tempore hoc vectigal mansit. Ex omnibus itaque bonis (ut inquit *Linscotanus*) mercibus, ædibus, fundis, nulla exceptione, decima præstanda venit Regi, nempe quoties ea bona, merces, ædes fundi, &c. venduntur. Eodem modo opifices, mechanici, alique tabernarii, qui quid vendunt aut distrahunt, ex opificiis aut manufactura, ut & in macellis, piscariis, foris, cauponis, cuiusvis ii homines artificii sint, præstare tenentur omnes decimas venditarum rerum ubivis. Hujus rei gratia plequeque urbes, earumque membra in territorii sui locis, cum Rege contrahunt, easdemq; Alcavalas ita colligunt, solventes Regi sine ullis impensis ejus, certam è locatione summam. Præterea in Metropolitanis urbibus ac Provinciis Receptores regii degunt, qui rationes reddunt, ac ex mandato curant recipi & tradi Alcavalas omnes, quæ in illis territoriis ex locatione promittuntur. Rex autem quasdam Alcavalas vendidit, quasdam donavit, alias & oppignoravit.

3. E Salinis regni, ex quibus sal educitur, Rex quotannis maxima emolumenta percipit, ut postea plenius sumus dicturi.

4. E decimis omnium mercium quæ è Belgio, Francia, Anglia, Italia, Lusitania, aliisque exteris regnis & Dominis in Hispaniam inferuntur; id vectigal Almoxariff vocant voce à Mauris mutuata.

5. Decimæ omnium mercium quæ Hispali aut ex aliis Andaluziæ portibus solvunt in Indiam occidentalem: omnes enim illæ merces cum Hispali aut aliis illis locis solvunt, vigesimam Regi pendunt; itemque ubi in Indiam delatæ fuerint, in eundem modum denuo vigesimam solvunt, ita ut decimam quoque in totum persolvant; id vectigal Almoxariff Indiæ Hispanicæ vocant.

6. Tributum annuum quod Regna Hispaniæ quotannis Regi præstant; id autè distribuitur per cunctas provincias, terras & urbes inter plebem, nam nobiles, feudatarii,

datarii, & Equites immunes sunt; censentur enim plebes secundum facultatum & bonorum uniuscujusque æstimationem, ac quotannis inde Regi tributum persolvunt: vulgo vocant *los servicios ordinarios*.

Extra ordinem enim nonnumquam servitium Regi præstant regna Hispaniæ; uti anno 1591 ob gravissimos sumtus quos Rex fecerat in Classem illam formidabilem anno 1588, Regi servitium octo millionum: dein rursus quatuordecim, & ad extremum XIX millionum à subditis collatum: atque hæc quidem tria servitia intra paucos annos Philippo II præstita.

7. Vectigaliadecimarum siccorum portuum vulgo de *Puertos Secos*; sunt autem decimæ omnium mercium quæ terrestri itinere è Regnis Valenciæ, Arragoniæ, Navarræ, in cætera Hispaniæ regna devehuntur, aut vicissim ex Hispaniæ regnis in prædicta loca conducuntur. Idem quoque in Lusitaniam & vicissim è Lusitania locum habet.

8. Vectigal lanæ quæ è regno evehitur, nam singuli facci (qui fere decem arobas pendent, aroba autem viginti quinque libras) duos ducatos pendunt, si indigentium sint, sin vero à peregrinis prius emti fuerint, quatuor ducat.

9. Reditus quos Rex habet ex Hispanica moneta, nempe ex quaque Marca sex ducatorum argenti, quæ in monetaria domo laboratur Realem unum; quod vectigal *El Senneoreaxo de la Moneda* appellatur.

10. Ex herbis & pascuis publicis, quæ quotannis à Rege elocantur.

11. Ex argento vivo quod Almalæ eruitur in montanis Sierræ Morenæ in campo Calatravæ.

12. E fodinis Guadalcanæ in Estremadura & montanis Morenæ, quæ argenti sunt; quæ olim magnam summam reddebant, & interdum 187 argenti quentos; sed nunc admodum imminuta vix taxari possunt.

13. Tributum quod quotannis omnes Hispaniæ terræ reddunt Mancipiorum & trirremium gratia vulgo *El exercitio* vocant.

14. Reditus, quem vocant *de la moneda forera*, quo unusquisque focus singulis annis Regi cogitur solvere 7 marevedios, cujuscunque conditionis sint homines.

15. Locatio sive reditus luforiarum chartarum quæ

foris

foris in Hispaniam invehuntur, nam è singulis percipit Rex dimidium realem.

16. Vectigal quod panni Florentinæ Rassæ vulgo dicti, qui foris in Hispaniam invehuntur solvunt: nimirum singuli panni 6 ducatos.

17. E redivitibus ordinum militarium S. Iacobi, Calatravæ & Alcantaræ, quos Rex Fuggeris Augustanis locare solet annuo pretio nonaginta & octo quentorum: id vulgo vocant *El subsidio*.

18. E bullis five indulgentiis Papalibus, quas Papa Regi concedit in sex annos & ita porro, quæ subditis à Rege venduntur, ut ipsis vetitis diebus carnes liceat edere; vulgo vocant *la Cruzada*, quia primum concessa fuit ad belli sumtus sustinendos adversus infideles & hæreticos gerendi.

19. Tertiæ vulgo Terzæ; Pontifices enim Romani jam olim Regibus Hispaniæ concesserunt, tertium numerum omnium Ecclesiæ reddituum, rerumque Ecclesiasticarum, in subsidium bellorum, defensionemque Catholicæ ac Romanæ Religionis, qui item à receptoribus Alcavalarum recipitur, & una cum Alcavalis elocatur.

20. Decima quam Rex per concessionem Pontificis percipit ex omnibus bonis & terris Ecclesiæ; *El Excusado* vocant vulgo.

21. Extra ordinem autem percipit Rex à populo duas milliones ducatorum; unde hoc subsidium five tributum *des millions* appellant; Id autem in conventu ordinum Regni Regi indulgeri solet in quatuor aut sex annos; quibus elapsis rursus conveniunt ordines, & pro re nata idem tributum in alios annos prorogant.

22. Ex piscatura piscium quos vocant Atun: id vectigal vocant *Almadrava*.

Denique ubi aliqua necessitas urget, ad Papam recurritur, & illius concessione Clerus Hispaniæ novis oneribus gravatur; operæ pretium est Cardmalem Ossatum ea de re loquentem audire.

In *Epistola* LXXVI. Ann. 1596, ita scribit: Rex Hispaniæ anno 1510 LX primum obtinuit facultatem à Papa, accipiendi à Clero Hispaniæ trecenta millia coronatorum in singulos annos, idque quinquenni spatio, ita tamen ut tempus prorogari posset, si ita Papæ videretur: sed in eum finem ut quinquaginta navires instrueret, quæ

quæ Cleri Hispaniæ dicerentur , & solummodo contra infideles & hæreticos militarent : eaque conditione Rex intra bienniū propriis impensis armaret alias **xxx** triremes supra **L** , illas Ecclesiasticas supradictas. Porro anno **c I 5 I 5 L X I I** à Papa obtinuit augmentum Ecclesiasticarum triremium ad numerum **L X** & subsidii dicti incrementum ad **4.200.000** ducatorum; triremium autem quas ipse fabricare tenebatur , numerus diminutus fuit ad **xL**. Et post pauca : Rex jam diu prædictam summam percepit , percipietque porro non modo hæc bis centena supra quadringenta millia ducatorum quotannis , sed etiam ad quingenta & sexcenta millia ducatorum , hoc solo prætextu. Præterquam quod per alias concessionem ipsi à Papis factas jam dudum antea percepit è redditibus Ecclesiasticis tres milliones ducatorum aureorum in auro singulis annis ; neque ullus est Clerus in toto orbe Christiano , qui majoribus oneribus prematur , quam Clerus Hispaniæ , quique hoc nomine principis suo sit infensor.

Idem ann. 1601. Epistola **cclxxiv**. Ad Regem Gal. M. T. haud dubio ex Hispania intellexerit. Regem Hispaniæ describi curasse per totum regnum omnem argenteam suppellectilem non modo Ecclesiarum , sed & particularium ; jam ante ad me perlatum est , regem sub prætextu expeditionum suscipiendarum contra hæreticos & Turcas impetrasse à Papa dimidiam partem suppellectilis argenteæ omnium Ecclesiarum & singulorum Ecclesiasticorum per totam Hispaniam. Verum nondum ausim certo affirmare rem ita se habere , id vero certissimum est , Papam mense Februario hujus anni Regi Hispaniæ concessisse tres milliones quotannis percipiendas ex oleo & vinis Ecclesiasticorum omnium ; id est sex annis octodecim milliones : præter gravissima onera quæ Clerus Hispaniæ jam dudum tulit. Hoc tributum trium millionum annuatim percipiendarum cœpit sub Gregorio **xiv** , verum Papa qui hodie præsidet , concessionem hanc prorogare detrectaverat ad mensem hunc Februarium ; quo illam prorogavit in aliud sexennium.

Idem Epist. **cclxxxiii**. Modo deputati à Clero Hispaniæ hic advenerunt , ut querantur de concessione trium millionum quotannis à Clero exigendarum in sexennium Regi facta , potissimum autem de eo , quod Papa

permi-

permiserit Regi id facere per suos ministros. Hæc querela cum nonnulla verborum acerbitate à deputatis fuit instituta, & à Sanctitate sua cum quadam animi perturbatione audita. *Hæc ille.*

Reditus annui Regis Hispaniarum.

Ex Ioanne Hugonis Linscotano.

Alinæ Hispanicæ coronæ annua taxa ferunt nonagin-	
Sta tres Quentos maravedis	93 Quent.
Decimæ maris, mercium foris in Biscayam venien-	
tium, atque ex provinciis Guipiscoæ, quatuorque Mon-	
tanarum urbium mari adjacentium, solvunt ex omnibus	
mercibus, quæ in Castiliam terrestri itinere devehuntur,	
decimas; suscipiunturque in ædibus tributis destinatis	
urbium Viçtorix, Hordunæ & Valmoscedæ; redduntque	
annuatim Regi	70 Quent.
Decimæ maris, mercium quæ per Regnum Legionis	
transeunt ac per portus Sanabriæ & Villæ Francæ pro-	
cedunt, reddunt	1 Quent.
Decimæ maris, Principatus Asturiæ per urbem Ovie-	
do transeuntes, reddunt	375000 maraved.
Reditus præfecturæ Urbis Bilbao ex mercibus foris	
advenientibus	490500 maraved.
Burgos Civitas cum territorio suo solvit nomine Al-	
cavalarum & tertiarum	17.129.880 mar.
Balivatus Burgos, qui de Bureba dicitur, solvit annua-	
rum	2.646.000 mar.
Montana Ocæ	34.000 mar.
Ballivatus provinc. Rioxæ	3.757.000 maraved.
Ballivatus Hebri	2.346.000 mar.
Viçtoria Civitas	269.000 mar.
Guipiscoa provinc. ex Alcav. & terr.	1.181.000 mar.
Ferrum illius provincie	150000 m.
Septem Ballivatus antiquæ Castellæ in Montanis siti	
	942.000 mar.
Vallis Mena in iisdem Montanis	225000 marav.
Provincia Civitatis Logronno	7.746.000 marav.
langus oppid. & territorium	151000 marav.
Oppidum S. Dominici	4.812.000 maraved.
Ballivatus urbis Diego	1.545000 mar.
Balli-	

Ballivatus Candemunnon	4.612000 marav.	Civita
Ballivatus castris Xeres	8.485000 mar.	Nava
Ballivatus Serrata	1.965000 mar.	Madri
Ballivatus Monfon	2.276000 mar.	arena
Palericia civitas ac Provincia Campos solvunt quotannis	16.940000 mar.	evilla
Carion urbs	4.945000 marav.	Segov
Ballivatus Carion	2.920000 mar.	Grand
Vici P. Alvaresii de Vega	6550000 mar.	Roa C
Satiagon oppid.	2.1250000 mar.	Gumi
Saldanna oppid.	1.013000 mar.	mar
Ballivatus Perinæ	178000 mar.	Sepul
Ballivatus Campi in Montanis	1.730000 marav.	Soria
Vallis Miranda	557000 mar.	Ofina
Quatuor urbes maritimæ, Laredo, Sant Ander, Castro de Vrdiales, S. Vincente solvunt quotannis	3.345000 mar.	egred
Asturiæ principatus & Civitas Oviedo	12.345.000 mar.	Molin
Vrbs Lugo Regni Galæciæ cum Episcopatu suo solvit annuat.	4.137.000 mar.	Sigue
Vrbs Mondonedo Regni Galæciæ	1.732000 marav.	Cuenc
Orense ejusque territorium	6.505000 marav.	fuete
Complutum cum Archiepiscopatu suo solvit annuatim	18.212000 mar.	Willi
Civitas Tuy cum territorio	5.827000 marav.	Willen
Civitas Ponte Ferara	1.975000 mar.	lan
Civitas Leon & Episcopatus	6.350000 marav.	Vill
Astorga Civitas & Episcopatus	2.455000 marav.	Belme
Abbatia Leg. & Astorgæ	797000 mar.	fun
Paræciæ Salæ in Astur.	231000 mar.	Murti
Zamora ejusque territor.	15.525000 marav.	Lorca
Toro ejusque territor.	11.112000 marav.	Carta
Vienæ ducatus Ossunæ urbs	62000 marav.	Alcara
Vallis Guyrenæ	2.335000 mar.	Segur
Vrbs Barasil de la Coma	250000 mar.	S. I
Salamantica cum territor.	24.345000 mar.	Villa
Vrbs Rodrigo cum territ.	14.345000 marav.	Car
Iurisdicção Trigeros	417000 mar.	8.6
Civitas Olmillo	47000 mar.	Ocan
Tordefillas cum territorio	2.600000 marav.	cob
Vallodolid cum territor.	29.730000 marav.	Guad
Torde Humos civitas	827000 mar.	rios
Medina del Campo illiusque iurisdicção solvit annuatim	31.375.000 marav.	Almo
		1.1
		Oppie
		rio
		18.
		Civitas

Civitas Olmeda	2.149000 mar.
Nava Civitas & septem Ecclesiæ	333000 marav.
Madrigal Civitas	682.000 marav.
Arenalo Civit. & territ.	5.310.000 m.
Avila Civitas ejusque potestas	19.365.000 marav.
Segovia cum diocesi	12.480.000 mar.
Aranda de Duero	3.350000 mar.
Boa Civitas	1.515000 mar.
Gumiel de Yzan quæ est Ducis Ossunæ Civitas	154000 marav.
Sepulveda & territor.	3.540000 mar.
Soria oppidum cum potestate sua	10.282000 mar.
Osinæ oppidum & Episc.	4.000.000 marav.
Segreda & Tarazona	2.083000 mar.
Molina oppidum	5.792.000 mar.
Figuerça ejusque districtus	3.662.000 marav.
Cuenca & Dominium	24.645.000 mar.
Almete oppidum & territ.	17.916.000 mar.
Villa Rexe de Fuentes	2.527.000 marav.
Villena Marchionatus, qui complectitur urbes Timihillam, Abasetten, Rodam, S.Clementem & Civitatem Villenam cum territ.	31.503.000 mar.
Belmonte oppidum tantum solvit tertias, quia Alcavalæ sunt Marchionis	476000 marav.
Murtia ejusque dominium	14.820.000 mar.
Corca oppidum	5.000.000 mar.
Cartagena cum territor.	2 Quent.
Alicaraz cum territorio	16.948.000 marav.
Segura de la Sierra cum Provinc. & terra Magistri S. Iacobi	11.091.000 marav.
Villa nova de los Infantes ejusque Provincia, dicta El Campo de Moryel ad Magisterii S. Iacobi pertinens	8.664.000 mar.
Ocana oppid. ac Provincia Castilla dicta Magist. S. Iacobi	23 Quent.
Guadalaxara oppid.	11.064.000 mar.
Alfios & Poso oppida	160000 mar.
Almonacid oppid. ac provinc. Sonta, Magistr. S. Iacobi	1.188.000 m.
Oppida Vzeda, Talamanca, Tordelaguna cum territorio, quæ ad Archiepiscopatum Toletanum pertinent	18.250000 marav.

Oppidum Yepas	423000 mar.
Alcala de Henares cum oppid. Brivega, quæ sunt Archiepiscopatus Toletani	16.250000 mar.
Oppidum Madrit cum territorio suo	23.250000 mar.
Comitatus Punno en rostro	1.262000 marav.
Vrbes Cubas & Grinnon, quæ Alvarum de Mendocæ Dominum agnoscunt, qui Alcavalas percipit, è teruis	117000 marav.
Vrbs Galápagar D. Infantat.	160000 mar.
Vrbs Illescas	2.297.000 mar.
Vrbs Toletum ejusque membra	73 Quentos.
Domini armentorum, quæ è Montanis Estremaduram pastus gratia petunt	19.503000 mar.
Vici Prioratus S. Ioann.	7.055000 mar.
Vrbs Almagro ejusque Provincia quæ dicitur Campo de Calatrava	7.120000 mar.
Alcavalæ herbarum & olerum quæ in eodem Magistr. veneunt	3.438000 marav.
Vrbs Ciudad Real	4.150000 marav.
Vici in ea plaga siti, quæ Archidiaconatus Talaveræ del Rey dicitur	14.326000 mar.
Placentia urbs ejusque Dominium & vici, qui Archidiaconatus dicuntur	18.475000 marav.
Truxillo ejusque districtus	12.224000 marav.
Caceres urbs & territor.	7.85000 mar.
Badajoz ejusque provinc.	9.972000 mar.
Alcantara cum territorio	9.403000 mar.
Pascua & Olera ibidem	3.481.000 mar.
Serena Provinc. Mag. Alcantar.	7.570000 mar.
Merida ejusque territorium in Provinc. Leon pertinens ad Magistr. S. Iacobi	21.234000 mar.
Vrbs Fuente el Maestro in Prov. Leon. Magistr. S. Iacobi	6.973000 mar.
Vrbs Guadalcana Magisterii S. Iacobi, cum territorio	3.305000 mar.
Vrbs Xeres de Badajoz sub Magister. S. Iacob.	7.100000 marav.
Vrbs Hispalis five Sevilla ejusdem membra & districtus	382.387000 mar.
Reditus Domini ut vocant	2 Quent.
Vrbes Palma & Guelves sub Comitibus suis sunt pro tertiis Ayuntamiento de Madrid	235000 mar.
	Vrbes

Urbes Tevar & Ardales sub Marchione Ardales pro tertiis	235000 mar.
Urbs Ellerena Provinciæ Leon, & Magisterii S. Iacobi	3.125000 mar.
Urbs Cadiz	8.452000 mar.
Ex Almadrava, id est piscatu Thynnorum vulgo Atun	3.350000 mar.
Gibraltar ab Alcavalis immunis est, solvit pro terciis	1.500000 mar.
Xerez de la Frontera	21.050000 mar.
Urbs Carmona	9.450000 mar.
Lora & Setefilla	680000 mar.
Urbs Ecyia cum suburbib.	15.500000 mar.
Corduba ejusque districtus	48.995000 mar.
Lora dicta Realengos de Corduba	17.316000 mar.
Civitas Anduscar	4.800000 mar.
Civitas Vieda	11.346.000 mar.
Civitas Baeça	17.316.000 mar.
Civitas Quexada	1.415000 mar.
Adelantado de Carcola	6.885000 mar.
Comitatus S. Stephani	1.340000 m.
Urbs Martos in Andalusia Magisterii Calatravæ cum di- strictu	11.436000 m.
Urbs Iañ & territorium	15.609000 marav.
Granata & territor.	42.910000 mar.
Sericum Regni Granatensis olim ante expulsos Mauros valebat 42 quent. nunc tantum 22.	
Aguela & Avisfos Granat.	2.750000 mar.
Lora & Alhama G.	3.650000 mar.
Civitas Baça G.	10.626000 mar.
Guadix Civitas G.	6.395000 mar.
Almena Civitas G.	3080000 mar.
Almunecar, Mutril & Salabrena Regni G.	2.643.000 m.
Malaga Civitas G.	16.269.000 mar.
Veles Malaga civ. G.	3.519000 mar.
Pulchena urbs	410000 mar.
Rondo & territor.	5.334000 mar.
Insula Canariæ	4.850000 m.
Teneriffæ	3, Quentos.
Palma	2 Quentos.
Tributum annum, quod Regna Hispaniæ Regi pen- dant nomine Servitii ordinarii, valet quotannis centū & quatuor	

quatuor quentos & trecentos & quinque maravedios
104.305.000 maraved.

Vestigalia flicorum portuum, ut vocant, è Regnis Valentia, Arragonia & Navarra, tam in exitu quam introitu solvunt quotannis quadraginta novem quentos & triginta quinque millia maravedisiorum, id est 49.035000 maraved.

Vestigalia flicorum portuum Regni Portugallia tam in exitu quam introitu reddunt annuatim 34.155000 mar.

Vestigal Lanarum quæ è Regnis Hispania exportantur, reddit quotannis 53.586000 marav.

Summum Almoxariff Civitatis Hispalis vulgo Sivillia, quod urbs ipsa à Rege conducere solet, solvit quotannis 154.309000 maraved.

Almoxariff India Hispania quod civitas Hispalis in eundem modum à Rege conducit, pendet annuatim 67 Quentos.

Moneta Hispanica vulgo *El Senneoraxo de la Moneda* in sola urbe Hispalensi, quæ tantum reddit, quantum cæteræ omnes, valet 22 Quentos.

Magistratus S. Iacobi, Calatrava & Alcantara Rex Fuggeris Augustanis locare solet pretio annuo nonaginta & octo quentorum.

Nota. Ab aliis observatum invenio, Magisteria horum ordinum Regi Hispania quotannis reddere bis centena & quadraginta millia ducatorum, quæ summa multo minor est quam ea quam prodit author noster, quæ facit 261333 duc. & 125 mar.

Locat præterea Rex herbas & pascua Magistratuum prædictorum & annuatim ex illis percipit triginta septem quentos 37.000000 mar.

Ex Argento vivo Almadæ, è montibus Morena in Campo Calatrava, quod Rex annuatim locat septuaginta tribus quentis 73.000000 mar.

Bullæ seu indulgentiarum Papalium litteræ, omnibus impensis deductis reddunt annuatim ducentos quentos, ea summa deducta in Belgicam monetam (inquit author) facit sexdecim auri tonnas.

Alii observant ex hisce bullis annuatim à Rege percipi duas milliones & quadringenta millia librarum, sive florenorum ut nos vocamus.

Subsidium, quod Clerici ex beneficiis annuatim pendunt,

dunt, valet quotannis promiscue 65 quentos, id est 65.000000 maraved. 172800 duc.

Vide quæ supra ex Cardinale Ossato observavimus.

El Excusado, id est tributum annuum quod Episcopi & Ecclesiæ annuatim pendunt, valet 110 quentos id est 193333 duc. 125 maraved. idque omnibus expensis deductis.

Nota. Ab authore Gallico observatum invenio, hoc tributum annuatim jam reddere sexcenta & viginti milia ducatorum.

Fodinae Guadalcanæ quoniam multum exhaustæ, quid hodie reddant, taxari non potest.

Tributum quod Regi quotannis præbent cunctæ terræ Hispaniæ, mancipiorum & triremium gratia (vulgo vocant Exercitio)

7.750000 mar.

Tributum forarium vulgo de la Moneda Forera quotannis reddit

9.656000 mar.

India Hispanica quotannis Regi reddit trecentos quentos, id est

800000 ducat.

Navarræ Regnum quotannis Regi Hispaniæ reddit 35.500000 maraved. 94666 duc. & 250 mar.

Regna Valentia, Aragoniæ & Catalauniæ præter alia tributa, Regi quotannis reddunt septuaginta quinque quentos, id

200000 duc.

Insulae Sardinia, Majorca & Minorca nullum Regi emolumentum adferunt, quia cuncti earum redditus, in eisdem impenduntur.

Insula Sicilia quotannis dat 375 Quentos, id est unam millionem duc.

Regnum Neapolitanum 450 quentos; de hoc amplius diximus in libello de principibus Italiae.

Ducatus Mediolanensis 300 Quentos, de hoc quoque diximus in libello de principibus Italiae.

Provinciae Belgicae ac Burgundia solebant Regi reddere

700 Quent.

Locatio chartarum lusoriarum fert per totum Hispaniæ Regnum

20 Quent.

Panni Florentini

10 Quent.

Cuncta hæc (inquit *Linscotanus*) ex autographis codicibus fideliter sunt translata; fuitque hic rerum status anno 1578, cum Rex Hispaniarum nondum Portugalliae potens esset. Omnes vero hi redditus in unam summam contracti

contracti faciunt 13 milliones auri & 48000 ducatos, nostra autem Belgica moneta si tres florenos in ducatum computes, 452 tonnas auri, & 44000 florenos. *Hac illa.* Sed calculus non convenit & in alterutro numero vitium subesse necesse est, nam 13.048.000. duc. tantum faciunt 39.144.000. florenos. Nos supputatione singulatim facta deprehendimus in priore numero 13 millionum & 48000 ducatorum errorem non esse D. T. V. Y. qui relationem præcedentem reddituum regiorum in amplissimum suum commentarium retulit & ad monetam gallicam revocavit, ab hoc calculo non multum abludit; colligit enim in unam summam 12.199048 coronatos.

Relatio de Regis Hispaniæ opibus apud Honorium ita colligit.

Regna Majestatis Catholicæ non amplius quam novem milliones aureorum quotannis regi pendunt hoc modo:

Hispania	1.400.000 dnc.
Indiæ	2.300.000.
Flandria & Burgundia	2.100.000.
Majorica & Minorica	50.000.
Sardinia	60.000.
Sicilia	600.000.
Regnum Neapolitanum	1.500.000.
Ducatus Mediolanensis	1.000.000.

Summa totalis

9.010.000.

Hiscæ autem non comprehenduntur amplissimi redditus, quos Rex quotannis percipit à Clero suo.

Atque hæc quidem ratio reddituum annuorum Regis Hispaniæ fuit; certissima quidem anno 1578, nam quæ à Linscotano nostro relata sunt ex rationibus Regni, & aliis indubitata fidei monumentis fuerunt transcripta ut ipse testatur. Verum crebro mutari multa nullum dubium est, neque enim Regni vectigalia quæ Almaxarii vocant, semper eadem summa redimuntur; & redditus quos Rex ex India Hispanica percipit, non unum singulis annis servant tenorem; quod ut evidentius pateat, hic aliquot annorum census, prout accepimus, adjungemus.

Anno 1608, classis Indica Hispaniæ intulit undecim milliones ducatorum; quarum quatuor Regi cesserunt.

Anno

Anno 1610, ex India appulerunt 8 million. 151896 ducator. pro Rege 2.716.932 duc.

Anno 1612. Ex India appulerunt 11 milliones & 796695 ducat. è quibus Regi cesserunt; 3.504657 duc.

Anno 1613. Ex India appulerunt 10 million. 59794 d. aut ut alii; 10.320.991 duc. è quibus regi cesserunt 2.810.761 d. aut ut alii scribunt 2.810.743.

Anno 1614. Ex India appulerunt 11 milliones 297068 ducat. è quibus Regis ærario accefferunt 3.028.892 ducator.

Anno 1615. Ex India in totum appulerunt 10 milliones 129.331 ducat. è quibus Regi cesserunt 2.305.710 ducator.

Anno 1616. Ex India appulerunt 11 milliones & 131852 duc. pro Rege 2.252.459 duc.

Anno 1618. Ex India appulerunt 14 milliones ducatorum, pro Rege 1.674.031 ducat.

Anno 1622. Regi destinata erant è Continente & Nova Hispania 1.913875 ducat. Sed classis illa horrenda tempestate jactata magnam jacturam passa est, neque illo anno in Hispaniam appulit.

Anno 1623. Classis Indica æstimata fuit 12.135.207 ducat. è quibus Regi competeabant 3.465.600 ducator. Sed hæc quoque classis maximam jacturam passa est, 2.229.365 ducator. mari haustis.

Anno 1624. Eadem classis appulit æstimata 14.113.801 ducat. E quibus Regi cesserunt 2.525.565 duc.

Anno 1625. Eadem Classis Regi attulit 1.144.919 d. in totum autem 5.846.632 ducat. nam nihil auri aut argenti è Peruvia venerat illo anno ob metum nostratum, qui cum classe sua mare Meridionale infestabant.

Anno 1626. Ex India appulerunt 17 milliones 520.257 duc. è quorū numero Regi cesserunt 3.504.297 d.

Reditus annui Regni Portugalliæ.

Ex Ioann. Hugonis Linscotanus.

ORdinarii reditus Regni Portugalliæ annuatim ascendunt ad 1.100.000 duc. Reditus autem Magistratum ordinum militarium, quorum Rex ipse hodie magister est, quique possident Insulas Azores, Maderam, Insulas

Insulas Capitis Viridis, S. Thomæ, del Principe, reddunt
quotannis 200.000 duc.

Reditus Castellī de Mina in Guinea, qui ad ordinis
Christi magisterium pertinent, 100.000 ducat.

Reditus Brasiliæ 150000 duc.

Vestigalia aromatum aliarumque mercium quæ ex
India Orientali quotannis in Portugal. invehuntur
60000 ducat. sive 18 tonnas auri ut Belgæ vocant: nam
quæ in ipsa India è vestigalibus aut tributis quocunque
modo percipiuntur, ibidem rursus impenduntur, ita ut
Rex nullum emolumentum illius capiat.

In summa reditus annui Regni Portugalliæ sunt
2.200.000 d. aut 66 tonnæ auri, ut nostrates vocant.

Expensarum ejusdē Regni hic est calculus & modus.

1. In Stipendia ministrorum Iustitiæ, aliosque officia-
les, in ipso regno, impenduntur quotannis 100.000 d.

2. In Tencas, (ita vocant dona & immunitates, quas
Rex tanquam feuda benemeritis ad vitam concedit)
quotannis expenduntur 300000 duc.

3. In Iuras, (ita vocant reditus annuos quos vendit &
in perpetuum hæreditario jure possidendos certis perso-
nis concedit, qui sicuti alia patrimonialia bona ad hære-
des transeunt) annuatim expenduntur 150 mill. ducat.

4. In arces & munimenta Africæ annuatim expen-
duntur 300 mil. duc.

5. In quinque triremes, quæ Regis sumtu armantur,
quotannis expenduntur 50 mill. ducat.

6. In classem quæ Indicas naves ducit atque reducit
300 mil. duc. expenduntur.

7. In Moradias, (ita vocant mercedes & stipendia an-
nua quæ Rex concedit, partim ministris suis, quos vo-
cant Mocos da Camara, Cavalheiros Fidalgos & similes,
partim aliis bene meritis, aut quorum parentes Regi ali-
quid officii præstiterunt: sunt autem perexigua hæc sti-
pendia & tantum concessa ut equos suos alant, licet nul-
los interdum possideant aut alant; eademque & parce &
maligne solvuntur:) annuatim impenduntur 80 million.
ducatorum.

8. In Alimenta Regiæ familiæ, atque Proregis quot-
annis fere expenduntur 300 mill. ducat.

9. Denique in arces atque alia munita loca Regni
ipsius quotannis expenduntur 200 mill. ducatorum.

In sum-

In summa ; expensa omnis quotannis ascendit ad 1680000 duc. *Hactenus è Io. Hugonis Linscotano.*

Author autem Relationis de Regno Portugalliæ apud Honorium scribit redditus annuos hujus regni esse 36600 ducat. eosque penitus omnes quotannis in ministros regios, tam Ecclesiasticos quam seculares, in milites, in classes aliaque rursus expendi, neque interdum sufficere.

Quia autem *Nicolaus Oliveira* anno 1620, librum edidit, in quo diligentissime & minutatim explicat redditus omnes annuos Regni Portugalliæ atque expensas universas, operæ pretium erit ea ordine ex ipso describere.

Primo itaque redditus Regni & Dominiorum, quæ Reges Portugalliæ in exteris Provinciis bello acquisiverunt, qui in Teloniis publicis, *Alfandegas* ipsi vocant, passim colliguntur ; (quippe omnes merces & res quæcunque venales solvunt alii decimam alii quintam, alii aliam partem, excepto tritico quod foris importatur, id enim liberum est ab omni vectigali) in hunc modum se habent.

1. *Alfandegæ* totius Regni atque urbis Olysiptensis reddunt quotannis 170 quentos reesiorum, id est 425000 Crusatos.

2. Vectigal lignorum omnium quotannis locatur 10.700.000 rees, id est 26750 Crusat.

3. *A Casa dos Cinco*, id est Portorium quo quinque solvuntur de unoquoque centenario, annuatim conducitur 7.200.000 rees, id est 18000 duc.

4. Septem casæ vectigalium vini, olei, carniū, piscium, fructuum, Nigritarum, & similium rerum in Civitate Olysiptensi reddunt quotannis nonaginta quentos rees, id est 225000 crusat.

5. Vectigal vini, quod vocant o Real d'Agoa reddit quotannis novem quentos rees, id est 22500 crus.

6. Vectigal carniū in macello reddit septem quentos, id est 17500.

7. Portus Sicci ut vocant reddunt triginta sex quentos, id est 90000 duc.

8. *O Consulado* (id est portorium quo tria solvuntur pro unoquoque centenario mercium quæ in Portugall. importantur, aut rursus ex illa evehuntur, reddit per totum regnum octuaginta quentos, id est 200000 cr.

9. Vectigal chartarum lusoriarum annuatim locatur
5.400.000 re. id est 13500 crusat.

10. Cancellaria Curiae reddit septem quentos, id est
17500 crusat.

11. Cancellaria Portuensis 700000 rees, id est
1750 crusat.

12. Vectigal ligni Brasiliiani reddit xxiv quentos
rees, id est 60000 cr.

13. Vectigal mercium Indicarum reddit quotannis
120 quentos, id est 300000 crusat.

14. Piper, diducto primum precio quo emtum fuit in
India & naulo quatuor crusatorum pro unoquoque
quintali, reddit 230 quent. id est 575000 cr.

15. Alfandegæ quæ in Africa sunt, reddunt quotannis
1.200.000 rees, id est 30000 crusat.

16. Impositio in vina Sanctareni reddit quotannis
780000 rees, id est 19500 crusat.

17. *O Estanco do Buzio*, (id est Apotheca publica qua
certe merces Indicæ conduntur, reddit 1.200.000 rees,
id est 30000 crusat.

18. Setubalis tabula reddit 16 quentos, id est
40000 crusat.

19. Omnes Civitates & oppida hujus regni habent
certos redditus in fundis, & è mulctis delinquentium &
similibus; Rex autem percipit tertiam omnium partem;
quæ reddit annuatim 21 quentos, id est 52500 cr.

20. *Osforos das propriedades*, &c. id est, Annua onera
quorundam fundorum, quæ Regiæ Coronæ sunt obno-
xia, eiqûe annum tributum pendunt, reddunt quotannis
778000 rees, id est 1945 crusat.

Hoc primum vectigalium five redditus genus efficit
quotannis 837.958.000 rees, id est 2.094.895 crusat.

Alterum reddituum genus provenit ex Almoxarifis,
quibus colligendis plura loca sunt destinata; reddunt
autem annuatim in hunc modum.

1. Almoxarifatus Pontis de Lima; sub quo compre-
henduntur tria oppida & aliquot vici, reddit quotannis
sex quentos & triginta tria mill. octingenta & sexagin-
ta septem rees, id est 15084 crusat. 267 rees.

2. Almoxarifatus Vianæ in cujus districtu sunt sex
oppida & aliquot vici: 7.594.014 rees.

3. Almoxarifatus Guimaranes in cujus districtu sunt x
oppida

oppida & inprimis Braga, & aliquot pagi : 8.679.454.1.

4. Almoxarifatus Averi in cujus districtu sunt xxix oppida ; 7.777.816.1.

5. Almoxarifatus Porto in cujus districtu sunt tres 11.000.483 rees.

6. Almoxarifatus Civitatis Viseo in cujus districtu sunt undecim oppid. &c. 4.464.880 rees.

7. Almoxarifatus civitatis Lamego, in cujus districtu sunt xiv oppida & plures vici , reddit quotannis 5.261.070 rees.

8. Almoxarifatus Castellobranco in cujus districtu est antiqua civitas Idahna cū xviii oppid. 7.593.039 re.

9. Almoxarifatus oppidi Mencorvo in cujus districtu sunt novem oppida, 6.340.336 rees.

10. Almoxarifatus oppidi Pinhel in cujus districtu sunt xxx op. 6.942.872.

11. Almoxarifatus Mirandæ in cujus districtu est ci- vitas Braganca & sex oppida 7.190.194 rees.

12. Almoxarifatus Villæ Real in cujus districtu sunt tria oppid. 5.780.747.

13. Almoxarifatus civitatis Guardæ in cujus distri- ctu sunt xxiv op. 6.798.720.

14. Almoxarifatus Portalegræ civitatis , in cujus di- strictu sunt xx oppida 8.480.312 rees.

15. Almoxarifatus Conimbricæ, in cujus districtu sunt xix op. 7.573.475 re.

16. Almoxarifatus civitatis Leyriæ in cujus districtu sunt xxi op. 4.832.625.

17. Almoxarifatus Tomar , in cujus districtu sunt xlviii op. 6.726.594 re.

18. Almoxarifatus Abrantos : 4 147.451 rees.

19. Almoxarifatus oppidi Sanctarem in cujus distri- ctu sunt xv opp. 8.098.612.

20. Almoxarifatus Alenquer , in cujus districtu sunt xvii op. 6.252.692 rees.

21. Almoxarifatus Cintræ 3.443.587 rees.

22. Almoxarifatus territorii Olysiponensis , 1.300.356 rees.

23. Almoxarifatus civitas Eboræ in cujus districtu sunt xvi oppida, 10.222.741 rees.

24. Almoxarifatus Estremos in cujus districtu sunt xv opp. 6.330.393 rees.

25. Al-

25. Almoxarifatus Eluas in cujus districtu sunt XII oppida 5.468.845 rees.

26. Almoxarifatus Beræ in cujus districtu sunt XXVIII oppida 9.428.832 rees.

27. Almoxarifatus Ouriques 5.872.976.

28. Almoxarifatus Algarbiæ, in quo sunt quatuor civitates & novem oppida 9.124.390 rees.

29. Esteyrinha Faram; (id est si bene capio, Lacus aut Palus Faram) reddit quotannis 61.768 rees.

30. Almadravæ (id est piscatura Thynnorum) reddunt quotannis 14 quentos rees.

31. Almoxarifatus Setuval, in cujus districtu sunt XVII oppida 4.965.000 rees.

32. Habet præterea Rex in hisce Almoxarifatib. XII modios & 11. Alqueirostritici, pro quibus ipsi solvuntur 150.788 rees.

33. Habet & domus Trancozi, quæ reddunt 5000 re.

34. Habet & in dictis Almoxarifatibus, tritici modios bis mille ducent. hordei mille & quinquaginta, quos percipit è campestribus & palustribus quibusdam locis, in quibus derivata aqua sementem faciunt incolæ: qui annuatim reddunt 27.750.000 rees.

35. Præterea in singulis Almoxarifatibus quotannis regi cera penditur, quæ conjuncta efficit 777 Arrobas, & in argento reddit 2.722.500 rees.

Summa totalis horum reddituum ex Almoxarifatibus est 238.555.721 rees, sive 596.389 crusat.

Tertium reddituum genus percipit Rex nomine Magisteriorum ordinum militarium, tam in Regno quam provinciiis bello acquisitis.

1. Oppida Tomar & Soure, de magisterio ordinis Christi; Setuval & Alcacer de magisterio ordinis S. Iacobi; Beneventum de Magisterio Avisi in ipso regno reddunt quotannis 10.085.70 rees.

2. Duæ commendæ ad ripam Tagi Aldeagalega & Alhos vedros 1. quen r.

3. Vinum Almadæ & territorii adjacentis 700000 r.

4. Fodinæ stanni prope Viseum 400000 rees.

5. Teloneum Insulæ Maderæ tam in argento quam mille arrobus Sacchari; 26.621.000 rees.

6. Insulæ Azores, demtis tribus quentis quæ ministris regiis impenduntur, reddunt Regi quotannis 27 quentos

- quentos rees, id est 67500 crusf.
7. Insula Capo Verde cum adjacentibus insulis & terris 14 quent. id est 35000 cr.
8. Castellum Mina in Guinea 40 quentos id est 100000 crusfat.
9. Insula S. Thomæ locata est 14 quentis, id est 35000 crusfat.
10. Congo, Arda, Angola 26 quent. id est 65000 crusf.
11. India Orientalis in illis partibus quotannis reddit Regi 1.375.000 pard. five 412.500.000 rees : five 1.031.250 crusfat. Horum civitas Goa cum districtu solvit annuatim 400000 pardaos.
12. Teloneū Ormus 252000 pard. id est 75.600.000 re. five 189000 crusf.
13. Teloneum Dii 235000 pardaos, five 70.500.000 rees.
14. Reditus Bacaim sunt annuatim 125.000 pard. five 37.500.000 rees.
15. Daman reddit 62000 pard. five 18.600.000 rees.
16. Chaul 32000 pardaos, five 9.600.000 rees.
17. Cochim 2000 pardaos, five 6.000.000 rees.
18. Sofalla 40000 pardaos, five 12.000.000 rees.
19. Monbassa 10000 pard. five 3.000.000 rees.
20. Malacca 104000 pardaos, five 31.200.000 rees.
21. Maluco 50000 pardaos, five 15.000.000 rees.
22. Manre 37000 pard.
23. Ceylon 3000 pard. à tertia parte Canellæ.
24. Mangalor 3000 pard.
25. Bercelor 1000 pard.
26. Brasil reddit annuat. 54.400.000 rees : id est 136000 crusfat.
- Solvitur præterea in licitatione omnium vectigalium & tributorum pro unoquoque centenariorum unus rees; faciuntque summa XI quent. rees, quæ Rex in pios usus distribuit.
- Summa totalis horum reddituum est 637.705.570 rees.
- Quibus si adjungantur 30 quenti, quos reddunt quotannis Salinæ regni, de quibus nihil dum diximus; & trium horum capitulorum summæ in unam cogantur; efficitur summa totalis reddituum omnium Regni 1.744.219.291 rees : five 4.360.548 crusfatos & 91 rees.

Recipit itaque quotannis Rex Hispaniæ secundum calculos præcedentes.

Ex Hispania & aliis Dominiis	13.048.000 duc.
Ex Portugallia, &c.	4.364.584 crus.

17.408.548.

Quæ tribus florenis computatis in ducatos singulis efficiunt

25.225.644 flor.

His autem minime comprehenduntur quæ Rex extra ordinem è prælatorum & Cleri sui redditibus, ex Papæ indulgentia percipit; quæ quoque ingentem summam conficiunt, uti in superioribus demonstravimus.

Expensarum Regis in ipso Regno Hispaniarum ratio.

Quemadmodum Regis Hispaniarum redditus annui ingentes sunt, ita etiam immensæ sunt illius expensæ; quarum tamen ratio difficulter iniri potest; tamen hic quantum possumus, illas prosequemur.

1. Quoad familiam Regiam & aulam illius, annuatim expendit in Magnū Hospitii regalis magistrum 3000 ducat. in alios quatuor præfectos 6000 ducat. in viginti quatuor nobiles domesticos, quorum unusquisque dietim percipit sex reales, id est annuatim 4778 ducat. in decem nobiles cubiculi regii 3650 duc. in decem alios 1825 duc. & in reliquos qui aulæ inserviunt 6500 duc. aliis minoribus ministris solvuntur 2405 ducat.

Ianitoribus denique sexaginta 3180 d. omnium denique ministrorum aulæ stipendia annuat. ascendunt ad 31338 ducat.

2. In milites corporis regii custodes; in Tribunum, Legatum, signiferum, & centum Sarisphoros è nobilitate Burgundica annuatim 14200 duc.

In turmam c peditum Germanorum cum suo Tribuno & aliis ministris 7800.

In turmam c peditum Hispanor. cum suo Tribuno & aliis ministris 8380 duc.

In turmam 60 equitum 5670 duc.

In alios militares ministros 1650 duc.

In 300 nobiles familiæ Regiæ qui annuatim percipiunt singuli 40000 maravedi itaque in totum 31800 d.

Secunda

Secunda hæc expensa facit 69500 d.

3. In turmam c nobilium custodum corporis regii
cum Tribuno suo & aliis ministris 19982.

In 1. nobiles Venatores quos vocant *Monteros de gar-
da*, quorum singuli annuatim percipiunt 80 ducator. ita-
que 4000 ducat.

Puerorum nobilium præfecto & magistris quotannis
2610 duc.

Tertia hæc expensa facit 26592 d.

4. In Capellanos, aliosque ministros & Musicos om-
nis generis 12920 d.

In alios XL Capellanos, qui singuli annuatim perci-
piunt 80 duc. 3200 duc.

Quarta hæc summa efficit 16120 duc.

5. In equilis Regii administros qui magno sunt nu-
mero, & muliones; 13932 duc.

In Aucupes regios & illorum ministros 3394 duc.

Quinta hæc summa facit 17226 duc.

In totum autem expensæ quæ annuatim fiunt in auli-
cos ministros, ascendunt ad 160.776 ducat.

Et quantulam partem sumtuum, qui in aulis tanti
Principis fieri consueverunt, attigimus.

Sumtus autem qui in politicos ministros fiunt, ita se
habent.

1. In Senatores Consilii Castellæ & cæteros illius
administros 23422 duc.

2. In Senatores Consilii Arragoniæ & cæteros illius
administros 38312 ducat.

3. In Senatores & alios ministros consilii Italici
18360 duc.

4. In Senatores & reliquos administros consilii In-
dici 19715 duc.

5. In Senatores Consilii quod vocant de Hazienda
annuatim 9164 duc.

6. In Senatores & cæteros ministros consilii ordinum
militarium S. Iacobi, Calatravæ & Alcantaræ an. 9275 d.

7. In Inquisitores & omnes illius administros, inter
quos D. T. V. Y. recenset xx mille familiares, qui hære-
ticis accusandis & capiendis per totum Regnum dant
operam, & singulis tribuit pensionem annuam 80 ducat.
atque ita omnibus hisce familiaribus 1600000 duc. quæ
summa licet mihi inmodica videatur, tamen illius fide
refero;

refero ; atque ita uniuersa expensa fuerit : 1.700.686 d.

8. In Rationalium curiam & receptores aliosque administratos 35463 duc.

9. In Senatores consilii bellici & illius ministros annuatim 3676 duc.

10. In Consiliarios Cameræ ut vocant & illius ministros 1332 duc.

Sunt & plura consilia, quorum tamen ministrorum stipendia D. T. V. Y. è quo superiora hausimus, non commemorat ; qui fortasse ad maiorem summam ascendunt quam præcedentes ; superiores autem simul faciunt 1.859.405 ducat.

Et utraque summa 2.020.181 duc.

Sed ea quæ hætenus de expensis Regis Hispaniarum diximus, minuta sunt pro tanto imperio & fortasse non satis accurate subducta, sed quæ jam obiter addemus, maiora sunt :

1. In superioribus Linscotani observationibus in Regium censum relata fuerunt, redditus Regni Neapolitani 450 quenti marav. aut 1.200.000 ducat. Sed hunc maiorem quidem esse in libello de principibus Italiæ, verumtamen totum in ipso Regno impendi & interdum non sufficere, constans plerorumque opinio est : Saltem non abs re fuerit summam à Linscotano observatam in expensas denuo referre ; itaque dicimus Regem Hispaniæ in Regno Neapolitano expendere 1.200.000 ducat.

2. Ibidem dicitur, Provincias Belgii & Burgundiæ reddere 700 quentos, id est 1.866.666 ducat. alii dicunt 2.100.000. Sed utut sit, totum in hisce provinciis consumitur, itaque hic ut eundem tenorem seruem, in expensas refero 1.866.666 duc.

His accedit quod Rex quotannis in bellum Belgicum ex Hispania subministrare cogitur immensas summas, & ut uno exemplo hic utar anno 1624. In Belgium per Cambium ut vocant remissa fuerunt 2.380.000 ducati, quos hic in expensas Belgii refero.

3. Ibidem dicitur Ducatum Mediolanensem quotannis reddere 300 quentos maravedis, id est 800000 ducat. de quo redditu in libello de Principibus Italiæ diximus. Sed utut sit, totus in eodem ducatu consumitur, neque superioribus annis potuit sufficere ; itaque hic rursus in expensas refero 80000 ducat.

4. Eodem

4. Eodem anno 1624, inuenio in sumtus in classẽ faciendos expensas fuisse 1.200.000 ducat.

5. Item eodem anno in milites præfidiarios limitaneos 600000 d.

6. In familiam regis, Legatosque apud principes externos 1.180.000 duc.

Atque hæc sex expensarum capita ascendunt ad 9.846.666 ducat.

Nihil tamen hic de stipendiis ministrorum civilium & politicorum in ipsa Hispania, quæ annuatim ut supra ostendimus faciunt 1.859.405 duc.

Nihil de sumtibus quos Rex facere cogitur in Sicilia; nihil de immensis sumtibus quos sustinet in classe armanda, quæ merces ex India occidentali reducit: nihil de pensionibus quas quotannis in aula Papali, & fere in omnium Principum aulis persolvit. Sed hæc suffecerint de expensis illius, quæ Rex Hispaniarum est; nunc de expensis illius in Regno Portugalliæ & ratione Regni illius, certiora afferemus ex Nicolao de Oliveira, cujus jam supra aliquoties meminimus.

Is expensas Regni Portugalliæ ad quatuor capita revocat, quorum primo continentur expensæ quas Rex facit in Capella sua regali, in stipendiis ministrorum Iustitiæ, in tencis & juris, id est stipendiis & præmiis quæ Rex è publicis vectigalibus & portoriis elargitur nobilibus & aliis benemeritis, aliisque personis, quæ Regi inserviunt tam in Regno quam in provinciis exteris, & classibus; quorum quidem portiones singulas minutatim prosequitur & in unam summam demum colligens, ad centum septuaginta quatuor quentos & octingenta & quadraginta septem millia sexcentos & octuaginta quatuor rees dicit ascendere.

Primum igitur expensarum caput efficit 174.847.684 rees, id est 437.119 crusat. & 84 rees.

Ad secundum caput refert expensas, quas Rex facit in iuros, tencas & ordinados & in Almojarifatus Regni & aliis redditibus regiis; easque singulatim persequitur & denique in unam summam colligit centum triginta & quatuor quentos, quingenta octuaginta & unum millia & quingentos rees.

Secundum itaq; expensarum caput facit 134.581.500 rees, id est 33.6.453 cr. & 300 rees.

Ad ter-

Ad tertium caput revocat expensas, quæ à Rege annuatim fiunt in ministros publicorum vectigalium, & in ipsa loca publica, in classes regias & similia; quas expensas minutatim persequitur, & in unam summam illas colligens dicit ascendere ad quingentos & unum supra viginti quentos trecenta & novendecim millia & quinquaginta quinque rees.

Tertium ergo expensarum capitulum facit 521.319.055 rees, id est 1.304.297 crusat. & 255 rees.

Ad quartum caput revocat sumtus quos Rex facit in Africa, insulis, India Orientis, Brasilia & in summa in omnibus provinciis extra Regnum bello acquisitis; quia autem longe major reddituum Regni portio ex hisce terris hauritur, operæpretium erit expensarum rationem singulatim persequi.

1. In tres arces atque oppida quæ Rex in Africa possidet, Septam, Tanger & Marzagaon (nam in arce Argim, quia hodie ad Comitem Atougiæ pertinet, Rex nullo sustinet sumtus) Rex annuatim impendit: Septæ quidem viginti quatuor quentos; totidem Marzagaoni; & Tangeri quadraginta octo. in totum nonaginta tres quentos rees, id est 232.500 crusat.

2. In Insula Madera Rex quotannis expedit in stipendia Episcopi, Iudicum, Gubernatoris & aliorum ministrorum, novē quentos & trecenta millia rees, id est 23250 cr.
 Reditus ut supra 66552 & dim.
 Expensæ 23250

Restant Regi 43302 & dim. cr.

3. In Insulis Azorum Rex quotannis in eundem modum expendit xv quentos sexcenta & triginta mill. rees id est 39075 crusat.
 Reditus ut supra 67500
 Expensæ 39075

Restant Regi 28425 crusat.

4. In Insulis Capitis Viridis ut vocant expenduntur septem quenti rees, id est 17500 cr.
 Reditus ut supra 35000
 Expensæ 17500

Restant Regi Ayuntamiento de Madrid

17500.
 5. In

5. In Insula S. Thomæ quotannis expenduntur quinque quenti & quadringenta millia rees.

Reditus ut supra

35000

Expensæ

13500

Restant Regi

21500 crusat.

6. In Angola & vicinis regionibus expenduntur septemdecim quæti, sexaginta mil. sexcæti sexaginta sex re.

Reditus ut supra

65000

Expensæ

42651 cr. 266 rees.

Restant Regi

22348. rees 134.

7. In India Orientali reditus omnis rursus impenditur. nimirum 412.500.000 rees, five 1.031.250 crus.

8. In Brasilia omnes itidem reditus consumuntur in hunc modum

In Capitania de todos los Santos

18.541.840 rees.

In Capitan. dos Ilheos

159.053.

In Capitan. Porto Seguro

121.320.

In Capitan. Rio de Ianeyro

1.806.520.

In Capitan. Spirito Santo

6.094.040.

In Capitan. S. Vincent.

360.480.

In Vicariatu Seregippo

624.080.

In Capitan. Fernambuco

8.956.400.

In Capitan. Paraiba

2.069.381.

In Capitan. Tamaracæ

611.840.

In Capitan. Rio grande

3.518.581.

In Capitan. Seara

741.000.

In Maranhon

9.706.920.

In Castro Para

6.000.634.

59.310.089.

Nicolaus Oliveira licet diserte has summas particulatim prodatur, tamen summam colligens dicit in Brasilia expendi quotannis 54.388.295 rees, five 235.970 crusat. ubi itidem fallitur; nam tantum sunt 135.970 crus. & 295 rees.

Vniuersas autem expensas in unum colligens dicit annuatim à Rege expendi 1.455.077.299 rees; 3.636.663 cr. quæ summa licet paulo iustior sit, tamen cum particularium summarum subductione non plane convenit, sed nonnihil excedit.

Ayuntamiento de Madrid

Reditus

Reditus universi	4.360.548 crus.
Expensæ	3.636.663.

Restant Regi	632.885 crus.
--------------	---------------

Hactenus è Nic. Oliveira.

Porro Regis Hispaniæ reditus & expensas in India Orientali accurate & minutatim persequitur Eduardus Menesius Prorex, è quo hic quædam compendio delibamus.

Goa reddit quotannis Rees	70.530.853.
Ormus	51.000.000.
Dium, Bazar, Gogola	36.000.000.
Damaon arx	15.455.880.
Bazaim arx	41.520.240.
Manora & Aceri	1.403.349.
Chaul arx	9.188.760.
Onor Castrum	4.620.000.
Barcelor	120.000.
Mangalor teloneum	218.880.
Cochin vectigalia	15.000.000.
Manar castrum	4.003.800.
Seylan	900.000.
Malacca	21.600.000.
Maluco	300.000.

271.861.762.

Verum ab hac summa deducenda sunt R. 24.000.000 ratione arcium & Castellorum, quæ cum inter infideles sita sint, qui facili negotio armis inter se & cum Portugallis contendunt, non raro aditus ad loca illa impeditur & vectigalia minuuntur: atque ita vera summa omnium reddituum erit

247.861.762.

Præter hanc summam, etiam aliud tributum colligitur, in arcibus & Castellis, quæ versus Septemtrionem vergunt ab urbe Goa, atque adeo in ipsa urbe, nimirum è precio omnium mercium quæ invehuntur aut evehuntur unum pro quoque centenario; & conficit summam Rees 24.078.000 quæ summa tota impenditur eisdem arcibus instaurandis.

Expensarum autem ratio, quam idem minutatim persequitur, ascendit ad Rees

214.718.878.

Iudicium Io. Boteri de Potentia
Regis Hispaniarum.

AB Orbe condito nullum majus imperium extitit eo,
 Aquod Deus hodie Regi Catholico concessit; potissi-
 mum postquam Portugallia Castellæ fuit unita: Amplifi-
 mas enim Provincias Europæ, nobilissimasque Asiæ &
 Africæ regiones complectitur, denique Novum Orbem
 totum solus possidet sine ullo corrivali. In Europa totam
 Hispaniam possidet quæ ab annis 800 nulli uni paruerat:
 habet Belgicas provincias quæ mille milliar. Italic. am-
 bitu complectuntur; regnum Neapolitanum quod c I 3
 c c c c mill. Ducatum Mediolanensem qui pene c c c;
 Insulas Majoricam, Minoricam & Ebusam, quarum pri-
 ma c c c, secunda c L, tertia L x x x. Siciliam quæ
 I 3 c c, & denique Sardiniam quæ I 3 L x i i. In Afri-
 ca possidet longe optimum portum, quem ea Orbis pars
 habet ad mare Mediterraneum, eundemque capacissi-
 mum & maxime securum, qui propterea Marzalcabil, id
 est grandis portus appellatur; præterea Orani Melilæ
 & Pegnoni loca. Dein extra fretum Herculeum Insulas
 Canarias, quæ x i i quidem sunt, sed v i i præcipuæ,
 quarum nulla minus x c mil. ambit. Portugallicæ au-
 tem coronæ jure in eadem Africa possidet maximi mo-
 menti loca Septam & Tangerum, quæ veluti claves sunt
 Gaditani freti, & maris juxta mediterranei atque Atlan-
 tici: extra fretum autem Mazaganum: præterea in im-
 menso illo Oceano Insulas Terceras, quæ septem nume-
 ro, quarum Angra ambit x L mil. S. Michaëlis Ins. su-
 pra x c: item Portum Sanctum, & non longe inde Ma-
 deram (quæ c L x mill. circumgyrat) reginam Insula-
 rum Oceani Atlantici: Præterea Insulas capitis Viridis,
 quæ sunt septem: sub ipso Æquatore S. Thomæ insulam,
 Madera aliquanto majorem, & Sacchari supra modum
 divitem: denique patronus sive Dominus est totius oræ
 Africanæ à promontorio quod vulgo vocant d'Agüero,
 ad Guardafuense, & commerciorum omnium & naviga-
 tionum arbiter in illo Oceano, & tot tantisque insulis,
 quæ natura illic sparsit maximè è regione Castrariæ, in-
 ter promontoria Bonæ Spei & Guardafu. Sequitur Asia,
 in qua ejusdem Portugalliæ respectu, Dominus est pene
 melio-

meliorum locorum oræ illius occidentalis nimirum Ormuzii, Dii, Goæ, Malaccæ. Ormuzium autem propter situs sui opportunitatem adeo opulentum est, ut Arabes dicant, si totus orbis esset unus annulus, Ormuzium hand dubio foret illius gemma: & ad illud pertinet bona pars Arabiæ felicitis, & Baaren Regina insularum illius finis tam propter magnitudinem illius cum fertilitate soli conjunctam, frugumque varietatem, quam ob ditissimum margaritarum piscatum. Dium, Cambajæ, (ditissimæ longe provinciæ) clavis est, sicuti illius maris: ad quod Portugalli insuper possident, Daman, Bazaim & Tanaam. Goa (nequid dicam de Chaul & arcibus in Cananor, in Cochin & Colan) civitas tanti momenti est, ut Coronæ Portugallicæ tantum, quantum nullum Europæ Regnum, reddat. Possident denique fere totam oram, à Daman ad oppidum Meliapor, & omnia aut ipsorum sunt aut amicorum, præter Calicut. Zeilan amœnissima est insula totius universi, in hac obtinent arcem Columbo cum suo portu. Malacca ultima est locorum quæ Portugalli possident in Asia, & veluti clavis omnium commerciorum in Oceano hoc Orientali & infinitarum pene Insularum, quæ corpus conficiunt nequaquam minus ipsa Europa. Habent alterius, potius loca quam arcem, ad commercia exercenda in Macau cum China; in Tidor, cum Moluccis, & Banda. Stupenda autem res est, duodecim mille Lusitanos (neque enim plures numerantur in tanto terrarum mariumque intervallo) tot potentissimos Reges & populos Asiæ veluti freno coercere; & jam XC annis Oceano Atlantico, Indico, Eoo, dominari non tantum ad suam, sed & totius Christiani nominis immortalē gloriam, & sese constabilivisse in hisce provinciis. Neque dici potest illis tantum rem fuisse cum gente vili & artium bellicarum rudi, siquidem regnum Ormuzii eripuerunt Vassallo Regis Persiæ; superarunt classem Sultani Ægypti, plenam Mamalluccorum, ad Dium; defenderunt Dium adversus copias Turcarum & Guzuratorum; profligarunt aliquoties classes eorundem Turcarum in mari Erythreo; interceperunt alteram eorundem classem anno c1515 prope Ormuzium. Confluxerunt cum Rege Cambajæ, cum Principe Decan, cum Rege Calicuti, cum Rege Achen in Sumatra insula, armis & militibus Turcicis instructo. Nec minus

admirer

admiror expeditiones illorum in Cambaja Indiæ, & in toto illo Oceano & ora Asiæ, quam alii admirantur expeditiones & victorias magni Alexandri & Macedonum; eo etiam magis quia Macedonia amplitudine sua multum superat Portugalliam. Siquidem cum xix tantum navibus superarunt classē Sultani Ægypti; cum duobus millibus expugnarunt Goam; eandemque cum c l o recuperarunt; cum l o c c c expugnarunt Malaccam & aliquanto pluribus Ormuzium.

Altera pars ditionum Regis Catholici continetur Novo Orbe: in quo quum nullum habeat corrivalem, quicquid vult obtinet. Divisæ autem sunt hæ regiones in Insulas & continentem. Insularum maris septentrionalis tantus est numerus, ut hodie ignoretur (solæ Lucajæ supra quadringentas sunt, & earum aliquot ita grandes ut per se regnum satis grande possint constituere) Borichen c c c mill. longa est, lata L x. Iamaica paulo minor est; Cuba c c c leuc. longa, lata xx. Hispaniola c l o l o c mill. ambit. Continentem quod attinet, Rex Catholicus actu dominatur toti oræ, quam Florida, nova Hispania, Iucatana præcingit, & præterea immensæ illi peninsulæ meridionali ad promontorium Californiæ, atque adeo Quiviram usque; hætenus enim atque ultra Castellani novas terras lustrarunt. Novæ Hispaniæ ora quæ initium sumit à promontorio S. Helenæ & continuo orarum ductu per Panamam ad Quiviram pertinet, patet in longitudinem, quinque millia ducenta mill. quibus si mediterranea versus septentrionem adjungas, haud minus novem millibus milliar. conficiant. Peruvia dein, à Panama incipiendo, gyrat duodecim mille & sexcenta milliar. quorum tria millia ad oram Oceani, inter Matannonem & flumen de la Plata, sub Brasiliæ nomine, ad coronam Portugalliæ pertinent. Continens Novi Orbis multa regna & amplissimas provincias comprehendit; sed duo principalia veluti imperia sunt, Mexicanum & Peruvianum; quorum reges olim potentissimi & copulentiissimi fuerunt, Rex Mexicanus non succedebat jure sanguinis, sed electione; electores erant sex; eligebant autem juvenes agiles, & membris bene compositos & bello strenuos; & Regem aliquando veneno sustulerunt ob illius ignaviam. Senatus erat apud eos supremus, constans l v gradibus nobilium & ministrorum regni,

sine quorum consilio nihil magni geri fas erat. Nihil impensius curabant quam puerorum institutionem, ne quicquam majoris faciebant quam religionem & militiam. Fuit inter ipsos eximius vir Tlacaellel, tanta fortitudine & armorum scientia, ut maximam partem regni Mexicani subjugarit; animo tam excelso ut regnum oblatum constanter recusaret, dicens utilius esse Reip. ut alter quivis imperaret, & ipse illius esset minister, quam totum regni onus humeris illius imponere, qui absque regia dignitate, multo securius commodis illius incubiturus esset quam si Rex foret. Agebat Rex cum maxima majestate & magnificentia tam ædificiorum quam servitorum; extenderant Dominium suum, & una religionem suam & idioma ad unam plagam usque ad Tecuantepec ducentis ab oppido Mexico leucis, ad alteram usque ad Guatimalam, quæ abest c c c leuc. & à mari Septentrionali ad Meridionale. Verum est, nunquam potuisse debellare neque Mechuacanam, neque Tlascalam, neque Tepeacam; & inimicitias quæ inter Mexico & Tlascalam intercedebant, Hispanis aditum fecisse ad imperium Mexicanum subjugandū anno c I 5 I 5 x v i i i. Mexicani autem in has Provincias venerant divisi in septem tribus è regione Septentrionali, ubi superioribus annis detecta fuit ditissima provincia & incolis frequentissima, quam Hispani vocant Novam Mexicanam. Armorum præcipuus erat honor, & iis nobilitas quærebatur. Motezuma, qui ultimus Regum fuit, ordines aliquot Equitum constituit, quorum alii Principes, alii Leones, alii Aquilæ, alii Pardi dicebantur. His licitum erat auro argentoque ornari, gossypino panno amiciri, calceatis incedere, vasculis deauratis & pictis uti: quibus omnibus plebi & ignobilibus interdictum erat.

Imperium Peruvianum (cujus Rex dicebatur Inga) paulo grandius erat, & in summa sua amplitudine, à Paito in longitudinem patebat ad Chilen, spatium mille leucarum: in latitudinem vero ab Oceano Meridionali, ad partem Andium Orientalem centum leuc. immensitas aquarum partim fluentium partim consistentium ulterius vetabat terminos promovere.

E Nova Hispania & Peruvia trahuntur (præter merces) opes inexhaustæ auri atque argenti; quarum Peruvia communiter duas tertias partes, Nova Hispania unam tertiam

tertiam subministrat. Sed mercium longe opulentior & abundantior est Nova Hispania, quam Peruvia. Inter alia dat Cochenillam mercem maximi pretii, Anil & tergora vaccarum infinita, quorum etiam Insulæ ingentem copiam præbent, uti & Gossypii, Sacchari, cassiæ fistulæ & unionum. Inter Peruviæ thesauros duo sunt admirabiles; prior Argentifodinæ Potosianæ anno c I 5 I 5 x l v primum repertæ, è quibus tanta argenti copia hausta est, hodieque hauritur, ut quinta pars quæ Regi cedit, quadraginta annis centum & undecim milliones Pezorum superarit; (valet autem Pezum x i i i Regales & quartam partem regalis) & tamen vix duæ tertiæ quintatæ dicuntur. Purgatur hæc argentei metalli copia quinquaginta duabus machinis, super vicinum flum. extructis; & viginti duabus in valle Tarapaja, præter alias quæ à jumentis circumaguntur. Alter est, Guancavelicæ metallum, locupletissimum hydrargiri, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo detectum, è quo Rex citra ulla expensas percipit circiter quadringenta millia Pesorum.

Natura quæ tam liberaliter Peruviæ auri argentique venas concessit, nihil tale Brasiliæ indulgit; sed harum loco illi tribuit aërem ventorum clementia saluberrimum, fontes, & plurima, & grandia flumina, multas sylvas, & solum planitie & collibus peramæne distinxit; & perenni amœnitate vestivit; multisque & securis portubus dotavit. Abundat supra modum Sacchari cannis, quas Portugalli invexerunt; & magnam Sacchari copiam foras emittit.

Novi Orbis veluti appendices sunt Insulæ Philippinæ; nam si situm advertas, Asiæ pars æstimari deberent; per Novam Hispaniam vero primo fuerunt inventæ; quarum Hispani jam quadraginta subjugarunt; iisque pacifice fruuntur.

Quum itaque imperium Regis Catholici adeo amplum & spatiosum sit, ne dicam infinitum, pertractationem illius quoad potentiam illius & regimen politicum dividemus in quatuor partes: quarum prima complectetur provincias & ditiones illius in Europa, altera novum orbem: tertia ditiones secundum oram occidentalem & meridionalem Africæ dispersas; quarta denique Indicas & Asiaticas ditiones.

Real cedula de Madrid

De ditionibus Regis in Europa.

Dicimus itaque ditiones, quas Rex Hispaniæ possidet in Europa, ditissimas & copiosissimas esse omnium Europæarum: siquidem Hispania ditissima provincia est auri atque argenti, quæ quidem nota sit, & tanti momenti, ut non sine gravi causa, prima provincia continentis fuerit, de qua tam aspere contenderint inter se Carthaginenses & Romani; & in qua Gothi & Vandali postquam potissimam Romani Imperii partem pervastassent, sibi sedem figendam judicant: & Trebellius Pollio illam una cum Gallia appellat robora & nervos Imperii Romani. Et Constantinus Imperat. in divisione Imperii illam prætulit Italiæ (licet nos Itali tantopere res nostras admiremur) nam cum ipsi obtigissent, Britannia, Gallia, Hispania, Italia; tribus illis provinciis contentus hanc sponte consorti suo reliquit. In Italia porro longe pulcherrima gemma est Regnum Neapolitanum; quia natura hic veluti in compendium redeisse videtur, quicquid pulchri per totam Europam larga manu sparsit. Quid dicemus de statu Mediolanensi; possit ne Ducatus reperiri magis abundans omnibus ad vitam necessariis, frumento, oryza, animalibus, lacticiniis, vino, lino; aut plenior artificibus & commerciis; aut incolis frequentior & municipiis, aut denique opportuniore situ? Inter omnes Mediterranei maris Insulas Sicilia excellit tam amplitudine quam fertilitate. Inter omnes provincias ultramontanas, sine controversia primum sibi locum vendicant provinciæ Belgicæ, sive spectes fecunditatem soli, sive oppidorum magnificentiam, sive populorum industriam, sive denique locorum munitissimorum copiam.

Regimen & potentia.

Regimen Hispaniæ Regium est, & hodie Principem habet Philippum I V, qui regiminis sui duo veluti fundamenta judicat, religionem & iustitiam. Quarum virtutum illa quidem divinam protectionem meretur, hæc vero populi amorem; illa animos hominum frenat, hæc ligat manus, illa conservat bonum spirituale Reip. hæc

hæc pacem temporalem. Magna in hoc Regimine maturitas spectatur; omnes enim res à diversis consiliis ad id deputatis discutiuntur; quæ potius amplectuntur consilia gravia, & lenta, & Fabii potius agendi modum, quam Marcelli. Vitantur quantum fieri potest novitates & consuetudinum atque ordinum antiquorum mutationes. Quo respiciens Cardinalis IV Sanct. (qui postea fuit Papa Innocentius VIII,) solebat dicere Hispanos attentos esse ad Regimen, & in eo neutiquam errare. Hisce artibus Rex Catholicus quiete sub suo imperio continet) præterquam ubi vicinitas principum hæreticorum disturbat) nationes animis, moribus & ingeniis multum diversas, Castellanos, Arragones, Cantabros, Lusitanos, Italos, Germanos; & orbem nostrum atque novum: subditos natos & bello acquisitos, Christianos & gentiles. Rationi quoque consentaneum est, ut ditiones quæ familiæ Austriacæ obvenerunt, via quieta & pacifica, (qualis est per matrimonia & affinitates) moderate & quiete administrantur: & cum habuerint originem adeo iustam & honestam, etiam longissime oportet durare. Nam quod quidam objiciunt, Regnum hoc diu stabile esse non posse, quia ita divisum est, & longe lateque sparsum, parvi momenti est: nam præter rationes quas alibi adduximus in contrarium, etiam hæc accedit, grandia dominia magis apta esse ad defendendum se adversus causas extrinsecas suæ ruinæ; mediocria vero adversus intrinsecas.

Cæterum in Imperio ita diviso amplitudo & mediocritas conjunctæ reperiuntur. Amplitudo in toto corpore exdisjunctis membris composito: mediocritas autem in plerisque membris: quia eorum nonnulla (quemadmodum Hispania, Peruvia, & Mexicana) per se grandissima sunt, unde omnibus illis bonis gaudent quæ tam illa, quam hæc suppeditare potest, id est magnam potentiam adversus inimicos externos, & securitatem adversus corruptelas domesticas. Adde dein, omnia membra Imperii de quo loquimur viribus maritimis posse conjungi. Quia, quemadmodum Augustus Cæsar una classe quam habebat Ravennæ, & altera quæ Miseni morabatur, totum Imperium Romanum securum reddebat; ita Rex Catholicus duabus classibus, quarum unam in nostro mari, alteram in Oceano teneret, omnia Imperii sui

membra tam in Europa, quam in Novo orbe potest unire. Bonus enim Galeonum & bellicarum navium numerus, quem in illis maribus habiturus esset, non modo tutaretur oras Hispaniæ atque Americæ, & classes ultra citraque commeantes; sed & Angliam ita terreret, ut Belgium pace frui permetteret. Sed quantum ad classem maris mediterranei, ea ditioes illius unitura est, ut vires illarum perpetuo in illa sint futuræ. quemadmodum videmus Portugallos classe sua conservasse ditioes suas in Persia, Cambaja, Decan & reliqua India & gloriose conservasse jam supra nonaginta annos. Quidam viri præstantissimi in deliberationibus super hac re habitis, opposuerunt æmulationem Turcæ; atque ita ratiocinantur: si Rex ut parcat immensis sumptibus quos facit in arcibus muniendis, classem instruat centum & quinquaginta aut plurium triremium, quod ipsi facillimum factu foret; efficiet ut Turca qui hodie centum triginta aut circiter triremium classe contentus est, quo Regem superet, fabricaturus ducentas; crescet itaque in immensum Regis expensa, sine ullo potentiæ illius incremento. Hæc argutia nimis magna est; & nihil minus in rebus agendis succedit, quam nimia ingeniorum subtilitas. Neque enim sufficit Turcam velle superiorem esse in hac re, sed dispiciendum est an possit: nam licet Turca plus orarum maritimarum possideat, non propterea majorem habet numerum hominum qui rerum navalium periti sint. Nam tota ora Africæ, præter Algerium & Tripolin, non habet ullum locum, in quo par triremium aut fabricare possit aut tenere. Idem dico de Ponto Euxino, ubi nullus est locus alicujus momenti præter Cassam & Trapezuntium; idem quoque dici potest de tota fere Asiæ ora, non enim sufficit plurimum orarum habere, nisi simul habeas gentes quæ artibus nauticis delectentur, quæ labores ferre possint & tedium maritimum superare; quæ navigationibus & commerciis delectentur; quæ materie & cannabe abundant; quæ ventorum minas & horrores tempestatum non metuant; quæ audeant vitæ discrimen adire & mortem contemnere inter Scyllam atque Charybdim.

Dimidia pars Imperii Turcici non habet tot homines navales, quos possit opponere, & comparare cum solis Catalaunis, Cantabris, Lusitanis & Genuensibus: (quos

hic nomino, quia Regi Catholico magnam in classibus illius operam præstant.)

Denique Rex duabus rebus superat Turcarum Imperatorem; prima, licet Turca plures subditos habeat quam ipse, tamen quia magna ex parte Christiani sunt, non audent illis fidere contra nos: altera quod oræ maritimæ Regis magis conjunctæ sint, quam Turcæ: unde etiam vires omnes maritimæ facilius conjungi possunt. Contigit etiam classes occidentales fere semper superiores esse Orientalibus; & Septentrionales Meridionalibus; Romanas Carthaginensibus; Græcas Asiaticis. Ita Octavius Cæsar cum classe Italica profligavit Ægyptiacam; & nostro seculo Christiana, Turcicam. Ipsique Turcæ fatentur, triremes nostras, suas longe superare, & metuunt earum occursum. Quotiescunque Carolus V Imperat. classem instruebat, tot tantasque naves adunabat, ut Turca se commovere reformidaret: nam in expeditionem Algerianam 150 naves secum duxit; in Tunetanam supra sexcentas. Et Andreas Auria tantas copias in Græciam duxit, ut sine discrimine Patras & Coronem expugnaret. Sed de hisce hæc dixisse sufficiat. Nihil dixi de viribus maritimis quas Rex habet in Oceano Germanico propter rebellionem provinciarum Belgii. Alioquin quæ gens in Europa, magis navibus & navalibus sociis, quibus volupe est cum mari & tempestatibus conflictari, abundat quam Hollandia & Zelandia; aut qui portus magis frequentantur quam Rammekena, Antverpia, Amstelodamum: Nihil dicam de concursu navigationum omnis generis ad Hispalim, ubi classes è nova Hispania & Peruvia appellant, & perpetim ingens numerus nauticorum hominum exercetur: neque de Cantabrorum in rebus maritimis præstantia, qui excellentes evadunt tam in arte militari quam nautica; & pari audacia & armato hosti obviam procedunt, & Oceano sævienti. De maritimis viribus hætenus diximus: dicamus nunc pauca de terrestribus; eæ consistunt in peditatu & equitatu.

Quantum ad peditatum, qui pedites superant Germanos & Wallones? De Hispanis nihil attinet dicere, siquidem illa natio semper bellicosissima totius universi fuit æstimata. Galli domi à Romanis subjugati fuerunt intra novè annos; Hispani ad ducentos fortiter resisterunt, &

potentia atque præsentia Cæsaris Augusti opus fuit ad Cantabros perdomandos. Hispani patriam suam armis è manibus Maurorum liberarunt; & haud citius hisce periculis defuncti fuerant, quam impetum in Africam verterunt, & loca maximi momenti interceperunt; Dein Portugalli Mauritaniam infestarunt, & oræ Guineæ frenum imposuerunt, simul & Æthiopiarum, & Castrorum provincis; subjugarunt Indiam, Malaccam & Insulas Moluccas. Et Castiliani mare Atlanticum classibus prementes Novi Orbis compotes facti sunt, ubi tanta sunt Regna, tot populi moribus linguisque diversi; & denique Francos è Regno Neapolitano & Ducatu Mediolanensi expulerunt. Virtus Hispanorum in sagacitate consistit, siquidem nulla gens melius novit quid obsit quidque prosit in bellis; in diligentia, siquidem nullam occasionem prætermittunt; quavis utuntur: in concordia, hætenus enim inauditum, eos extra regnum inter se venisse ad manus: denique in tolerantia famis, sitis, caloris juxta atque frigoris, inopiæ & discriminum, qua omnes omnino nationes præcellunt. Hisce virtutibus præclaros ab hostibus triumphos reportarunt: & licet interdum fuerint victi, ut plurimum victores rursus superarunt, uti contigit ad Ravennam; & nunquam cladem aliqujus momenti acceperunt; licet satis graviter perculsi fuerint à fortuna ad Algerium, & Angliam. Et tria aut quatuor millia Hispanorum nostro ævo nobilissimam Germaniæ partem sursum atque deorsum egerunt, & ultro citroque per medium inimicorum sibi viam aperuerunt. De peditatu Italico, qui Hispano subest, non est necesse dicere, nota est enim militaris virtus, Marforum, Pelignorum, Hernicorum, Samnitum, Lucanorum.

Quantum ad equitatum, Hispani nobilissimam habent equorum stirpem totius Europæ; quales sunt qui vulgo Granetti dicuntur Hispanis, & qui Corsieri Neapolitanis: habent Burgundicos, qui inter Gallicos eminent; & Belgicos qui inter Germanos agmen ducunt. Apparet Naturam hanc suam gentem armare voluisse ferri metallis, in Cantabria, Guipuscoa, Molina: & ejusdem temperatura Bajonæ, Bilbili, Tolofettæ, Calatajuti; officinis armorum Mediolani, Neapoli, & Buscoducis; & annonæ copia instruere, per inexhausta granaria Apuliæ, Siciliæ, Sardinia, Argo, Castella, Andalusia, nec minus vini abund-

abundantia, per Somam, Calabriam, S. Martinum, Aya-
montem & alia loca infinita. Abundat præterea Rex Ca-
tholicus auro & argento, quibus ne nationem Hispani-
cam tot tantisque delectibus, & variis in diversas partes
expeditionibus minime exhauriat, equitatum & pedita-
tum, Italicum & Germanicum stipendiarium accipit,
quantum lubet.

Principes finitimi.

PRincipes alicujus momenti, qui cum Rege Catholico
limites conjunctos habent, sunt Veneti. Rex Franciæ,
Angliæ, & Turca. Apud Venetos jam à longo tempore,
postquam Rex Hispaniæ Mediolanensi Ducatu potitur,
res admodum quietæ fuerunt; nam Venetis magis pro-
positum est sua tutari & oppida sua bene munire, quam
aliorum acquirere. Nam cum Resp. ad pacem solummo-
do collimet, non expedit ipsi ut res in vicinia turbentur.
Rex autem Catholicus tot tantasque ditiones possidet, ut
iis contentus sit; & natio Hispanica in manibus habet
tantas expeditiones contra Turcas, Mauros, hæreticos,
infideles, in Europa, Africa, Asia, America, tantopere ne-
cessarias, tamque utiles, ut eo potius vires, irasque suas
effundat: sed & vidimus Hispanos promptissime arma
sua pro Venetis in gravissimo illorum discrimine con-
vertere, contra Bajazetem, Solimannum, Selimum II ad
Cephaloniam, Prevesam, Lepantum. Et tamen habebant,
habentque Hispani magis ad latus suum Algerium, Tu-
netum & Africam magis vicinam Hispaniæ, Siciliæ, Sar-
dinia, Balearibus, & Regno Neapolitano, quam Cyprum
aut Insulas in mari Ionio.

Quod ad Franciam attinet, ejus status hodie adeo mi-
ser est, ut sine Regis Catholici ope conservari non possit.
Quare illam protegendam suscepit, & conjungendo vi-
res suas cum auctoritate Vicarii Christi, inæstimabili
sumtu illam sustentat, quem facit tam in Languedocia,
Guienna, Provincia, Normannia, Delphinatu, Britannia,
Luteriæ Parisiorum, aliisque in locis; ut nullus sit hodie
comparationi locus. Sed quid dicam, si Francia Hispani-
æ regno uniretur? primum id quidem facilius sperari
quam confici potest; Deinde vires Franciæ impetu va-
lent; Hispanicæ cunctatione, vix aliis verbis mentem
expres-

expressero. Porro facilius est, cunctationem retundere impetum, quam contra. Nam impetus facile prævidetur, & vir constans facile illum vitat, atque eludit. In eum modum Magnus Capiteanus deductis copiis ad Barletam, & cunctatione sua ad ripas Liris fluvii (qui hodie dicitur Garigliano) Francos possessione Regni Neapolitani dejecit, & omnem recuperandi in posterum spem ademit. Iisdem artibus Antonius Leva Regem Franciscum fregit sub Ticino; & Prosper Columna copias illius à Mediolano ejecit. Fateor impetum multum valere in oppugnatione oppidorum, atque hoc modo Franci res magnas gesserunt ad Iudium, Mommedium, Caletum: sed in præliis fere victi discesserunt ad Gravelingam, S. Quintinum, ad Senas: nam in hisce plus valet ordo & ars quam furor, sicuti in illis majori usui est impetus & furor quam consilium. Licet autem Hispani a libi cunctando præclaras rem bene gerendi occasiones amiserint; tamen contra Gallos, tam in bello quam pacis negotiationibus semper optime illis cessit. Nam cum Franci natura vehementes sint, in lentitudinem Hispanorum impingentes, obtunduntur, & superantur, atque ut tædium vitent, facile pacem, licet iniquioribus conditionibus cum illis ineunt; ut notat Bodinus.

Angliam nunc videamus, Carolus V Imper. ut Flandriam à Gallorum armis securam redderet, nihil non egit ut se cum Henrico VIII Rege Angliæ arctius uniret; & dein per affinitatem cum Maria Regina nuru sua. Sed hodie res ita sunt mutatae, ut Flandria ab armis Gallicis tuta, ab Anglicis penitus conturbetur. Anglorum autem arma magis apta sunt ad sua defendenda, quam alios offendendos: ea enim conditio est Insularum alicujus momenti; cæteræ neque se defendere neque alios offendere possunt. Ita videmus Anglos nunquam quicquam præclari egisse in continente, nisi ope aliorum. Franciam infestarunt, sed auxiliis Ducis Burgundiæ auxi; per se vero, non tantum amiserunt quæ in Gallia armis acquisierant, sed terras hæreditarias, præter Caletum & Comitatum Oyensem; quæ nostro ævo Dux Guisæ intra paucos dies ipsis eripuit. Infestant hodie Belgicas provincias, sed à populis ipsis adjuti. Ita ut appareat Naturam finxisse Angliam magis aptam ad seipsam conservandam, quam regni limites promovendos per vicinarum

rum provinciarum subjugationem : vires eorum magis idoneæ sunt ad vexandum ditiones Regis Catholici, quam ad illum insigni alicui discrimini objiciendum : & vexandi opportunitas nascitur ab ipsarum amplitudine & divitiis, pluribus locis latronibus & piratis, expositis : Quare quemadmodum non est mirum Turcam, principem longe potentissimum, maria sua non posse secura reddere à duabus tribusve triremibus S. Ioannis aut S. Stephani; ita neminem mirari oportet, piratis Anglis in ingenti Oceano illo, qui ditiones Regis Hispaniæ undiquaque alluit, iter præcludi non posse : sed liquido constat, quando ventum est ad manus, iusto prælio & non piratico incurfu, classem Regis Catholici, licet navium numero inferiorem, tamen Anglicam superasse uti bis patuit sub Tercera : Nam licet prima vice Angli nullam nominis sed virium jacturam fecerint; secunda & nomen & vires amiserunt.

Novus Orbis.

TRajiciamus nunc Oceanum. Ditiones Regis Catholici in Novo Orbe tam immensæ sunt tamque potentes, ut hostes timere minime necesse sit Hispanis. omnibus locis opportunis pulcherrimas colonias locarunt, & eisdem occuparunt & fluminum ostia & portus & transitus alicujus momenti, omnesque situs ad populos in officio continendos aptos, aut annona abundantes, aut metallis divites, aut ad frenandos populos bellicosos & oppida quantivis pretii. Ad Austrum vero ab hisce ditionibus nullos habent inimicos, qui ipsos vexare aut incommodare possint, nam ab illa parte nulla insula aut continens ipsis vicina est ad aliquot millia milliar. A parte septentrionali nonnumquam infestantur à Gallis & Anglis qui eo usque excurrunt, ut nunc classes, nunc portus aggrediantur. Maximum damnum quod unquam passi sunt, anno c I 5 I 5 L x x x v i pertulerunt, quando Franciscus Dracus Anglicus pirata, oppidum S. Domini in Insula Hispaniola diripuit, & Cartaginem in continente: sed hæc audacia Anglorum Hispanis aperuit oculos, ut melius prospicerent harum regionum securitati. Quæ ab hac parte egregie à natura munitæ sunt; primū tot tantisque insulis, quæ Novam Hispaniam veluti

sepiunt & vadorum atque brevium multitudine muniant, non minus quam fluctuum varia vicissitudine, præter rapidissimum fluxum, qui per angustias Pariaë, ubi Bucca Draconis appellatur, eluctatus, Iucatanam & Cubam radit, & inter Cubam & Floridaë promontorium, tanto impetu in Oceanum relabitur, ut naves plenis velis remoretur.

Hic fluxus cum ventorum varietate conjunctus, cæteraque pericula maris, semper deterrebunt eos, qui non habent tutos portus quo se recipiunt. Præterea Rex eo naturæ beneficio utendum ratus, munitissimam arcem extruxit in Insula exigua veræ Cruci (id oppidum est Novæ Hispaniæ ad oram freti Mexicani) objecta: alteram in Havana Insula Cubæ, è regione Floridaë. Illa adimit hostibus facultatem rapidum illum æstum devitandi, hæc eodem utendi. Quin & egregiam arcem communivit juxta S. Dominici oppidum, quod ob situs sui opportunitatem ad imperium maris à natura factum videtur. Vt concludam, quemadmodum Italiæ situs à natura ad dominium maris mediterranei comparatus apparet; ita Hispaniæ ad imperium Oceani formatus. Et experientia testatur, Hispanos natura tolerantissimos esse omnium climatum varietatum, & regionum quarumcunque.

De Philippinis.

Philippinæ insulæ, ad novam Hispaniam pertinent, non quod illius, aut novi orbis limitibus contineantur; sed quia primum anno c l o l o l x i v mandato Ludovici Velasçii; Novæ Hispaniæ tunc Proregis à Michaële Lopezio de Legaspe fuerunt inventæ. Dictæ autem sunt Philippinæ in honorem Philippi Hispaniar. R. cuius felicibus auspiciis primum lustrari cœperunt. In Oceano illo immenso qui inter novam Hispaniam & Samartram producitur, circa undecim millia Insularum variae magnitudinis spargi opinantur: licet autem Hispani omnes uno Philippinarum nomine designent, tamen id nomen magis proprium est Septemtrionalioribus; quarum quadraginta hætenus subjugarunt, cum milione incolarum. Principalis appellatur Luzon, longa quidè supra c c leuc. sed satis arcta. Hic perpulchrum oppidum condiderunt juxta ostium vasti fluminis, quod vocant Manillam: à duabus

duobus lateribus mari cingitur & flumine; ubi autem flumen in mare egreditur, ab una parte turrem munitam, ab altera castellum fabricarunt, quod primum lignis & cespitibus septum erat, nunc autem muro è lapide & cemento. Maxima insularum est Vendenao: famosissima Tandaja, quæ quia prima detecta, per excellentiam Philippina vocatur. Inter alias ibidem est Cebe ubi Magallanes diem suum obiit; capit ambitu suo $\times 1$ leuc. sitaque est \times grad. ab æquatore. Hæ uti & vicinæ insulæ abundant auri metallis, & annona; Vendenao insuper Canella, cujus copia ad novam Hispaniam traducitur atque adeo in ipsam Hispaniam. Superiore anno præcepit Rex Catholicus, ut armenta è Nova Hispania huc transveherentur atque etiam equi & jumenta.

Hispani qui has regiones subjugarunt hodieq; tenent, numero sunt mille sexcenti; inter quos non sunt supra nongentos milites. Locis idoneis arces ab ipsis constructæ, maxime in Luzon Panai & Cobu; tenentque hic aliquot triremes & liburnicas. In oppido Manilla commoratur Episcopus cum octodecim Ecclesiasticis, & Patribus S. Augustini & Societatis Iesu; quorum labore & diligentia circiter trecenta millia animarum ad fidem Christianam perducta sunt. Maximum impedimentum conversioni illorum adfert conjugum multitudo, quas secundum communem omnium paganorum consuetudinem hi populi ducunt. Sunt autem hæ ditiones longe majoris momenti quam vulgo æstimantur. Nam præter alimentorum & auri abundantiam quod hic reperitur, opportune admodum sitæ sunt ad vicinas insulas subjungandas, & Moluccas tutandas, & commercia in toto illo Archipelago exercenda; atque etiam inter Chinam & Novam Hispaniam: quæ res omnes sunt magni momenti. Longe autem maximum est, quod hinc cœperunt veluti freno cohibere Mahumetanorum conatus, qui sensim se patronos harum insularum & oræ Asiaticæ constituere satagebant: multo autem facilius est Castellanis è Nova Hispania & Peruvia ad has insulas accessus, quam Arabibus è suis Provinciis: nam præterquam quod viribus superiores sint, aliquando navis à Peruvia duorum mensium spatio Philippinas adnavigavit (minus autem intervallum est ab Acapulco aut Xalasco) cum ex Arabia vix senis mensibus id præstiteris. Non quod illa his vicinior

vicinior sit quam hæc, sed quia venti universales magis favent Castellanis quam Mahumetanis; & Castellani recta linea procedunt, Mahumetani curva: præterea illi iter unico ductu absolvunt, hi vario, quia ad promontorium Comorinum æstivum tempus ipsis mutatur in hibernium, idemque pene postea accidit juxta Malaccam, ubi venti secundi ipsis expectandi sunt, quos vulgo Monzones vocant.

Ad hæc Castellani semper vento secundo & in mari pacifico navigant; Arabes contra in Archipelago, ubi propter Insularum frequentiam, mille periculosis æstibus, & improvisis ventorum varietatibus, & latronibus atque facinorosis hominibus expositi sunt. His accedit, ut quemadmodum Castellanorum nomen non parum Portugallis ob vicinitatem opitulatur; ita horum virtus egregiam Castellanis vicem rependat: utrique autem conjuncti, nihil non in illo mari efficient. Quod Chineses animadvertentes, cavent sibi studiose, & viciniam atque arma Christianorum suspecta habent.

Portugallia.

DIcamus porro de ditionibus, quæ ad Regem Catholicum spectant ratione Coronæ Portugallicæ. Id regnum cccxx in longitudine, lx mill. in latitudine patens, licet neque amplo agro, neque magnis divitiis per se cluat: tamen situ gaudet commodo ad navigationes & opportunissimo ad longinquas regiones subjugandas: & incolitur à gente tanti animi ut expeditiones susceperit in Barbariam, Æthiopiam, Indiam, Brasiliam, & jam xc annis præcipuis oppidis & portubus harum regionum potiatur; & mari tam Atlantico quam Eoo dominetur. Sed antequam pergamus, pauca nobis dicenda sunt de Insulis Terceiris, quæ itidem ad hanc Coronam spectant; Hæ sane ratione situs sui, tanti sunt momenti tamque necessariae, ut absque illis navigatio in Æthiopiam, Indiam, Brasiliam non tam feliciter institui possit. Quia classes quæ ab illis regionibus redeunt Hispalim aut Olisiponem, vix vitare possunt quin illas attingant; occidente tenus venientes ut ventos secundos sequantur, ab oriente vero ut eosdem rimentur. Nostro ævo famam meruerunt, primo, ob pertinaciam habitantium in

Rege

Rege Catholico à successione regni Portugall. arcendo :
deinde propter victorias quas Hispani juxta illas obti-
nuerunt contra Gallos atque Anglos.

De ditionibus in Africa atque Æthiopia.

Porro Portugalliæ respectu possidet Rex Catholicus
ad oram Africæ, præter Septam & Tanger intra fre-
tum Herculeum, & Magazan extra ipsum viginti mill.
ab Arzilla versus meridiem, à Promontorio d'Agüero ad
Guardafu, ditiones duorum generum, nam aliæ imme-
diate ipsi subsunt, aliæ ipsius confederatis. Subsunt ipsi
Insulæ Madera, Portus Sanctus, Capitis Viridis, Arguin,
Sancti Thomæ & vicinæ. Hæ insulæ non modo sua se
annona alunt, sed & copiam illius in Europam emittunt;
maxime Saccharum & fructus, quibus maxime abundat
(sicuti & vino) Madera; Sacchari autem magna vi Insula
S. Thomæ. Hæ ditiones non nisi à piratis Anglis & Gal-
lis infestantur, qui tamen raro Insulas Cap. Viridis ex-
cedunt. In Insula Arguin, & S. Georgii de Mina duas
factorias habent Portugalli, ad modum arcium, unde
commercia exercent cum vicinis gentibus, Guineæ at-
que Lybiæ, & aurum Mandingæ, & vicinorum locorum
attrahunt ad se. Inter principes confederatos opulen-
tissimus & nobilissimus est Rex Congo, siquidem unum
è copiosissimis & amænissimis Æthiopiæ Regnis possi-
det. Portugalli hic duas habent colonias, unam in oppi-
do S. Salvatoris, alteram in Insula Loanda. Ex hoc regno
varias opes hauriunt; inprimis autem circiter quinque
millia mancipiorum quotannis, quæ per insulas & in
Novo Orbe disparguntur; & pro singulis capitibus, am-
plum vectigal coronæ Portugalliæ penditur.

Ab Regno hoc haud difficile fuerit ad Presbyterum
Ioannem transire, siquidem iter haud ita longum cense-
tur; & Congo ita abundat elephantis, annona & omni-
bus rebus necessariis, ut summam ad hanc expeditionem
offerat opportunitatem. Congæ finitima est Angola, cum
cujus Principe Paulus Diasius Portugallorum Dux hodie
bellum gerit; causa belli principalis sunt argenti metal-
la, quæ Potofianis nequaquam cedunt; quinimo tantun-
dem superant, quantum argentum perfectum præstat
impuro. Et si Portugalli tantum fecissent viciniore regio-
nes

nes quanti longinquas, & vires, quibus superato Bonæ Spei promontorio ad Indiam, Malaccam, & Moluccas penetrarunt, ad Africam domandam convertissent, minori opera & sumptu, majores opes fuissent adepti: neque enim in universo orbe regio est opulentior auro atque argento, quam Regna Mandingæ, Æthiopiæ, Congo, Angolæ, Butuæ, Toroæ, Maticui, Bori, Quiticui, Monomotapæ, Gafrariæ, & Monoemugi. Sed cupiditas humana majoris facit aliena quam sua; & longinqua magis allubescunt, majora apparent esse quam propinqua. Inter promontorium Bonæ Spei & Guardafu habent Portugalli, arces Sofalæ & Mozambici. Illa Domini sunt commerciorum cum vicinis regionibus, quæ auro atque ebore abundant: hanc navigationem in India faciliorem faciunt, nam classes illorum, aliquando hic hybernant, aliquando annonam aliaque necessaria sibi comparant. Habent ad hanc oram Regem Melindæ sibi amicissimum; Quiloæ autem & quarundam Insularum etiam vectigalem. Nihil Portugallis deest, nisi milites; nam præter alias insulas, quas aliis veluti relinquunt, est hic S. Laurentii Insula, è majoribus, si non maxima totius orbis (quippe mille ducenta mill. longa, quadringenta octuaginta lata) quæ licet non sit bene culta, capacissima tamen est ob fecunditatem suam, cujusvis culturæ: natura illam fluminibus, portibus, & sinibus opportunissimis distinxit. Hæ ditiones Coronæ Portugallicæ, non habent quod metuant nisi à copiis maritimis, quæ non possunt esse nisi Turcarum: Sed classes Portugallorum quæ ultra citraque commeant secundum has oras, illas satis tutantur; & anno c I 5 I 5 I x x x i x haud longe à Monbazza quatuor triremes & unam liburnicam Turcis eripuerunt, quæ eatenus excurrere apud fuerant.

De ditionibus in Asia.

HÆ divisæ sunt, aut in Persia, aut Cambaja, aut India citiore & ulteriore. In Persia possident Portugalli Regnum Ormuzii, in Cambaja Insulam Dium, Daman & Bazain. In India citiore Chaul, Insulam Goæ cum adjacentibus, arces Cochin, Colan; Insulam Manaris & portum Columbi in Insula Ceilon; sed principalis est Goa ubi Prorex manet & Indiæ robur. Ormuzium &
Dium

Dium magni merito fiunt ob dominium maris & commercia sinus Persici, & freti Cambaici: Cochini & Colani ob piperis copiam quæ ibidem in naves imponitur. Manar propter margaritarum piscaturam quæ in illo mari exercetur. Columbo ob excellentiam & copiam Cannelæ quæ ex hac Insula educitur: Damani & Bazain propter agri fecunditatem: quare Ioannes III Portugalli. R. hic veteranis suis prædia solebat assignare. Goa longe maximi momenti est ob opportunitatem situs & agri sui fecunditatem. Abundant omnes hæ Indorum regiones gossypio, palmis (quibus vel maxime indigenæ se sustentant) oryza, fructibus, pipere & zinzibere.

Habet præterea Rex Catholicus aliquot principes amicos, alios etiam vectigales: inter amicos primus & ditissimus est Cochini princeps: hic antea Vassallus fuit Regis Calecuti, nec admodum potens, hodie per amicitiam & commercia cum Portugallis, tantas opes, potentiamque sibi comparavit ut vicinis suis terrori sit. Rex Colan quoque amicus est; in utriusque regno castella habet Rex alicujus momenti. Sunt præterea diversi principes vectigales.

Vires.

Potentia Portugallicorum in hisce ditionibus, è duabus rebus constat; locorum munitissimo situ, & numero atque præstantia classium. Ad situm quod attinet, Portugalli minime ignari se tam exiguo numero, intra continentem expeditiones magni momenti suscipere non posse, nec viribus pares esse Persis, Guzaratis, principi Decani, Regi Narsingæ & aliis, ejusmodi situs sibi elegerunt, quibus mari possent dominari & commerciis, & qui cum exiguis copiis adversus grandissimos exercitus possent defendi. Cumque maris & portuum Domini sint, tantas vires maritimas commodissime coadunare possunt, ut nemo ipsis valeat resistere, & navigia eorum talia sunt, atque in eum modum instructa, ut unum illorum tria aut quatuor alterius sortis minime pertimescat. Et ut pauca adseramus, è quibus potentia illorum in India liqueat, Franciscus Almeida cum XXI aut paulo pluribus navibus, Mamaluccos ad Diu superavit; Alfonsus Albuquerque triginta onerariarum classe Calicut oppugnavit;

cum

cum **xxi** cepit Goam : cum **xxxiv** amissam recupera-
vit ; cum **xxi** **iii** navibus cepit Malaccam ; cum **xx** mare
Erythræum est ingressus ; cum **xxi** Ormuzium recepit.
Inde semper in majus proficientes ; Lupus Suarez ad
expeditionem in mare Erythræum **xxxvii** majora na-
vigia duxit. Lupus Sigueira cum **xxiv** onerariis , sed
majore , quam unquam hominum numero, Guiddam in
mari Rubro tentavit, cum **xlviii** Dium : Henricus Me-
nesius cum **i** Patanen diripuit : Lupus Vazius Sampajus
cxv **vi** navigia bellica in armamentario reliquit, omni-
bus rebus probe instructa : Nonnius Acugica expeditio-
nem Diensem cum **ccc** navibus suscepit , quibus tria
millia Portugallorum & quinque millia Indorum vehe-
bantur , præter magnum satellitum armatorum nume-
rum , quos secum ducere consuevere. D. Constantinus
Braganza in Onorensi expeditione c vela habuit ; nec
pauciora in Ionesepatanensi.

Principes Finitimi.

PRÆTER Principes amicos & veltigales sive tributa-
rios , hæ ditiones limites jungunt cum potentissimis
inimicis ; nam Rex Persiæ jus prætendit in Ormuzium ,
quondam sui Vasalli proprium. Rex Cambajæ in Dium ,
suam quondam Insulam , & alias terras quondam ipsius.
Nizzamaluccus & Idalcanus (ita vocant Portugalli duos
potentissimos principes regni Decan) & Calecuti Rex ,
& Narsingæ : sed Rex Persiæ & Narsingæ nunquam se
Portugallis opposuerunt ; quia semper ipsis res fuit cum
longe majoribus inimicis : reliqui licet omnes nervos
intenderint ad recuperandum Dium, Chaul & Goam vi-
cinaque loca, nihil unquā magni potuerunt efficere ; quia
fitus locorum nimis opportunus est ad subsidia maritima
recipienda. Et licet ut subsidia illa excluderent, plerum-
que hybernis mensibus moverunt, nihil profecerunt ;
quia & navigiorum qualitas , & Portugallorum ferocia
omnia pericula contempsit ; ut dum oblessi obdurant &
patienter omnia tolerant, alii autem, ut suis opitulentur
ventorum tempestatibus & maris incommodis fortiter
se exponunt , omnes inimicorum molitiones subverte-
runt. Verum nullum graviorem inimicum habent Por-
tugalli quam Turcas , qui è mari rubro , ob opportuni-
tatem

tatem op
à Rege C
citati , su
quam mi
ram iter
destinavi
In Ceyla
nam Rex
jectus fui
hodie ex

IN Indi
ignum d
quod par
colis infr
præter ip
mercia ,
mari rub
hic coacc
que Insu
concedun
pra tria r
galli ut f
contraxe
patet. D
Achen , i
mis ; à c
fuit ; sed
liberata
Rex Ior
cæ ab ip
ta fuerun
nus hæc
qui omne
tit. Vud
licus Ma
summa p
vit, expe
Super
commer

tatem oppidi Adenis, sæpius illos ex India pellere, nunc à Rege Cambajæ invitati, nunc à propria ambitione incitati, sunt conati. Maxima classis fuit LXIV navium quam misit ad Dium; sed turpiter in fugam acta. Alteram item XXVI navium ad expeditionem Ormuzianam destinavit, quæ fere tota oppressa fuit & conquassata. In Ceylan certe nihil habent præter arcem Columbo; nam Rex qui ibidem ipsorum vectigalis erat, Regno ejectus fuit à Singa Pandar Mahumetano: unde hic Rex hodie exul, Portugallorum opibus sustentatur.

De India Vltiore.

IN India Vltiore possident Portugalli Malaccæ Regnum & Insulas Moluccas. Malacca caput est Regni quod patet CCLXX mill. sed ob aëris insalubritatem incolis infrequens, nullum ibi oppidum alicujus momenti præter ipsam civitatem. Quæ ita sita est, ut omnia commercia, omnesque navigationes conjungat, quæ inde à mari rubro ad promontorium Liampo suscipiuntur: & hic coacervantur divitiæ continentis, & tot tantarumque Insularum, quæ amplitudine sua Europæ minime concedunt. Fuit Malacca aliquando longe major, & supra tria mill. secundum oram extensa, sed hodie Portugalli ut facilius defendi posset, illam in munimentum contraxerunt, quod non ultra unum milliare in ambitu patet. Duos habet potentissimos inimicos Reges Ior & Achen, illum terretribus copiis validum, hunc maritimis; à quibus non semel obsessa & in arctum redacta fuit; sed semper à ab iis qui ex India suppetias tulerunt, liberata cum strage & excidio inimicorum. Tandem Rex Ior susus fuit à Paulo Lima, & arx in vicinia Malaccæ ab ipso extructa, capta; in qua inter alia spolia inventa fuerunt nongenta ænea tormenta bellica. Nihilominus hæc ditio plurimum periclitatur, ob Regem Achen, qui omnem suam potentiam ad illius perniciem convertit. Unde ut illam in tuto collocet, creditur Rex Catholicus Matthiæ Albuquerque, quem ante biennium cum summa potestate, & maximis copiis in Indiam ablegavit, expeditionem Achenensem imperasse.

Supereft Regnum Moluccarum, in quo Portugalli ut commercium carophyllorum, quæ in hisce insulis crescunt,

crescunt, & nucum muscataram, quæ Bandæ insulæ peculiare sunt, sibi conservarent, arcem in Insula Ternate construxerunt, quæ superioribus annis auxilii spe destituta, Mahometanis dedita fuit. Nihilò tamen secius Portugalli ad Insulam Tydor se recipientes, commercium cariophyllorum hætenus tuentur. Nulla est in Orbe regio, cujus incolæ compositi sint ex pluribus nationibus, nec magis diversis inter se moribus & linguis; nec magis instabilibus, fraudulentis, perfidis: Vnde hic nulla unquam pax, nec quies, nec quicquam boni.

Iudicia aliorum & simul Censura iudicii præcedentis.

AVdisti Lector Iudicium summi Viri *Io. Boteri* de potentia Regis Hispaniarum, sed quod hominem decuit obnoxium; nam ut illa præteream, quæ fortassis tum vera fuere cum illa scriberet; & in viribus & potentia illius extollenda, & in finitimis Regibus & provinciis deprimendis nimius est; atque in utroque immodicus. Puto mihi cum bona illius venia licere, non modo iudicia aliorum multum ab ipsius iudicio diversa hic adtexere, sed & planius rerum quarundam veritatem explicare; inprimis autem monere, in quibus superioribus annis & postquam ille commentarium suum edidit, insignis mutatio facta est.

Ditionum omnium, quas Rex Hispaniæ quocunque jure possidet, supra non modo catalogum, sed & qualemcunque descriptionem præmisimus, in qua nihil consulto elevavimus, sed præcipue Hispanorum & Portugalloorum fidem secuti sumus: nihil in hac parte à *Botero* discrepo: nisi quod proxime superioribus annis aut loca aliquot amissa, aut census illorum multum imminutus fuit.

Vrget *Boterus*, amplitudinem & immensitatem Regni in tot partes divisi & per totum pene orbem sparsi, nihil obesse illius firmitudini & stabilitati; alios hic iudices audiamus non minus notæ prudentiæ & probitatis.

Magnus ille *Colinus* apud *Thuanum* lib. LI ad Regem Galliæ ita scribit. Cum solenne sit Hispanis ditio-
nes Regi suo subiectas in provinciæ formam redigere,
crebras

crebras arces ubique ædificare, easque validis præfidiis firmare, coguntur vires suas pluribus locis distractas habere, in Sicilia, in Africa, Neapolitano Regno, Insubribus & in Belgio, ubi in solo limite Galliam spectante viginti septem præfidia magnis sumptibus alere necesse habent, & post pauca. Quod si Philippum maritimis prævalere contra nos opibus quis dicat, huic responsum esto, nos non in Italia bellum gerere, in qua illum classe potentissimum nemo inficiatur, sed in Oceano, in quo non triremibus sed navigiis rotundis certatur: & in quo proinde non eadem opes, non vires, non eadem rerum navalium peritia in Hispanis conspicitur & laudatur: nam Anglos, Scotos atque adeo Belgas & Batavos, quibus cum illis res est, Hispanis præstare in eo mari, nemo est qui dubitet.

Huic accedit Noalii iudicium apud eundem *Thuan. lib. LXXXI*, ubi ita Regi loquitur: Hostiles vires quales sint, quandoquidem multi eas tantopere ad terrorem extollunt, operæ pretium est diligentius considerare: quæ multitudine ditionum & titulorum amplitudine eas metiuntur, næ ignaris rerum metum incutere possunt: verum illa ipsa amplitudo, robur ejus minuit, cum disjunctis tot locorum intervallo regnis, quæ omnia fere validis Hispanorum præfidiis tenet, separatas habere vires cogatur.

Sed Gallorum fortasse uti insensorum iudicium apud multos levius fuerit, itaque Italos audiamus: prodiit anno *c l o c x v* libellus sub titulo *Pierra del Paragone Politico*; sub nomine *Trajani Boccalini*: verus an fides auctor sit non jam quæro: In eo lepide fingitur in curia *Parnassica Apollinis* omnia regna Europæ in statera à *Laurentio Medices Florentino* fuisse appensa: Regnum autem Hispaniæ cum summa antiquorum admiratione, qui exiguam illius originem meminere, ad pondus *xx* millionum ascendisse. Hispanos vero sperasse aliorum regnorum supplemento, pondus Hispaniæ superaturum aut saltem æquaturum pondus monarchiæ Gallicæ, quod fuerat millionum viginti & quinque; itaque quantocius ad lancem adjunxisset regnum Neapolitanum nihil dubitantes ad minimum duas milliones ad pondus accessuras: sed contra evenit, nam statera millionem unam & dimidiam declinavit: hic Hispani indignati de *Laurentio* queri instituerunt,

terunt, & stateræ fidem in dubium vocare; verum ille prudenter respondit, stateram esse justam, sed non ag-
gravare illam Neapolitanos & Mediolanenses tam dis-
junctos à potentia Hispaniæ ditiones plenas populis, qui
iniquissimo animo ferant dominationem extraneorum,
uti nec Indias incolis pene vacuas. Sed obsequium &
multitudinem subditorum, fecunditatem & conjunctio-
nem ditionum demum grave pondus addere & lancem
inclinare. Narrat deinde Hispanos etiam addidisse du-
catum Mediolanensem, sed & hic lancem millione una
leviorem esse repertam: Hispanos porro graviter com-
motos non ausos fuisse adjungere Belgium, ne gravius
dedecus incurrerent. Fuisse denique qui dicerent si In-
dias adderent, forte rem melius processuram esse, sed
non ea miracula addenda esse quæ quidam largis buccis
effutiunt, qui tanta levitate de millionibus coronatorum
ratiocinantur; quanta singularii de tegulis & laterculis.

Quid multa, prudentiores quique judicant Regnum
Hispaniarum jam dudum mole sua laborare.

Sed jam remedium videamus quod Boterus huic in-
commodo paravit, duabus validis classibus membra tan-
tis spatiis & locorum intervallis disjuncta probe uniri
& in officio retineri posse judicat. Verum primo, ut fa-
cile admiserim, ditiones omnes quas Rex intra Mediter-
ranei maris limites possidet, una, eaque valida classe
conjungi & conservari posse: quis vel paulo gnarior re-
rum maritimarum, Oceani Atlantici, Indici, Eoi, Austr-
alis, & Septentrionalis Dominium vel acquiri vel conser-
vari posse una classe crediderit? Deinde qui satis norit
quid ad classes instruendas requiratur, & Hispaniam
multarum rerum necessariarum ad naves & nautica in-
strumenta pene inopem esse, quomodo crediturus est
Hispanum tot classibus instruendis parem esse posse. Ad-
de solos Batavos (ut de Anglis jam nihil dicam, quos ma-
ritimis rebus Hispano multum præstare nemo facile in-
ficias ierit) cum quibus ipsi res est in utraque India, plu-
res naves instruere posse uno mense, quam ipse senis, aut
fortasse vix unquam posset. Nec hoc diffitetur Boterus,
sed obiter Hollandiæ Zelandiæque mentione facta, un-
guem ab hoc ulcere abstinet.

De terrestribus copiis porro videamus: Hispanos (in-
quit Colinius jam supra me citatus) homines strenuos
haud

haud infior, sed raros & in provinciis minime populosos natos, ut nunquam Carolus V, cum plurimos habuit, plures vixit & peditum, & equitibus in castris habuisse dicatur: & nobilitas in Hispania, cum non nisi ex conventionem privilegiis suis firmata pro provinciarum suarum defensione Regibus militet, raro Pyrenæum transcendit. Quod si quando major numerus in Hispania conscribatur, ex rusticis & tironibus fere constat & ejusmodi hominibus, quales nuper Medinæ-cæli Dux secum in Belgium advexit, qui armorum rudes ad primum certamen fere universi deleti sunt. De exteris quid dicam, quorum fides tantisper durat, quandiu stipendia bene procedunt; quanquam quicquid de summo illo Hispanorum erga principem obsequio dicatur, non desunt hoc nostro & superiori seculo exempla, Hispanos ob non soluta stipendia tumultuantes res Principis sui graviter afflixisse & in summum discrimen adduxisse.

Iam vero satis constat Ærarium Regis penitus exhaustum esse, idque jam à multis annis; unde & fidem mercenariorum militum labascere necesse est: sed de hoc paulo post plura dicemus; nunc eo regredientes, unde paulo digressi sumus, dicimus immensum hoc Hispanicæ Monarchiæ corpus admodum debile esse & gravissime laborare. Ut singula illius membra compendio lustremus, sequemur hunc ordinem; Hispaniam similem esse existimo magno alicui homini, cujus corporis moles præter naturalem modum excrevit; aut corpori humano, quod supra ætatis modum eam proceritatem jam adeptum est in juventute, ad quam ne pervenire quidem debet perfecta jam ætate: uti lepide de Hispania ludit idem qui supra Boccalinus. Hujus autem corporis caput Hispania est, prout hodie particularia omnia Regna complectitur; satis quidem grande fateor, sed, si cum cæterorum membrorum mole compares, non nihil deforme & impar, qui fere hodie totum hoc corpus nutrit, India est occidentalis; nam ut postea ex ipsorum Hispanorum confessione audiemus, illa hodie fere sola ærario Regio subsidia subministrat. Hunc novum orbem, inquit Boterus, sine ullo rivali possidet Rex Catholicus; Itemque ditiones Regis Catholici in novo orbe tam immensæ sunt, tam potentes, ut hostestimere minime necesse sit. Sed quantum in hac parte fallatur

Boterus, paucis faciam manifestum. Primo habet Rex Hispaniæ æmulos & rivales in hac parte potentissimos Europæ Principes, qui re maritima non minus possunt, quam ipse, Gallos Anglosque; qui ne jure quidem primæ lustrationis in quibusdam partibus ipsi concedunt. Habet & Belgas, qui quid in hac parte possint efficere, jam aliquoties nuperrime demonstrarunt: quid futurum censes, si Angli, quemadmodum olim, nunc rursus manū admoverint? Secundo ditiones hæ neque singulæ per se satis validæ & ita longis terrarum spatiis à se invicem sunt discretæ, ut mutuo sibi auxilio esse non possint. Tercio neque intus metu vacare possunt, quæ domi quidem in variis provinciis crudelissimos hostes barbaros imminentes habeant; & à quibus non raro gravia damna patiuntur: in Nova Hispania Chichimecas & alios ejusdem immanitatis barbaros, qui & itinera ipsis infesta reddunt, & agros pagosque devastant: in Brasilia non unam nationem crudelissimorum Antropophagorum, in Chilensi provincia, barbaros libertatis suæ amantissimos, bellicosos, strenuos & ne artium quidem militarium rudes. Atque hæc quidem à Barbaris ipsi metuenda sunt; quid si obsequium eorum erga Regem vacillet? non desunt exempla; neque manifestæ occultæque causæ, quæ hodie paria possent efficere; inprimis hoc sis vide, quanta jam copia hybridarum (quos mestecos vocant, è barbaris & Hispanis prognatos) hic numeretur; quanta nigritarum, qui non nullibi ipsos Hispanos superant, de quorum fide Regem semper sollicitum esse necesse est. Quarto adversus externos hostes, quomodo hæ ditiones tutæ esse possint, quæ tam immenso orarum spatio Oceano utrique protenduntur; ita ut totam Hispaniam incolis exhaurire necesse fuerit, ut vel dimidiam partem orarum occupes. Sed Hispani (inquit Boterus,) omnibus locis opportunis optimas colonias fundarunt. Quantum in hoc fallatur, ex descriptione harum ditionum adverti potest: Nam præter Habanam, Carthaginem, Pernambucum & pauca alia loca, quæ superioribus annis Rex communiri curavit, quid usquam validum est in toto orarum ductu; quid non omnibus quibus maritimæ sunt copiæ, expositum? A Meridionali parte nullum, inquit idem, hostem habent quem metuant, at metuunt Chileses neque immerito, et metuerunt omnes qui classibus in mare

mare illud pacificum jam aliquoties penetrarunt, & jam adhuc amplius metuunt, postquam præter fretum Magellanicum, apertior & facilior aditus à nostratibus fuit inventus. Cætera quæ Boterus ad securitatem harum ditionum demonstrandam accumulatur, Insularum objectarum magnitudinem & multitudinem; vadorum breviumque incerta; æstus, qui se per Bahaniæ canalem eurgitat, rapidum cursum, & similia, næ ille opera sua egregie abutitur, nam hæc ipsa Insularum multitudo facit ut exteri commodius latere, aquare, lignare, & è propinquo nunc hic nunc illic colonias Hispanorum invadere, naves ultro citroque commeantes capere & diripere possint: nec vadorum breviumque incerta illis minus nota & vitatu facilia, quam ipsis Hispanis: nec portus deesse possunt, cum vix centesimam eorum partem aut communierint Hispani, aut coloniis ac juxta positis aliis accessu difficiles reddiderint: nam ut cætera taceam, vix quatuor aut quinque ab ipsa Habana leucis portus à nostris aditi, & frendentibus licet Hispanis necessaria omnia accepta, aqua, ligna cætera. Possem nunc è contrario ostendere in universo Hispanicæ Monarchiæ corpore, siquidem Principes aliquot, quibus opibus hisce Indicis negotium faceffit, operas suas ad hoc velint conjungere, nihil debilius esse, nihil quod facilius subverti possit, quam hunc statum Indiæ; sed illud jam non ago, & malo Anglos, nostratesque ipsa opera ostendere; verum esse quod dico, quam me laborando id rationibus Hispanis ipsis demonstrare, qua parte maxime injuriæ expositi sint. Mirum est autem Boterum vel eo tempore quo scripsit, discrimen hoc, quod huic membro ab hostibus imminet, tam parvi fecisse, præsertim cum non ignoraret, quæ proxime superioribus annis ab Anglis in utroque mari tam Australi quam Septentrionali gesta fuerunt, quæque ad eundem modum geri poterant: nam huic discrimini satis prospectum esse paucorum locorum munitione, id vero nimis frivolum esset. Sed de America jam satis multa diximus. Quid de Africæ oræ atque India dicemus, quam invalida hic sint omnia quibus facile videt, nam ut Confœderatorum illius fluxam & instabilem fidem fileam, quod haud ita nuper ex Congo Regis infido obsequio, ex Angolæ Regis conatibus satis patuit; Indiā quoque naturæ ex Ormuzii jactura, &

damnis, quæ Portugalli à duabus mercatorum tantum Societatibus passi sunt, manifestum est; Moluccæ, Banda, Amboina & ditissimum caryophyllorum, & nucum myristicarum commercium penitus, amissa; mare Eoum nostris pene liberum, Portugallis intutum, oræ omnes Anglorum & nostratium classibus infestatæ denique faciunt fidem.

Sed de longinquis hisce provinciis plura jã non addã.

De Ærarii Regis Hispaniæ inopia,
illiusque causis.

VT Ærarii Hispanici inopia liquido pateat, pauca ex probatissime fidei Historico Thuano hic delibabo; is ad annũ C I O I O L X X I I ita insit, vel potius Colinius apud ipsum: Bellis superioribus sub Carolo parente gestis Philippus patrimonio omni, portoriis, vectigalibus divenditis & oppignoratis, cum Italis, quibus ingens æs alienum debebat, vicis & pagis, quos creditores sui in Sicilia & Neapolitano Regno possidebant, Comitatum Principatum & ejusmodi titulis ornatis, nullo præterea dato, transegit. Germanos vero importunius debita sua in Hispania reposcentes Inquisitionis metu, aut districto in pertinacius tam justæ petitioni insistentes formidandi fulminis telo, eos à persecutione deterruit & fide publica passim per Italiam & Germaniam elevata creditoribus suis decoxit. Quid Hispani? ii nisi ad tuendos fines ne obolum quidem contulerunt. Indiæ jam fodinæ avara peruestigatione vacuatæ aut supernatante aqua obrutæ pene defecerunt. Superest ut ærarium immodicis sumtibus in alieno invadendo factis exhaustum, aut proscriptionibus, quæ ardenti civili bello periculosa sunt, aut aliunde suppleatur: an à donativo Belgico? atqui provinciæ illæ bello gerendo in stipendia militum vix sufficiunt. an ab Antverpiensium mercatorum collegio? id illi olim licuit, pacatis in Belgio rebus & commercio libero, quod nunc, postquã Mattiacæ insulæ in Arausionensis verba juraverunt, omnino interruptum elanguit; ita ut plerique, qui aliis credebant, nunc cum ad exsolvenda debita certo die appellantur, temporis gratiam à judice implorare cogantur. Quæ omnia licet ab homine infesto, nimis tamen vera dicta ne Hispani quidem ipsi inficias ierint.

ierint. Hinc ergo una ærarii Hispanici calamitas è bello Belgico. Accessit altera è clandestinis in Gallia conatibus & mox aperto bello, quod pro confœderatis Catholicis in Gallia maximis sumtibus Rex aluit. Narrat Thuanius l. xciii. Guisum ingentē pecuniam ab Hispano accepisse; quæ, ut postea subductis rationibus constitit, ex quo Ioannes Austrius Namurci decessit (nam ab eo tempore secreta Guisii cum Philippo confœderatio redintegrata est) ad decies quinquies c lxx aureorum excurrerant. Idē lib. cv prodidit orationem Legati Hispanici in comitiis Parisiensibus; in qua conqueritur Regem Catholicum jam sexagies centena aureorum millia ad minimum in bello illo Gallico consumpsisse, nullo interim compendio ad ipsum derivato. Sed ne multis lectorem morer, quis fuerit Philippo II moriente ærarii Hispanici status, ex iis quæ ab eodem Thuano lib. cxx narrantur, proclive erit colligere. Circumferuntur (inquit) & alia secreta mandata, ex chartis ac breviculis, quæ Rex plurima reliquit, atque ut igni post mortem suam abolerentur, cum eodem codicillo iussit, exscripta. Is se 5594 auri myriadas inutiliter consumpsisse ingenue confessus, nullum aliud tantæ operæ pretium superesse dicit, præter Lusitaniæ Regnum, quod tam facile amitti possit, quam cito concepta de Franciæ Regno spes evanuit, ac proinde optare, ut aut salutaribus Patris monitis potius ipse ab initio auscultasset, aut filius dictis Patris sui audiens sit.

Quæ porro hodie sit ærarii Hispanici conditio, nemo melius nobis dixerit quam proxime sequens auctor, omni quidem exceptione, uti iudico, maior.

CONSILIUM Philippo III Hispaniarum Regi subministratū à Consiliariis Status anno c lxx lxx c xix, è libro qui inscribitur *Conservatio Monarchiæ Hispanicæ*, &c. Auctore Petro Ferdinando Navaretta, Canonico Ecclesiæ S. Iacobi Complutensis & Secretarii Regii, impresso Madriti anno c lxx lxx c xxvi.

Serenissime Domine, Majestas tua anno superiore c lxx lxx c xvi i i mense Iunio, ad Præsidentem Consilii sui misit propositionem, dignissimam pietate & prudentia Principis tam Christiani, tam sapientis, & solliciti de conservatione coronæ Castellaniæ, quam satis constat supra modum remediis indigere.

Hæc propositio complectitur, 1. Maximos delectus militum qui quotidie fiunt; 2. Argenti inopiam; 3. Impossibilitatem satisfaciendi tributis, quæ continuo imponuntur, minari excidium huic statui: ideoque necessarium esse quantocius dispicere remedia, quibus huic tam periculoso & universali morbo obviam eatur: quare injungit Præsidi una cum consiliariis, qui ipsi nominatim adjungentur, diligenter dispicere quid facto opus sit, & sine ulla mora, antequam malum augeatur, convenientia remedia subministrare.

Consilium itaque, ad quod cognitio & sollicitudo harum rerum pertinet, cupiens sancto & pio M. T. zelo respondere, & ardentissimo desiderio flagrans populum tuum liberandi ab hisce miseriis, secundum legem R. Alphonsi sapientis, quæ ita se habet: *Regem oportet esse vigilantem ad conservandam Rempublicam, ne oppida aliaque loca incolis exhauriantur, ne mœnia, turres, domusve per negligentiam aut incuriam concidant. Atque ita Rex qui amabit & curabit honorem & incolumitatem Respublica, se, suosque subditos, honoribus & divitiis inclytos cernet; sin aliter fecerit, omnia contraria experietur.* Consilium itaque animadvertens, ventilans & inter se conferens causas infrequentiae & morborum miseræ hujus atque inopis Monarchiæ, operæpretium judicavit cum debita reverentia M. T. suggerere sequentia remedia, quæ necessaria existimavit, non tantum ad restaurandum damna jam accepta, sed & prohibendum longe gravius, quod absque dubio sequenturum est, nisi mature obviam eatur.

Primo. Cum incolarum infrequentia in hisce regnis longe major sit hodie, quam unquam antea fuerit, ex quo majores M. T. hic regnare cœperunt, & verissimum sit Rempublicam hanc jam labascere, & propediem collapsuram, nisi Deus manu sua potentissima illâ stabiliat, uti speramus mediante clementia M. T. atque hujus mali haud alia causa sit, quàm enormitas tributorum & aliorum onerum quæ subditis imponuntur, cui cum ferendo minime sint, coguntur uxores suas & liberos familiamque deferere, ut famē vitent, & alio se conferre, ubi spes aliqua melior affulget; atque ita agrorum suorum culturam penitus omittunt, & curam possessionum suarum abdicant. Præsentissimum remediū huic malo judicamus, ut M. T. insupportabile hoc onus pro paterna sua clementia

mentia moderari dignetur, (quo jam misera plebs opprimitur,) ut vires suas resumere, & pristinam sanitatem aliquando recuperare possit.

Remedium istud maxime proprium est & convenientissimum qualitati ipsius mali; deque excellentia illius optime judicari potest ex effectis exemptionis, quæ cætera regna & provincias M. T. subjectas, frequentissimas & opulentas reddit; licet quædam solo sint sterili & multum à nostrate diverso: denique idem demonstrari potest exemplis aliorum Principum, qui dignissimi sunt immortalī memoria.

Hic adhibentur ab iis exempla Ludovici XII Galliarum Regis, Iustiniani & Valentiniani Imperatorum. Henrici III Regis Castellæ & monita Regis Alfonsi Sapientis; quæ consulto brevitatē causa omittimus.

Veruntamen hodie hoc remedium difficile videbitur atque inconveniens, siquidem illius usu alia causa publica penitus defereretur, & novis periculis exponeretur: nam absolute necessarium M. T. succurri per concessionem millionum, quas jam per se à generalibus Regnorum suorum ordinibus poscit, & publicum discrimen flagitat, ut singuli tam Sancto & Catholico Regi largiter subministrant de suo, ut inimicos omnes repellere & æmulos hujus Coronæ superare possit, siquidem hoc modo provincia pace fruitur, atque provinciales tranquille fruuntur possessionibus suis licet exiguis.

Ad hunc finem lex quædam Parridæ (ita vocant Legum Hispanarum Codicem) insit: *Rex est cor Respublica: quemadmodum igitur cor solum est, & illius gratia cætera membra se uniunt ad unum corpus constituendum: ita etiam, licet subditi plures sint, nihilominus quoniam Rex est, aut debet esse solus, omnes & singuli oportet se conjungere ad auxilium ferendū Regi, in quibus opus est.* Deinde etiam Caput Regni appellatur: *Dixere sapientes, quemadmodum a capite derivantur sensus & motus, quibus reliqua corporis membra reguntur, ita à Rege, qui est caput & Dominus subditorum, generantur voluntates, secundum quas se tenentur componere & communi consensu ipsi obedire, defendere, conservare & augere regnum, cujus ipse Anima est & Caput, & ipsi solum membra.*

E quibus patet causam hanc publicam, non solum obligare Castellam (quod omnino advertendum) sed etiam cætera Regna & provincias hujus Monarchiæ: quæ

cum magis tam incolis quam opibus abundant, rationi consentaneum est, ut aut ultro offerant, aut requirantur partem ferre gravissimi oneris, quod hæcenus incumbit uni soli, jam ita emaciata, ut labascatur: quemadmodum manifeste patet ex agris incultis atque desertis, ædificiis collapsis, & pagis infrequentibus; & (quod difficulter fide inveniat) ex solitudine Ecclesiarum penitus desertarum.

Itaque necesse erit alia remedia quærere, ad refocillationem populi & defensionem Reipublicæ; utrique enim, ut gravis hujus ævi author loquitur, eidem discrimini expositi sunt: & lex est divina juxta & naturalis, ut Rex & Regnum se invicem adjuvent. Regnum quidem patienter ferendo onera juste imposita, Rex vero clementer commiserando afflictionibus regni, quando onera vires ejusdem superant.

Secundo. Populi miseriæ proveniunt ab excessu contributionum, & necessitatibus atque ærarii M. T. inopia. Nam licet reditus tui ingentes sint, tamen omnes aut exhausti sunt aut oppignorati, præter minus certos aut fixos, quales sunt tres gratiæ: servitium ordinarium & extraordinarium, milliones; & classis Indica.

(Tres gratiæ istæ vulgo appellantur: La Cruzada, el Subsidio, el Excusado, quæ quid sint & quantum Regi quotannis reddant, supra à nobis est explicatum.

Qui tamen reditus nequaquam pares sunt sustinendis oneribus tam vastæ & late patentis Monarchiæ. Quare ipsi placeat rectam rationem inire donorum & largitionum quæ fiunt: quæ enim uni donantur, pluribus eripiuntur: & ut superfluis satisfiat, necessariis subducitur, quæ res est magni scrupuli, & jure deploranda.

Certissimum est, nihil tantopere Principem subditis suis charum reddere quam liberalitatem, sed & hic modus tenendus est, & hæc virtus sua habet extrema, à quibus Principem sibi cavere necesse est & quâ longissime ab illis recedere. Sine dubio M. T. tenetur nunquam rebus inutilibus impendere reditus suos regales, qui domus suæ impensis & aliis necessariis usibus tam intra quàm extra Regnum sunt destinati, multo minus reditus suos extraordinarios: siquidem sanguis est à populi tui veniseductus, ut à M. T. ad defensionem fidei & reipub. incolumitatem expendatur: ita ut ærarii tui prodigus esse non possit, sine gravi læsione conscientiæ tuæ, & non-

nisi

nisi incurrendo non modo vitium prodigalitatis, sed & peccatum iniustitiæ : nam si largitiones suas ex ordinariis redditibus deriveret, populum suum destruere & actionibus vexare aggreditur : sin ab extraordinariis, id rectæ rationi adhuc magis repugnat ; nam ii non debent in aliud impendi quam destinati sunt ; omnium minime in expensas ejusmodi, propter quas neque honeste peti neque jure concedi potuissent.

Lex Partidæ egregie te instruet: *Sapiens quidam inquit, Regi necessarium esse servare justitiam in actionibus & modum in expensis, & non largiri grandia, siquidem id vitare potest : oportet illum redditus suos & quicquid possidet, ita disponere & ordinare, ut serviant utilitati illius : nam licet Imperatoris divitiæ longe maxima fuerint, si non caute utatur, emolumentum perexiguum futurum est.*

Hinc porro rationibus aliquot Regem officii sui admonent & ostendunt illum vel maximam habere largiendi potestatem, sine damno publico aut privatorum oppressione, nimirum propter officiorum tam temporalium quam perpetuorum copiam, Ordinum equestrium, Commendatararum, titulorum Duc. Comit. March. dignitatum denique Ecclesiasticarum ingentem numerum : in quibus enlargiendis liberalitas Regis sine dispendio populi potest exerceri. Deinceps aliquot remedia proponunt, quibus onera plebis sublevari & Regis ærarij restaurari posset; quorum primum est : Largitionum & donorum omnium quæ à Rege profecta sunt postquam regnare cepit, rationem inire ; & immensas largitiones aut revocare aut restringere. Exempla adferunt Henrici I I Castellæ Regis cognomento Liberalis; dein Henrici I I I Castellæ Regis. Exemplum (inquiunt) habemus Henrici I I I filii I I qui cum patrimonium Regni pro quatuor millionibus maravedis oppignorasset, sese in summam necessitatem cernens incidisse (quæ illi mens fuisset, si talis fuisset rerum status, qualis est hodie M. T. qui cogeris omnia mutuo accipere, cum redditus tui supra omnem comparationem longe amplissimi sint?) non quod quidam suadebant, à populo subsidium petiit, sed ditissimos & potentissimos ministrorum capi & in opes illorum inquiri jussit, ut ratione inita eorum quæ antea quàm ipsius servitio se applicassent possederant, liquido constaret, quibus modis rem familiarem in immensum auxissent, & largitionibus quas fecerat

fecerat recognitis & damni accepti modo inito; quæ contra rationē fecerat, optimo jure revocavit. Bellum illi erat cum Mauris, & tamen non tanta erat ærarii inopia quanta hodie: oppignorationes non erant tales, neque concessiones tam immensæ quā sub regno M. T. quæ ab initio regni tui ad hodiernū diem ascendunt ad *LIV* miliones: & expensæ tum longe aberant ab hodiernis, quæ intra viginti annos alias *c* miliones superant: Monstri simile videatur si adjunxerimus gazam Indicam, gratias, servitium ordinarium & extraordinarium, & plura media quibus M. T. usa est, & quæ non parum publico incommodarunt: quibus omnibus, si modo recte fuissent applicata & directæ, tandem aliquando (cujus nos tui ministri & subditi necdum spem abjecimus) Dominium totius orbis acquiri posse videatur.

Quis ignorat Ioannem *II* edicto revocasse privilegia exemptionum, quæ tam ipse quam majores sui Reges Monasteriis, Ecclesiis, Nobilibus & aliis privatis concesserant; & edictum illud à Philippo *II* tuo parente anno *c* *I* *o* *I* *o* *LXV* *II*, renovatum fuisse & confirmatum; & ad hodiernum diem inviolabiliter servari?

Ferdinandus & Isabella, qui sapientissime rempubl. administrarunt, dona omnia quæ Henricus *I* *V* ab anno *LXIV* ad annum *LXXIV* elargitus erat, edicto revocarunt. Idem an. *c* *I* *o* *c* *c* *c* *c* *x* *c* *i* *i*, omnia privilegia exemptionum tam per se quam per prædecessores suos variis regni oppidis, & iis qui illa ab hostibus receperant concessa moderarunt & restrinxerunt, licet jure meritoque ob præclare facta in illos collata: sed ita facto opus videbatur, ne agrorum cultura negligeretur.

Eadem Isabella testamento suo declaravit, se quædam contra voluntatem donasse, quæ revocata velit. Itaque si M. T. similia concesserit, jure divino, naturali & positivo, obque rationes publicas, propter justitiā denique & conscientię suæ tranquillitatem tenetur eadem reformare: è quo duo insignia emolumenta sequentur, primum, ærarii inopiæ succurreretur, & onus contributionum levabitur; alterum, unusquisque attendet diligenter quid quantumque petat & abstinebit à tam ingentibus donis petendis, quæ M. T. fortassis contra mentē suam indulget.

Tertio. Ut populus incrementum capiat, necessarium est ut regni finibus non excedat, & commercia cum exteris

eris prohibeantur, quæ illum destruunt, præterea necessesse est illum è locis ubi superat, in loca vacua derivare. atque in hunc finem curia ingenti illa multitudine, quæ illam adeo inflat, exhaurienda erit, & singulis præcipiendum ut lares proprios revisant; licet enim habitationum mutatio libera & spontanea sit, tamen ingruente necessitate, & cum publicum restaurandum est, M. T. licet præcipere, ut unusquisque provinciam incolat, in qua natus est. Nam si curia tantopere allubescit, tanquàm patria aliqua communis, certe potior erit vera & naturalis patria.

Vt hoc feliciter efficiatur, non utique exordiendum est ab infimæ sortis hominibus, uti olim factum fuit; nam pravum consilium est, pati ibidem subsistere Magnates & opulentiores, qui tenuioribus succurrere possunt, & illos remittere ad proprios penates, quos rerum inopia illos deferere cõgìt & non curiæ amor atque dulcedo, siquidem illos illuc consuere cernimus, ut laboribus suis rem faciant & paupertati suæ consulant. Ablegandi sunt è curia Magnates, domini, nobiles & similes; magnus viduarum numerus quæ in illa hærent sine causa necessaria, itidem Ecclesiastici, qui cum in locis beneficiorum suorum teneantur residere, tamen curiam adeunt sub prætextu negotiorum, ad quæ agenda se missos videri volunt, atque ita longe secus quam obligantur, cultum divinum deserunt, & negligunt dispensationem eleemosynarum. utrique in curia morantur, & emunt sibi ædificia, aut à fundamentis extruunt, interim oppida & alia loca, quæ incolere solebant, quæque ab iis emolumenta sua hauriebant, deseruntur: nam illi quibus nulla est rem familiarem sustentandi copia, nisi ex subsidio aliorum, si quando illo frustrati fuerint, coguntur patriæ suæ vale dicere; atque ita ex eo quod opulentiores in curia hæteant, publicū duplicem patitur jacturam, nam & potentiores hic opes suas inutiliter profundunt, & provinciæ habitatoribus suis exinanitæ sensim desertæ redduntur.

Hoc pacto & Domini penitus noscent vasallos suos, eosque amabunt, iis auxilio futuri in suis miseriis, & subditi à Dominis suis adjuti, diligentius culturæ agrorum incumbunt, & omnium rerum abundantiam promovebunt: Provinciæ incolarum incrementum accipient, tam ab iis qui Magnates ministerii causa sequuntur, quam illis, qui ut se sustentent, viam licentiæ & discriminum plenam

plenam amplectuntur : mercedes non per importunitatem aut indebita media, impetrabuntur ab indignis, sed ultro benemeritis & dignis concedentur : & qui venturi sunt ad curiam ut illas petant (licet operæ pretium fuit nemini veniam talem concedi , sed potius inquirere qui fugiunt & nequaquam petunt) aut alia iusta de causa, venia concedetur tamdiu ibidem hærendi , quandiu negotia eorundem requirent , iisdemque confectis ad sua revertentur, & pauperibus, qui subditi ipsorum nati sunt opitulabuntur, &c.

Quarto. Ut expensis modus adhibeatur , varias leges sumptuarias suadent constitui ; & Regem rogant, ut ipse exemplo suo velit præire : atque in hunc finem non tantum vestium magnificentia modum imponere , sed & ministrorum curialium numerum minuere ; siquidem expensæ domus regalis hodie duabus tertiis partibus excedant eas, quæ anno c l o I x c v i i i sub parentis illius exitum fieri consueverant. In eundem finem & non necessarias Regis & curiæ per provincias profectio- nes dissuadent , utpote quæ miseram plebem rusticam plane exhauriant & agrorum culturam impediunt , aliaque gravissima mala subditorum cervicibus imponant.

Quinto. Quia plebs rustica, præstantissima pars est Monarchiæ, utpote quæ illam nutriet & conservet, illam quibusdam utilibus & necessariis privilegiis donari optant : deinde & numerum eorum qui à tributis exempti sunt, minui ; nam cum nobilium & Ecclesiasticorum qui à tributis immunes sunt, immensus sit numerus, omnis sarcina in tenuiorum humeros incumbit.

Sexto. Ne deinceps facile nova monasteria struantur, novique religiosorum ordines instituantur : & Papam rogari ut huic decreto suum calculum adjungat.

Septimo. Suadent ut centum illi quæstores ærarii, qui anno millesimo sexcentesimo decimo septimo constituti fuerunt, abrogentur : siquidem manifestum sit, eorum munus non nisi ad oppressionem miseræ plebis comparatum esse.

Quæ denique concludunt gravi adhortatione , ut Rex mature gliscenti morbo medeatur, antequam incurabilis & lethalis fiat.

E.
unita-
s, sed
enturi
n fuar
re qui
aufa,
iu ne-
ad sua
i sunt

leges
at ipse
n tan-
ed &
m ex-
us ex-
rentis
m &
ectio-
ticam
alia-
ant.
urs est
illam
onari
xem-
orum
om-

antur,
apam

ii, qui
tituti
orum
mpa-

t Rex
abilis

R 876

BIBLIOTECA HISTORICA MUNICIPAL



1200027486

12000 27486

Ayuntamiento de Madrid


Ayuntamiento de Madrid



ayuntamiento de Madrid



Ayuntamiento de Madrid



ayuntamiento de Madrid